LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

DRITTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1880.

PA
25
L4
Bd. 3-4

LIBRARY
726580
UNIVERSITY OF TORONTO

Inhaltsverzeichniss.

Seite

GOTTFRIED WIRTH, De motione adiectivorum quae in ιος, ειος, ιμος terminantur 1

WALTHER BRACHMANN, De Bacchidum Plautinae retractatione scaenica capita quinque 57

GEORG CURTIUS, Homerische Miscellen 189

1) ἴσασι.

2) Zerdehnung.

3) κρήγυον.

GUSTAV ROETHE, Coniecturae Aristophanae 203

J. HERMANN LIPSIUS, Zum Griechischen Kalenderwesen . . . 207

FRIEDRICH KAELKER, Quaestiones de elocutione Polybiana . 217

DERSELBE, De hiatu in libris Diodori Siculi 303

GEORG CURTIUS, Miscellen 321

1) Anastrophe.

2) ταρτημόριον.

3) Lückenbüsser.

DE MOTIONE ADIECTIVORUM,

QUAE

IN ΙΟΣ, ΑΙΟΣ, ΕΙΟΣ, ΙΜΟΣ TERMINANTUR

SCRIPSIT

GODOFREDUS WIRTH

Proprium est Graecae linguae, quod iam inde ab antiquissimis temporibus adiectiuorum motio non tam certis legibus subiecta est, quam cum in aliis linguis, tum maxime in Latina. Nam quamquam plerumque recte se habet grammaticorum praeceptum, ut composita in *ος* terminata per bina genera, simplicia per terna moueantur, tamen tam crebrae huius legis exstant exceptiones, ut uix quicquam certi definiri posse uideatur. Scilicet ea aetate, qua Atticorum sermo solutus maxime erat confirmatus et ad certas normas legesque plurima referebat, etiam motionis adiectiuorum fluctuatio ex una aut altera parte artioribus continebatur finibus. Sed neque prosa oratio prorsus sibi constitit neque poetarum usus obsecutus est prosae praeceptis; quin etiam ad audaciora progressus esse uidetur. Operae igitur pretium habebamus rem accuratius perquirere, praesertim cum magna ex parte ‘rudis indigestaque moles’ iaceat. Qua in re quoniam fieri non poterat ut ingentem materiam hac una dissertatiuncula absolueremus, uocabulariis autem in adnotanda motionis inconstantia non usque quaque fides habenda est, sed ipsa auctorum scripta nobis perlegenda fuerunt, satis habuimus eorum usum tractare, qui usque ad Alexandri Magni aetatem uixerunt scripseruntque.

Maximam autem quae apud illos scriptores inuenitur motionis adiectiuorum in *ιος, αιος, ειος, ιμος* terminatorum fluctuationem considerantibus nobis ante omnia hoc constituendum: ex initio ea legitime per terna genera mota sunt. Quam motionem etiam compositis in *ος* legitimam olim fuisse Porsonus docet, cum dicit ad Med. 822: ‘omnia . . . adiectiua compo-

sita et in *ος* terminata apud antiquissimos Graecos per tria genera declinabantur *ἀπόρθητος, ἀπορθήτη, ἀπόρθητον*. Femininas formas, cum iam paullatim obsoleuissent, poetae et Attici uel ornatus uel uarietatis ergo subinde reuocabant [1]).

Lex autem qua compositis illis motio per duo genera imponebatur, paullatim quasi transgressa est fines suos ita ut etiam in simplicibus ualeret [2]). Ac primum quidem adiectiua in *ιμος* exeuntia ei oboediuerunt; quibus, ut postea probandum erit, ea motio facta est legitima. Deinde uero etiam in adiectiua in *ειος, ιος, αιος* terminata irrepsit maximeque uiguit temporibus florentis Atticae poesis, ita tamen, ut numquam superaret terminationes femininas, quae semper legitimae manebant. Cuius quasi certaminis uestigia, quae iam apud Homerum satis plana exstant, conquirere in hac disputatione nobis propositum est.

PARS PRIOR

Grammaticorum sententias et leges quasdam inuentas continens.

§ 1.

Buttmanni, Kruegeri, Kuehneri sententiae iudicantur [3]).

Buttmannus, qui in tot aliis rebus grammaticis quasi prima fundamenta iecit, etiam de fluxa motione adiectiuorum in *ιος, αιος, ειος, ιμος* terminatorum primus uberius disputauit in libro qui inscribitur ‘Ausfuerliche griechische Sprachlehre’ I p. 239 sqq. Sed hac in re non tanta diligentia uersatus est,

---

1) Ceterum de motione eiusmodi compositorum uberrime disputauit Lobeckius in Parall. gramm. gr. p. 453 sqq. Quamquam collegisse magis quam disposuisse materiam nobis uidetur, neque apparet ex illa dissertatione num quid intersit inter singulos auctores aut tempora.

2) Magna ex parte etiam feminina illa substantiua *ἡ ὁδός, ἡ τροφος, ἡ κιβωτός* al. huc referenda esse satis constat.

3) A ueteribus grammaticis nihil de dubia illa motione traditum esse uidetur.

quanta in aliis. Cum enim discrimen non fecerit inter pedestrem et poeticum sermonem, non apparet, quanto licentior formarum communium usus sit apud poetas, quam in prosa. Sed etiam in singulis errauit uir doctissimus; nam quod compositis in *ιος*, quae a praeuerbiis formata sunt, motionem per duo genera pro legitima uindicat (cf. adn. 3), uidebimus etiam apud Atticos eorum per tria genera motionem non minus fuisse legitimam. Quae uero in fine adn. 4 affert de uitanda ambiguitate, haec nullius momenti esse censemus; nam ualde infringitur illa sententia eo, quod pleraque adiectiua, quae ad communes formas magis inclinant, non habent omnino quae dubitationem afferant substantiua in *-ία* aut *-εία*, ut *δαιμόνιος, ποτάμιος, χεραίνιος, πάτριος*. Accedit quod non intellegitur, cur hic uitata sit ambiguitas, illic non item. An magis ambigua esset feminina terminatio in *τὴν μὲν ἑτέραν* (sc. *γυναῖκα*) *εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν καὶ ἐλευθέριον* (Xen. mem. II 1, 22), quam est in *θάλλουσα μορφῇ τε ἐλευθερίᾳ* (Xen. conu. VIII 16)? Praeterea, id quod ipse concedit Buttmannus, haud pauca adiectiua nusquam sunt communia, quamquam eorum substantiua in *-ία* (et *-εία*) usitatissima sunt, ut *αἴτιος, ἄξιος, φίλιος, ἀνδρεῖος* al. Cautius autem quam Buttmannus rem tractauerunt Krueger et Kuehner; qui discrimen statuisse inter ea adiectiua, quae semper mobilia sint, quae plerumque uel semper communia, quae fluxo laborent usu, et singulas classes exemplis illustrasse satis habent. Ac diuisionem quidem illam laudamus, sed inter exempla complura sunt minus recte posita. Velut Krueger (I § 22, 5 adn. 1) adnotat *ἀΐδιος* et *αἰφνίδιος* ‘plerumque’ (in der Regel) per duo genera moueri: at apud omnes quos perlegimus scriptores semper communia sunt (cf. Kuehner § 147. I). Idem affirmauit *ἀνόσιος* ‘plerumque’ (gewöhnlich) mobile esse, quamquam iam Lobeckius (l. s. s. p. 467) eius uocis usum, probata Bekkeri ad Aeschin. II 156 coniectura, sic definierat: ‘nullum apud Atticos scriptores femininae formae exemplum relinqui, ne apud poetas quidem, praeter unum *ἀνοσίαις* in cantico Eur. Troad. 1316’ (ubi L. Dindorfius in Thesauro *ἀνοσίοις* uult restitui). Praeterea Krueger (II § 22,

2, 1) *ἄγριος* apud Homerum etiam Il. *Δ* 106 putat commune esse, grauiter is quidem errans, quoniam ad masculinum quadrat:

αὐτίκ' ἐσύλα τόξον ἐΰξοον ἰξάλου αἰγὸς
ἀγρίου, ὅν ῥά ποτ' αὐτὸς ὑπὸ στέρνοιο τυχήσας.

Etiam de Eur. Bacch. 598 eum fallit opinio, ubi omnes editores nunc *Δίου βροντᾶς* habent, nec non Troad. 528 dubito num *γεραιός* commune sit.

Etiam Kuehner hic illic errauit, quamquam summa industria magnam exemplorum copiam collegit; quod enim § 147 I, 1[b] adn. 2*α* dicit *κόσμιος* semper motionem per tria genera sequi, oblitus est Platonis illud *τὰς φύσεις κοσμίους* (Rep. VII 539 D), idemque ubi communes positiones *ὅσιος* uocis inuenerit plane nescimus. Mirum autem est quod propter Herodoti locum V 94 *Ἀχίλλειος* adiectiuo dubiam attribuit motionem; nam in *ἔκ τε Ἀχιλληίου πόλιος* forma *Ἀχιλληίου* non adiectiui, sed substantiui *Ἀχιλλήιον* genetiuus est (cf. Stein. ad h. l.). Nihilo minus omnium accuratissimus est in tractanda hac re, etsi non magis quam ceteri distinxit inter poetarum et prosae, inter Atticorum et Ionum usum [1]). Ceteri uero grammatici noui nil docuerunt.

Nobis autem totam quaestionem paullo artioribus finibus circumscribi posse persuasum est. Nam duae sunt leges, quae cum a prosae scriptoribus constanter obseruentur, ne a poetis quidem nisi raro laeduntur. Ac primum quidem hoc constat:

§ 2.

Non componuntur formae communes cum substantiuis femininis in ος terminatis.

Quae lex in eo posita est quod, si illorum adiectiuorum syllabae, e quibus sexus uocabuli apparet, uim aliquam habent,

---

1) Etiam Matthiae (Ausf. gr. Gram. I § 117) satis multa exempla fluxae motionis collegit, sed rem non aliter tractauit atque ei de quibus supra egimus, neque uitiis carent exempla allata; cf. quae dixit de usu adiectiuorum *ἀνάξιος* (apud nos p. 34), *μακάριος* (p. 44), *βίαιος* (p. 34 et 47), al. Etiam de adiectiuis in *ειος* et *ιμος* terminatis plura afferri poterant.

semper formae femininae ponendae sunt. Ergo cum terminatio ος propria sit substantiuorum masculini generis et eiusmodi substantiuorum genus femininum nisi articulo uel attributo aliquo addito significari omnino non possit, necessario his propriae terminationes femininae debentur, ut uitetur ambiguitas, quae a melioris certe aetatis scriptoribus tolerata esse non uidetur, praesertim absente articulo. Itaque formae communes poni non poterant in locis uelut hisce:

Aesch. Sept. 198 [1]) ψῆφος κατ' αὐτῶν ὀλεθρία βουλεύσεται.
Soph. fragm. 217 τοιγὰρ Ἰὼ δεῖ φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν.
id. fragm. 233[a] .... ὃς παρακτίαν
στείχων ἀνημέρωσα κνωδάλων ὁδόν.
Eur. Iph. Aul. 164 ἔμολον ἀμφὶ παρακτίαν ψάμαθον Αὐλίδος.
id. Or. 34 ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ συντακεὶς νόσῳ δέμας
... κεῖται.
id. fragm. 340 ... καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
βροτοῖς ἔρωτες οὐδ' ἑκουσία νόσος.
Soph. Ant. 1140 καὶ νῦν ὡς βιαίας
ἔχεται πάνδαμος ἀμὰ πόλις ἐπὶ νόσου.
Eur. Hel. 543 οὐχ ὡς δρομαία πῶλος ἦ βάκχη θεοῖ.
Xen. Hier. X 6 ἐφόδους κρυφαίας καὶ ἐξαπιναίας.
Aesch. Suppl. 739 ἐπεὶ τελεία ψῆφος Ἀργείων.

Una huius legis exceptio apud eum poetam exstat, qui omnium maxime fauit formis communibus, apud Euripidem Her. 901 ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις δίκαιον: nescio an metri concinnandi causa, nam respondet δίκαιον in stropha uoci λίγεια [2]).

1) Dindorfii sequimur editiones in Aeschyli et Sophoclis, Nauckii recensionem in Euripidis fabulis.

2) Iph. Aul. 741 legitur: ἃ χρὴ παρεῖναι νυμφίοισι παρθένοις, qui uersus ita laborat, ut Hermannus spurium eum esse censuerit. Varia est lectio νυμφίοις καὶ (Cod. D Kirchh.), quae correctio quamquam minime probabilis est, tamen illam uerborum coniunctionem iam antea displicuisse docet.

Scilicet minui poterat illa ambiguitas addito articulo [1]), sed duos tantum eiusmodi locos apud poetas inuenimus [2]): Ar. nub. 601 ἥ τ' ἐπιχώριος ἡμετέρα θεός, ubi inserta uoce ἡμετέρα attenuatur quasi uis terminationis communis; fortasse etiam hoc loco ualuit metri et uitandi hiatus necessitas, praesertim cum feminina eius adiectiui forma non aliena sit ab usu Aristophanis, ut indicat Thesm. 907 Ἑλληνὶς εἶ τις ἢ 'πιχωρία γυνή;

Nulla autem re excusari potest Soph. Trach. 51: τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην (cf. tamen § 5).

Quantum autem ualuerit legis uis etiam ex ea re concludi potest, quod quaedam composita, quae alibi semper communes terminationes praebent, si cum substantiuis femininis in ος terminatis componuntur mobilia sunt, ut apud Euripidem legitur Andr. 227 σὺ δ' οὐδὲ ῥανίδ' ἑπαιθρίας δρόσου et apud Pindarum Nem. IV 51 ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ (cf. Her. VII 119 στρατιὰ . . ἑπαίθριος, Hymn. IV 19 διαπρύσιοι ὀλολυγαί). Alia quidem retinent legitimam suam terminationem communem, ut Her. VI 105: πρόσοδον τὴν ἐπέτεον.

Sed haec hactenus; altera lex est

§ 3.

Non componuntur formae communes cum personarum femininarum nominibus.

In eadem re haec lex posita est atque prior illa; nam facile perspexeris in personis femininis maiorem uim habere femininam adiectiui terminationem quam in ceteris eius generis substantiuis. Nihilo tamen minus non ita diligenter obseruata est et plures quam supra prolatae inueniuntur exceptiones. Sed diuersae sunt rationes; attributiue enim posito adiectiuo in prosa oratione semper uitantur eius formae communes (Her.

1) Comparamus Aeschyli locos Pers. 596 Αἴαντος περικλύστα νᾶσος et ib. 879 νᾶσοί θ' αἳ κατὰ πρᾶν' ἅλιον περίκλυστοι.

2) Eiusmodi exempla etiam apud posteriores prosae scriptores inueniuntur, ut apud Lucianum Men. 1 ἀσπάσιος ἡ ὁδός.

IV 191 *γυναῖκες ἄγριαι*, Plat. Symp. 180 D *οὐρανίαν θυγατέρα*, al.), in poesi tamen complura exempla aduersantur:

Aesch. Prom. 559 *τὰν ὁμοπάτριον ἔδνοις . . . Ἠσιόναν* (cf. p. 37),

Eur. Hel. 238 *ἅ τε δόλιος ἁ πολυκτόνος Κύπρις* (cf. p. 37),

id. Phoen. 656 *καὶ γυναιξὶν εὐίοις*,

Ar. Lys. 1017 *βέβαιον ἐμ' ἔχειν φίλην*

et fortasse alia. Praedicatiue autem posito adiectiuo in prosa unam noui exceptionem: Xen. mem. II 1, 22 *καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας . . . τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν καὶ ἐλευθέριον*, complures apud poetas:

Hes. Theog. 407 *Λητὼ . . . ἧπιον ἀθανατοῖσι* (cf. p. 17),

Aesch. Sept. 150 *Ἄρτεμις . . . ῥύσιος γενέσθω*,

Soph. Ant. 949 *Δανάα . . . γενέᾳ τίμιος, ὦ παῖ* (cf. p. 37),

Eur. Andr. 84 *χρόνιος οὖσ' ἐκ δωμάτων* (sc. *Ἀνδρομάχη*) (cf. p. 37) similiterque Hel. 1035. Soph. Trach. 533. El. 313. Eur. Alk. 805. 532. Andr. 736. Aesch. Suppl. 282. Eum. 381.

Videmus minoris momenti fuisse hanc legem, quam eam de qua supra disputauimus, ad excusandas autem exceptiones procul dubio illud facit, quod in plerisque substantiuum longiore ab adiectiuo suo interuallo separatum est atque in nonnullis subauditur tantum, unde uis personae femininae minuitur. Ceterum etiam metricas rationes haud raro ualere apparet. Sed altera ex parte defenditur lex nostra; nam non solum adiectiua quaedam ad formas communes facile inclinantia, si cum personis femininis componuntur semper mobilia sunt, ut *ἑκούσιος* (Soph. Trach. 1123) *ἐπιχώριος* (Eur. Hel. 561. Ar. Thesm. 907) *βώμιος* (Soph. Ant. 1301) *καίριος* (O. R. 631) *κεραύνιος* (Ant. 1139. Bacch. 6) *ἱκέσιος* (Aesch. Suppl. 360) *πηγαῖος* (Eur. Rhes. 929) alia, sed etiam complura exstant quae nisi cum personarum nominibus coniuncta mobilia non sunt, uelut *μέτἀρσιος* Eur. Iph. Taur. 27 *μεταρσία ληφθεῖσα* (sc. *Ἰφιγένεια*), quamquam apud eundem Hec. 499 *καὶ μετάρσιον . . . πλευρὰν ἔταιρε* et Hel. 299 *ἀγχόναι μετάρσιοι*; praeterea *συζύγιος* (Hipp. 1147) *ἐνόδιος* (Ant. 1199. Soph. fragm. 480, 2. Eur.

Ion. 1048) προστατήριος (Aesch. Sept. 449) διανταῖος (Aesch. Eum. 334).

§ 4.

Quaeritur num quid intersit, quibus suffixis adiectiua sint formata.

Quoniam diuersa sunt suffixa, quorum ope adiectiua in ιος, αιος, ειος a radicibus aut nominum stirpibus formantur, ut diligenter exposuit G. F. Aly[1]), quaestio oritur num quid referat, utrum huius an illius sint suffixi. Atque apparent uel in tanta motionis fluctuatione parua quaedam discrimina; nam quamquam in adiectiuis mero suffixo ιο formatis nihil interest utrum a nominum stirpibus in consonas (Aly p. 7 sqq.) aut in uocales (id. p. 11 sqq.) exeuntibus deriuata sint, an radices ipsae adsciscant ιο (id. p. 2), tamen duo exstant suffixa, quae magis quam cetera ad communes formas inclinant, ιδιος et τηριος. Adiectiuorum enim in ιδιος (αδιος Aly p. 25) si cum substantiuis femininis coniunguntur semper communia sunt ἀΐδιος, αἰφνίδιος, μαψίδιος, νυμφίδιος; mobile κουρίδιος (ut numquam cum personis femininis non coniunctum), cetera fluctuant: μοιρίδιος, ἐπιθαλασσίδιος, ῥᾴδιος, κρυπτάδιος (quod apud Atticos per duo genera mouetur). Item adiectiuorum in τηριος terminatorum semper communia δατήριος, δραστήριος, κηλητήριος, λυτήριος, πρακτήριος itemque σωτήριος excepto loco Platonis Rep. V 465 D; contra mobilia sed pleraque singulis locis cum substantiuis femininis coniuncta sunt ζευκτήριος (Aesch. Pers. 736) προστατήριος (Sept. 449 cf. § 3) ἀνηβητήριος (Eur. Andr. 552) ἱκετήριος (Iph. Aul. 1216) ἀναπαυστήριος (Ar. nub. 875) πολεμιστήριος (Ar. Ach. 6. pac. 235); denique fluctuat apud Aeschylum χρηστήριος (Eum. 241. Ag. 1270). Quamquam igitur uidemus haud raro etiam femininas formas illorum adiectiuorum exstare, tamen quia usitatissima eorum ἀΐδιος, αἰφνίδιος, νυμφίδιος, λυτήριος, σωτήριος communia sunt, maior ad communes terminationes inclinatio statuenda est. Ex ceteris uero formationibus nihil pro nostra re efficitur.

1) De nominibus ιο suffixi ope formatis. Dissert. Lips. a. 1873.

§ 5.

De adiectiuis quae a nominibus propriis formata sunt.

In adiectiuis, quae a nominibus propriis deriuata sunt, non ita rarus est formarum communium usus, ut ex grammaticorum adnotationibus apparet. Sed non pariter fluctuant et discrimen est inter deriuata in *ιος*, *αιος*, *ειος*. Quod autem attinet ad adiectiua in *ιος*, plane carent formis communibus in prosa oratione[1]) et in poesi epica; antiquissima quae exstant exempla habes apud Pratinam Bergk. fragm. I 17 *τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν* et apud Aeschylum Ag. 1160 *κἀχερουσίους ὄχθας*[2]). Item Sophocles Ai. 418 *ὦ Σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαί* similiterque Euripides Hel. 52 *ἐπὶ Σκαμανδρίοις ῥοαῖσιν*, quibuscum conferas ib. 609. Troad. 374. 1151. Accedunt eiusdem Hel. 250 *Σιμουντίοις ῥοαῖσι*, Iph. Taur. 1244 *Παρνάσιον κορυφάν*, Cycl. 295 *Γεραίστιοί τε καταφυγαί*, Troad. 89 *Δήλιοί τε χοιράδες*, fragm. 370 *Θρηίκιον πέλταν*; denique apud Aristophanem in cantico Thesm. 996 *Κιθαιρώνιος ἠχώ*. Docent quae collegimus horum adiectiuorum formas communes intra dramaticae poesis fines cohiberi maximeque eis fauisse Euripidem.

1) Iniuria Kuehner l. s. s. affert ex Thucydidis libris (VI 43) *δυοῖν Ῥοδίοιν πεντηκοντόροιν*; nam hoc loco communis forma non ex eo pendet, quod *Ῥόδιος* ad eam inclinat, sed quod dualis numerus in Attica dialecto plerumque motionis expers est (cf. Cobetus uar. lect. p. 70 et Dindorfius ad Soph. O. C. 1113 ed. III Ox.).

2) Libri (quos sequitur Hermannus) *κἀχερουσίους ὄχθους*; Casaubonus correxit *ὄχθας*, quam lectionem recepit Dindorfius in poet. scaen.; Blomfield. maluit *κἀχερουσίας ὄχθας*. Sed ubicumque apud Aeschylum, et nisi fallimur etiam alibi, *ὄχθος* uox inuenitur, praeter unum locum iam a Wellauero allatum Euripidis Suppl. 655 *Ἰσμήνιον πρὸς ὄχθον*, significat collem uel tumulum, ut Pers. 467. 647. 659. Ch. 4; quibuscum cf. Pind. Ol. IX 3. N. XI 25. Soph. Phil. 729. Trach. 524. Eur. Cycl. 114. Ar. ran. 1172. au. 774 al. Et quamquam etiam *ὄχθη* de collibus dicitur (Pind. P. I 64. Soph. Ant. 1132), tamen Aeschylus ea uocis forma tum tantum utitur, cum ripae fluminis significantur, ut Sept. 392: *παρ' ὄχθαις ποταμίαις* et Prom. 810: *τούτου παρ' ὄχθας ἕρπ'* (sc. *τοῦ Αἰθίοπος ποταμοῦ*). Ergo ut etiam illo loco melius scribitur *ὄχθας* cum Casaubono, ita non necesse est mutare communem positionem *κἀχερουσίους*, quae ipsa falsae lectionis *ὄχθους* uidetur causa fuisse.

Adiectiuorum autem in *αιος* terminatorum unum *Λερναῖος* motionem per duo genera sequitur in Euripidis loco Ion. 191 *Λερναῖον ὕδραν ἐναίρει*. Ut cetera eiusdem terminationis adiectiua, ita haec quoque rariores exhibent formas communes. Contra eiusmodi adiectiuorum in *ειος* terminatorum plures sunt exceptiones; quod mirum nos non habebit reputantes etiam cetera in *ειος* adiectiua magnopere inclinare ad genus commune. Ac primum quidem ex prosa petitum prodeat exemplum Xen. Hell. II 4, 11 *εἰς τὴν Ἱπποδάμειον ἀγορὰν ἐλθόντες*, quae usitata locutio fuisse uidetur, quia ueri simile non est Xenophontem in loci uocabulo declinasse a cotidiano usu; neque aliter res se habet in Sophoclis illo loco El. 7 *ἀγορὰ Λίκειος*. Deinde uetus prouerbium affert Hesychius: *Διομήδειος ἀνάγκα*, quo cum feminina adiectiui terminatione utuntur Aristophanes Eccl. 1029 et Plato Rep. V 493 D. Praeterea communia sunt *Ἡράκλειος* (Pind. Is. VII 7. Soph. Trach. 51[1]) *Καφήρειος* (Eur. Troad. 90) *Φοιβήιος* (Eur. Ion. 461) *Ὁμήρειος* (in Ar. fr. 1 a Seidlero restituto; cf. Dind. in poet. scaen.).

§ 6.

De compositis.

Iam in § 1 paucis commemorauimus non tantum praeualere in compositis in *ιος* terminatis usum communem, quantum ex grammaticorum uerbis concludi possit: id quod exemplis iam illustrandum est. Suo autem iure Buttmannus eorum fluctuationem illuc refert, 'quod pugnent inter se analogiae'[2]: namque quia composita sunt, femininis terminationibus abstinere debent, sed quia syllaba paragogica utuntur, plenam potius motionem postulant. Quaerendum igitur quantum alterutra lex ualuerit. Quamobrem in duas classes composita diuisimus,

1) Dindorfius (Ed. III Ox.) adnotat: 'incertum est utrum sic scripserit Sophocles an *Ἡρακλείαν*, quod coniecit Hermannus'.

2) Verba eius haec sunt: 'wenn nun ein Adi. eine dieser (deutlichen Ableitungs-)Endungen hat und zugleich zusammengesetzt ist, so entsteht eine Collision der verschiedenen Analogien'.

quarum altera ea continet, quae cum α priuatiuo composita sunt, altera quae cum praeuerbiis.

A. cum α priuatiuo.

De adiectiuis in ιος etc. terminatis et cum α priuatiuo compositis accurate disputauit Lobeckius [1]) l. s. s. p. 467 sqq., ubi dicit: 'in uniuersum igitur ita statuendum est, adiectiua, quae in ιος terminantur, ab α priuatiuo composita utro genere ponantur, liberum esse, sed alia tamen ad femininam positionem proniora uidemus, alia minus.' Deinde qua solet diligentia de ἀνόσιος, ἀναίτιος, ἀνάξιος [2]) agit, quorum ἀνοσία singulare esse, ἀνάξιος autem femininam positionem et in poesi et in sermone soluto saepius praebere demonstrat. Neque nos plura afferre possumus, nisi quod Homerica illa ἀεικέλιος [3]) et ἀτειρέσιος - semper mobilia sunt, nusquam autem ἀκήριος et ἀκούσιος omniaque adiectiua quae in αιος et ειος terminantur et ab α priuatiuo composita sunt, ἀτρεμαῖος, ἀνυμέναιος, ἀνεπιτήδειος, ἀχρεῖος [4]), al.

B. cum praeuerbiis.

Plane contraria Buttmanni praecepto [5]) de compositis a praeuerbiis formatis dato Lobeckii sententia est, qui dicit l. s. s. p. 470: 'eorum autem, quae in ιος terminantur, motio per tria genera legitima est.' Eandem sententiam nos sequimur, quatenus spectat ad ea **composita, quorum simplicia usi-**

1) Buttmannus ita: 'die Composita auf ιος etc. sind communia, doch nicht ohne Ausnahmen für die mit α priu. zusammengesetzten'.

2) Cf. etiam Lob. ad Phryn. p. 106, ubi tamen falsa lectio ex Plat. Prot. 356 A excitatur τίς ἄλλη ἀναξία ἡδονή, quem locum iam Schleiermacher emendauit: cf. Heindf. et Stallb. ad h. l.

3) Od. τ 341 ἀεικελίῳ ἑνὶ κοίτῃ legitur; sed monuit Grashof. ('Das Hausgeraete bei H.' p. 14 adn. 13) scribendum esse κοίτει (sic etiam cod. D et La Roche).

4) Eur. Her. 58 ἀχρείαν in ἀχρεῖον iam Matthiae mutauit, quem secuti sunt ceteri editores.

5) 'Wir setzen hier hinzu, dass unter denen auf ιος auch einige mit Präpos. zusammengesetzte so (ιος, ια, ιον) vorkommen'.

tata sunt adiectiua. Nam apud epicos, lyricos, Herodotum communes positiones non exstant nisi adiectiuorum *ἐξαίσιος*, *ἐναλίγκιος*, *ὑπαίθριος* (de *παραθαλάσσιος* cf. § 8, de *ἐπουράνιος*, *ὑπουράνιος* § 9), mobilia sunt *εἰνάλιος*, *ἐννύχιος*, *ὑποβρύχιος*, *μεταχρόνιος*, *παραπλήσιος*, *παραποτάμιος*, *ὑποδέξιος*, *ἀντάξιος*, *ὑποχείριος*, *ὑπόρθριος*, *ὑπερπόντιος*. Dubitari igitur non potest quin apud illos scriptores eiusmodi compositorum motio per tria genera legitima fuerit. Nec multo diuersus poetarum Atticorum usus; nam pauca composita semper communia sunt, ut *ὑποχείριος*, *διαπόντιος*, *ἀμφιδέξιος*, *δυσαίθριος*, *ἀμφιβώμιος*, *προβώμιος*; cetera modo communia, modo mobilia ut *ἐννύχιος*, *μεταίτιος*, *εἰνάλιος*, *ἐπάκτιος* (sed in omnibus praeualent formae femininae), aut semper mobilia, ut *παράλιος*, *παράκτιος*, *ὑπερπόντιος*, *ξυναίτιος*, *ἐπάξιος*, *καθημέριος*, *ἐπιδέξιος*, al. Denique etiam in prosa oratione Attica quamquam numerus eorum, quae semper communia sunt, maior est quam apud illos, tamen fere totidem adiectiua semper mobilia sunt aut fluctuant. Namque per duo genera mouentur: *ἐπετήσιος*, *ἐπαίτιος* (Thuc.), *διαπόντιος* (Xen.), *ἐναρμόνιος*, *ὑπαίθριος*, *ὑποχείριος*, *ἐπουράνιος*, *ξυναίτιος* (Plat.), *ἐγκύκλιος* (Dem.); contra semper mobilia sunt: *παράλιος*, *μεθόριος* (Thuc.), *ἐξαίσιος* (Xen.), *διαιώνιος* (Plat.), *ἐφόριος* (Dem.), et fluctuant: *ἐπιθαλάσσιος*, *ἐπιθαλασσίδιος*, *παραθαλάσσιος*, *παραπλήσιος*, *ὑπερόριος*.

Quae cum ita sint facere non possumus quin Lobeckii sententiam amplectamur; nam et plura sunt mobilia et in multis iam simplicia fluctuant, ita ut compositorum formae communes etiam ex fluxa eorum motione explicari possint, etsi compositionis legem apud unum uel alterum ualuisse non negamus.

Pauca sunt quae de eiusmodi compositis in *αιος* et *ειος* terminatis afferri possunt. Huc enim spectantia nulla reperiuntur alia atque composita uocis *γάϊος*[1]) (*κατάγειος*, *ὑπόγειος*, *ἔγγαιος*), quae semper communia sunt praeter unum illud Aeschyli *ἐγγαίαν ἦβαν* Pers. 922, et *διανταῖος* fluxa motione

1) De diuersa horum compositorum scriptura cf. Zacher, de adiectiuis in *αιος* etc. p. 113.

(cf. p. 47); neque alia cum substantiuis femininis coniuncta exstant atque προσαύλειος, quod commune est Eur. Rhes. 273, ἐπέτειος semper commune (praeter Aesch. Ag. 1016) itemque ἐπικήδειος; de ἔμπλειος cf. Lob. l. s. s. p. 469: ut ne in his quidem satis certa sit compositionis lex.

Aliter autem comparata sunt ea composita, quae non deriuantur a simplicibus usitatis; quae in tres classes diuisimus, quo facilius eorum motio appareat. Ac primo loco nominamus

I. adiectiua multiplicatiua (διπλάσιος, τριπλάσιος, πολλαπλάσιος), quae semper mobilia sunt (cf. Kuehner l. s. s. p. 416γ et infra p. 25 et p. 27).

II. ea quae cum -άρσιος, -κάρσιος, -χώριος sunt composita; quorum motio fere eadem, ac si usitata fuissent supposita illa simplicia. Nam ἐπικάρσιος et ἐγχώριος ubique per tria genera mouentur, in μετάρσιος fluctuat usus (at Aeolica eius uocis forma πεδάρσιος nunquam communis non est: Aesch. Prom. 269. Ar. au. 1197), ἐπιχώριος apud Herodotum mobile, apud Atticos plerumque commune est. Denique

III. quae restant composita secundum compositionis legem per duo genera mouentur, ut ἀποφώλιος, ἐναρίθμιος, ἐμπόδιος, ἐνθύμιος, ἐπινίκιος, ἐπιτύμβιος, ἐπιφύλιος, καταθύμιος, μεταίχμιος, μεταμώνιος, al.

Scilicet etiam ex eiusmodi compositis femininae formae procreantur, sed eae perinde iudicandae atque ἠγαθέη, ἀμφιρύτη, aliae formae et apud eos plerumque exstant, qui has saepius adhibent. Nam Pindari sunt ὑπωρόφιαι, ἐπωνυμίαν, ἐπικωμίαν, διαπρυσίᾳ, Sophoclis ἐκτοπίαν, ἐπιποδίας, al.

Haec sunt quae de compositis a praeuerbio formatis dicenda uidentur[1]); sed etiam ea quae

C. ex duobus nominibus constant,

generalem illam compositionis legem non omnino sequuntur. Nam ὁμοπάτριος et ὁμομήτριος cum personis femininis

1) Adiectiua quae syllabas παν- aut τρις- continent, ut πανάθλιος, πανημέριος, παννύχιος (praeter Eur. Her. 748), τρισμακάριος al. per tria genera mouentur.

coniuncta apud oratores Atticos semper mobilia sunt (Dem. XLIII 19. XLVIII 65. LVII 25 al. Is. IX 29. X 12) nec non ἡμιόλιος apud Herodotum et Platonem. Fluctuat πολυχρόνιος apud poetas lyricos (cf. p. 21), communia sunt quae restant μεσσονύκτιος et ὀλιγοχρόνιος. Denique ex epicorum sermone huc pertinent composita quaedam in εια terminata, quorum femininis formis solis Homerus et Hesiodus licentius usi sunt: εὐρυόδεια, ἀρτιέπεια (Hes. Theog. 29), ἡδυέπεια (ib. 965. 1021); ex lege commune est κυανοπρῴρειος (Od. γ 299) [1]).

PARS ALTERA

Quaeritur quae fuerit apud singulos scriptores fluctuatio.

§ 7.

De epicorum usu.

Antiquissimis illis temporibus, quibus Homeri et Hesiodi carmina orta sunt, haudquaquam ea mōtio adiectiuorum erat, ut legibus certis neque usquam uiolatis coërceretur. Nam ut composita in ος terminata contra legem saepius per tria genera mouentur, πικρός, κλυτός, ὀξύτατος autem interdum communia sunt, ita mirum non est quod adiectiua quoque in ιος terminata parum sibi constant. Sed licentiam illam Atticorum sermo intra angustos fines concludit, eaque minima est apud epicos, si Atticorum consuetudinem comparaueris. Quod enim attinet ad usum simplicium quae in ιος terminantur, communes positiones exstant apud Homerum adiectiuorum

ἄγριος: *T* 88 ἔμβαλον ἄγριον ἄτην; *Γ* 24. *o* 271 ἄγριον αἶγα;

---

1) Quamquam solitaria haec forma analogiae repugnat atque a Bergkio (Com. crit. spec. V p. 4) et Cobeto (Nov. Lect. p. 204) uituperatur, tamen secundum ea quae Bekker Hom. Bl. p. 178 exposuit, cum La Rochio censemus codicum lectionem seruandam esse integram.

δήμιος: *γ* 82 *πρῆξις δ' ἥδ' ἰδίη, οὐ δήμιος*[1]), *ἣν ἀγορεύω*;
πολιός: *Υ* 229; *ε* 410; *ι* 132 *ἁλὸς πολιοῖο*;
ἀσπάσιος: *ψ* 233 *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπάσιος γῆ νηχομένοισι φανήῃ*;

et apud Hesiodum

ἤπιος: Theog. 407 *Λητὼ . . . ἤπιον ἀθανάτοισι*;
πελώριος: ib. 179 . . . *πελώριον ἅρπην*.

Sed quoniam formae uelut *ἀγρίην, ἠπίην, πελωρίην* dactylico uersui nullo modo aptari poterant, uerisimile est metri difficultatem magnopere fauisse terminationibus illis minus legitimis; quocum congruit quod in nominatiuo pluralis scribitur *αἶγες . . ἄγριαι* (*ι* 119). Item uocis *δήμιος* communis positio excusatur uitato etacismo, quod non bene sonuisset *η* sexies in illo uersu audita[2]). Ceterum hymni qui dicuntur Homerici solum *ἀΐδιος* (XXIX 5) praebent, quod ubique commune est[3]).

Haec de simplicibus in *ιος*: neque aliter res se habet in compositis; nam contra legem supra allatam unum *ἐξαίσιος* commune est *Ο* 598 *ἐξαίσιον ἅρην*, quod non dubitamus metro tribuere (cf. Xen. Hell. IV 3, 8 *ἐξαισία φυγή*); audacius est Hym. V 101 *Δημήτηρ . . . . ἐναλίγκιος*. Cetera autem composita legitimam motionem aut per tria genera sequuntur, ut *ἐννύχιος, εἰνάλιος, ἐπικάρσιος, ὑποβρύχιος* (Hym. XXXIII 12), *μεταχρόνιος* (Hes. Theog. 269)[4]), al., aut per duo, ut *ἀποφώλιος* (*λ* 249), *ἐναρίθμιος* (*μ* 65), *διαπρύσιος* (Hym. IV 19), al.[5])

1) Aristophanem legisse *ἐκδήμιος* pro *οὐ δήμιος* affirmat La Roche; cf. schol. H. M. ad hunc uersum.

2) Quid de *ἁλὸς πολιοῖο* statuendum uideatur plane nescimus; saepissime enim et *ἁλὸς πολιῆς* et *πολιῆς ἁλὸς* legitur, ita tamen ut antecedente adiectiuo, ut semper in Odyssea, *-ῆς* terminatio in arsi pedis quarti, sequente in arsi pedis tertii sit, communis uero positio *πολιοῖο* (nusquam *πολιοῦ*) non inueniatur nisi in fine hexametri aut in arsi pedis quinti (*ι* 132).

3) Apollonius Rhodius in Argonauticis nulla simplicia praebet communia.

4) Schol. sine causa mutauit in *μεταχρόνιοι*, quode cf. Flach 'die Glossen zu Hesiod' ad hunc uersum.

5) Hym. III 75 *πλανοδίας* adiectiuum esse non putamus; nam non bene eo loco boues dicuntur 'uagantes', sensuique aptius est Mercurium eas per 'uias inexplicabiles' abduxisse.

Vides epicos interdum non dubitasse adiectiuorum in *ιος* terminatorum maxime postulante metro formis communibus uti, quas contra prope omnino uitauerunt adiectiuorum in *αιος* et *ειος* terminatorum; nam solitarium est *κῆράς τε βιαίους* Hym. VIII 17 [1]).

§ 8.

De Herodoti usu.

Valckenaerius (ad Phoen. 1440) motionis fluctuationem Ionibus et Atticis pariter uindicans quantum errauerit usus Herodoteus satis demonstrat. Nam simplicium unum *κάπριος* minus mobile est III 59 *καπρίους τὰς πρῴρας*, compositorum *ὑπαίθριος* VII 119 *ἡ στρατιὰ ἦν ὑπαίθριος*; quamquam in eis omnium maxime praetulit formas femininas, quae solae in usu sunt adiectiuorum *παραπλήσιος* (6 iens), *ἐπιχώριος* (5 iens), *παραποτάμιος* (II 60), *ἀντάξιος* (II 148), *ὑποχείριος* (ter), *μετάρσιος* (VII 188), *ἡμιόλιος* (V 88), al. In uoce autem *παραθαλάσσιος* fluctuatio uidetur esse; nam duobus locis exstant formae femininae: VII 110 *πόλιας τὰς παραθαλασσίας*, VIII 23 *τὰς παραθαλασσίας* (cod. d *-ίους*) *κώμας*, contra VI 48 *πόλις τὰς παραθαλασσίους*. Etsi autem consentiunt libri manu scripti, quorum auctoritas in hac re perexigua est, tamen censemus etiam hoc loco femininam terminationem restituendam esse ut multo aptiorem usui Herodoti. Ceterum formae communes non exstant nisi eorum compositorum, quibus eas terminationes pro legitimis uindicauimus: I 153 *ἡ Βαβυλὼν ἦν ἐμπόδιος* et VIII 140 *τὴν γῆν μεταίχμιον*. Legi uero in § 2 constitutae deberi uidetur feminina positio uocis *καταθύμιος* V 39: *κατα-θυμίης γυναικός*.

Denique simplicia in *αιος* (*σπουδαῖος*, *ἐπιτροπαῖος*: III 142. IV 147) et *ειος* (*βασίλειος*, *αὔλειος*: VI 69) terminata semper mobilia sunt, composita uero *μελάγγαιος* et *ἐπέτειος* communia (III 89. IV 26. 62. VI 105).

Apparet igitur Herodoti usum epicorum usui simillimum

1) De *εὐρυόδεια* similibusque cf. § 6.

esse: neque hi neque ille communibus terminationibus fauebant, quamquam non omnino eas uitabant.

§ 9.

De poetarum lyricorum usu [1]).

A. De usu Pindari.

In Pindari carminibus frequens est usus adiectiuorum in ιος, quae plus quam 80 locis cum substantiuis femininis coniuncta sunt. Quo rarius communes positiones inueniuntur; simplicia enim habes haec:

μοιρίδιος Ol. IX 26: *μοιριδίῳ παλάμᾳ.*
ἀγώνιος Ol. X 63: *ἀγώνιον ἐν δόξαν θέμενος.*
αἴσιος P. IV 23: *αἴσιον . . . ἔκλαγξεν βροντάν* [2]).
ἡσύχιος P. IX 22: *καὶ ἀσύχιον . . . βουσὶν εἰράναν.*
φοίνιος I. IV 35: *Αἴαντος ἀλκὰν φοίνιον τὰν . . .*

Quin etiam N. IV 36 poeta fortasse eo consilio rariore forma feminina πονταιάς usus est, ne diceret πόντιος ἅλμα. — Ex compositis autem legitime mobilia sunt ἐφημέριος (N. VI 6), ὑπερπόντιος (P. V 59), ἐγχώριος, al.; sed P. IV 80 legitur *ἅ τε Μαγνήτων ἐπιχώριος* (sc. ἐσθὰς) *ἁρμόζοισα θαητοῖσι γυίοις.* Dubitamus de fragm. 132 ἐπουράνιοι ψυχαί et ὑπουράνιοι ψυχαί; nam et abiudicant uersus illos a Pindaro Dissen, Rauchenstein, Zeller, et in uniuersum lyricorum fragmentis quod ad formas attinet minor fides habenda est [3]); quo accedit quod Pindarus saepius etiam ibi compositorum formas femininas praefert, ubi non legitimae sunt:

1) Secuti sumus Bergkii recensionem III (in Pind. carm. IV).

2) Bergkius correxit βρονταῖς, scholiastae circumlocutione inductus, sed nescio an recte comparatis Xenophontis locis Hell. VII 1, 31. Cyrop. I 1, 6.

3) Cf. Renner Curt. Stud. I 1 p. 135: 'librarios enim scriptorum opera describentes cum assueti essent qua illi uterentur dialecto (Attica uel uulgari) locos poetarum allatos huic saepissime accommodasse uerisimile est, uel neglegentia perductos, uel quod non diligenter uersati in Graecae linguae dialectis formas, quae in poetarum uersibus apparerent, scriptorum dicendi rationi repugnare putabant.'

Ol. X 78: *καὶ νῦν ἐπωνυμίαν χάριν.*
P. I 97: *οὐδέ νιν φόρμιγγες ὑπωρόφιαι . . . δέκονται.*
P. X 6: *ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν ἀνδρῶν κλυτὰν ὅπα.*
N. IV 51: (*κρατεῖ*) *Νεοπτόλεμος δ' ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ* (cf. § 2).

Suspicari possumus poetam has terminationes praetulisse, quod sonoro et grandiloquo generi dicendi, praeualente *α* uocali, aptiores essent; nam quod Lobeck. l. s. s. p. 458 formas ut *ἀβάταν, ἀμετρήτας, ἀκινήταν* conicit uersui datas esse, id ex nostris exemplis solum in *ἐπικωμίαν* fieri potuisse apparet. — Legitime autem deest motio in *ἐπινίκιος* N. IV 78: *ἐπινικίοισιν ἀοιδαῖς.*

Haec de adiectiuis in *ιος* terminatis. Multo rariora sunt in *αιος*; neque enim praeter *παλαιός, ἀρχαῖος, δίκαιος* ulla cum substantiuis femininis coniuncta inueniremus, quae quidem semper mobilia essent, nisi ab Hartungo et Mommseno legeretur *ὅπιν δίκαιον ξένων* Ol. II 6. Ibi codicum lectio obscura est *ὀπὶ δίκαιον ξένον* et alii aliter legunt; nobis autem forma communis, quae alibi ante Euripidem non exstat, uere Pindari esse non uidetur. Sed adiectiuorum quae in *ειος* terminantur minoris motionis exempla exstare apud poetam negari non potest; habet enim I. VII 7 *μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς* (cf. § 5) et fragm. 223 *ὑπὸ δούλειον τύχαν* (si mendum abest). Ceterum etiam adiectiuorum in *ειος* non ita frequens est Pindari usus, frequentior tamen quam eorum quae in *αιος* terminantur: coniuncta sunt cum substantiuis femininis *οἰκεῖος, βασίλειος, γυναικεῖος, βρότεος, νυμφεῖος, ἱππεῖος.*

B. De usu reliquorum poetarum melicorum, elegiacorum, iambicorum.

Etiam in reliquorum poetarum melicorum fragmentis rarus est usus formarum communium; nam simplicia in *ιος* terminata duobus solum locis communes terminationes praebent, quorum alter Pratinae (fragm. I 17) *τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν* iam supra (§ 5) commemoratus est, in altero uero, qui Ariphronis est (fragm. 1), *κρυφίοις ἐν ἄρκυσιν* Bergkius mauult *ἐν ἕρκεσιν.* Composita legitime per duo genera mouentur *πολυ-*

χρόνιος (Simonid. 118 ἑταιρείης πολυχρονίου) et καταθύμιος (Eumelos καταθύμιος Μοῖσα).

Paullo frequentiores sunt formae communes simplicium apud poetas elegiacos et iambicos; communia inueniuntur:

ἄγριος Phocyl. 3 γυνὴ . . . . ἄγριος;
καίριος Theogn. 341 καίριον εὐχήν;
φιλοτήσιος Theogn. 489 κύλιξ;
φίλιος Aristot. p. 664 B. φιλίου μορφᾶς;
πατρώϊος Archil. 2 πενίη πατρώϊος (in uersu hexam.).

Quam rem ad id referimus, quod illius poesis dialectus propior est dialecto Atticae (cf. Renner l. s. s. p. 136). Quare eo magis mirandae sunt positiones femininae compositorum πολυχρόνιος (Euenus) et ἀποθύμιος (Sim. 7, 35); nam μεταμώνιος (Sim. 16) legitime commune est.

Sed ut apud Pindarum, ita etiam apud omnes hos poetas adiectiuorum quae in αιος terminantur solae femininae formae exstant, ex terminatis autem in ειος, quamquam rarus eorum usus (ὄρειος, δούλειος, γυναικεῖος), tria minus mobilia sunt:

Bacchyl. 1 ἀφνειὸν βιοτάν;
Sim. 57 βρότεοι παλάμαι;
Solon IV 28 αὔλειοι θύραι, Atticorum sermoni proprium.

In uniuersum igitur Pindari formarum communium usus a ceteris poetis lyricis non multum dissentit: neutris alienae sunt simplicium in ιος terminatorum, quo in numero frequentiores in ειος, cum adiectiua in αιος exeuntia semper per tria genera moueantur, ut interdum etiam contra legem composita.

Iam ut liceat paucis uerbis repetere quae adhuc tractauimus: apud scriptores non Atticos plane uitabantur communes terminationes adiectiuorum in αιος terminatorum; quod autem ad exeuntia in ιος (et ειος) attinet, prosa oratio Ionica (Herodotus) rarissime communibus formis usa est, saepius poesis, ita tamen, ut apud epicos pleraeque metricis causis excusentur, in lyricis autem, quo propiores sunt Atticorum dialecto, eo plures inueniantur communes terminationes.

De Atticorum usu.

Sequitur ut uideamus, quanto maior sit illa fluctuatio apud eos scriptores, qui Attica dialecto usi sunt. Discrimen autem est inter solutae orationis scriptores et poetas; nam et in uniuersum apud hos multo frequentiorem habes usum formarum communium quam apud illos, et in singulis haud raro poeticus sermo discrepat a soluto genere dicendi. Priore igitur loco agamus

A. de usu orationis solutae.

Sed quamquam in ea satis multa exempla fluxae motionis exstant, tamen plerumque non tantum inter se differunt singuli scriptores, ut differentia memoratu digna possit constitui. Scilicet alius plures, alius pauciores praebet formas communes, quae quidem diuersitas maxima ex parte in eo posita esse uidetur, quod ille saepius quam hic eiusmodi adiectiuis usus est. Et quoniam nouas leges omnibus scriptoribus communes inuestigare non potuimus, restat ut requiramus, quantum unusquisque inclinauerit ad motionem minorem.

§ 10.

De Thucydidis usu.

Ex omnibus prosae Atticae scriptoribus Thucydides (praeter Platonem) plurimum adhibuit formas communes, sicut etiam magis quam ceteri adiectiua in *ιος, αιος, ειος* terminata frequentat. Quod cum uniuerso quo usus est genere scribendi satis explicatur (aspernatur enim scriptor seuerus et uulgarem populi loquelam euitans cotidianum sermonem ideoque poetarum dictioni propior est), tum rerum quas tractauit indole, quae et ipsae saepius eiusmodi adiectiua poscebant, quam e. g. oratorum materiae. Sed non solum illinc pendere maiorem formarum communium apud Thucydidem numerum, sed etiam studio quodam eum has praetulisse exempla docebunt.

a. De adiectiuis in ιος term.

Ex adiectiuis simplicibus in ιος terminatis duo modo mobilia, modo communia sunt (ἐνιαύσιος et χρόνιος), praeualentibus tamen formis communibus:

VI 54 τὴν ἐνιαυσίαν ἀρχήν; IV 117 ἐκεχειρίαν ἐνιαύσιον;
V 1. 15 αἱ ἐνιαύσιοι σπονδαί;
I 12 ἀναχώρησις χρονίη; V 73 χρονίους τὰς μάχας;
VI 31 χρόνιον τὴν στρατείαν;

quibus subiungimus ἐκούσιος, cuius feminina positio exstat in aduerbiali locutione καθ' ἑκουσίαν VIII 27 (cf. Lob. ad Phryn. p. 4), ut tamen commune sit coniunctum cum substantiuo: VI 44 ὁλκάδες ἑκούσιοι (cf. Krueger ad h. l.) et VII 57 ἑκούσιος ἡ στρατεία. Cetera aut nusquam mobilia sunt, ut

ἐτήσιος V 11 ἐτησίους θυσίας;
ἄϊδιος II 87. IV 20 ἄϊδιον ἔχθραν similiter VI 23. VII 21;
αἰφνίδιος IV 125. 130 αἰφνίδιον φυγήν;
V 65 αἰφνιδίῳ ἀναχωρήσει;

aut non in prosa, ut:

χειμέριος III 22 νύκτα χειμέριον;
κρύφιος VII 25 ἡ κρύφιος τῆς σταυρώσεως;

aut etiam alibi praeferunt terminationes communes, ut

πάτριος III 58 θυσίας πατρίους;
VII 21 πάτριον τὴν ἐμπειρίαν

(cf. Krueger ad Arrian. VII 23, 4).

Eadem fere fluctuatio est in compositis; nam in uno (παραπλήσιος) utraque exstat terminatio: III 17 παραπλήσιαι νῆες; I 84 παραπλησίους διανοίας[1]); VII 70 ναυσὶ παραπλησίαις; et ex compositis a uoce θαλάσσιος ductis sunt communia παραθαλάσσιος et ἐπιθαλασσίδιος: II 26. IV 56 τῆς παραθαλασσίου (sc. γῆς); IV 76 αἱ Σῖφαι ἐπιθαλασσίδιοι, sed mobile ἐπιθαλάσσιος III 105 πόλεως ἐπιθαλασσίας. Alia composita semper communia sunt, ut:

1) Fortasse minuendi homoeoteleuti gratia hoc loco posita est forma communis: νομίζειν δὲ τάς τε διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι καὶ τὰς προσπιπτούσας τύχας οὐ λόγῳ διαιρετάς.

ἐπετήσιος II 80 *ἐπετησίῳ προστασίᾳ*;
ἐπαίτιος V 65 *τῆς . . . ἐπαιτίου ἀναχωρήσεως*;
ὑποχείριος I 128 *τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιῆσαι*;
ἀκούσιος III 82 *ἐς ἀκουσίους ἀνάγκας*;
ὑπερόριος VIII 72 *τὴν ὑπερόριον ἀσχολίαν*,
cetera uero ex lege mobilia, *παράλιος* II 56; *ἐπικάρσιος* II 76; *μεθόριος* II 27. IV 56. V 41. 54.

Quod autem attinet

b) ad adiectiua in *αιος* terminata

semper communia sunt *βέβαιος* (10iens) et *βίαιος* (I 141. V 73. VI 20), singulare est I 2: *τῆς ἀναγκαίου τροφῆς* (cf. Krueger ad h. l.), cetera aut secundum legem motionem habent, ut *ξυμβόλαιος* (I 77), *τελευταῖος*, al., aut communia sunt, ut *ἀκέραιος* (II 18. III 3) al. Denique

c) ex adiectiuis in *ειος* terminatis

οἰκεῖος, *ἀνθρώπειος*, *γυναικεῖος*, *ἐπιτήδειος* cum substantiuis femininis coniuncta inueniuntur semper mobilia, nisi quod V 112 legitur *σπονδὰς, αἵτινες δοκοῦσιν ἐπιτήδειοι εἶναι*. Sed suo iure Krueger de eo dubitare uidetur; nam nusquam alibi exstat et proprium est Thucydidis sermoni eorum tantum adiectiuorum formis uti communibus, a quibus ne alibi quidem sint alienae: singulares eiusmodi formas non adhibuit.

In summa autem de usu Thucydideo id solum constitui potest, omnium adiectiuorum, quorum usus apud Atticos fluxus est, exceptis *παραπλήσιος* et *ἀναγκαῖος*, praelatas ab eo esse formas communes. Plura enucleari posse desperamus.

Iam temporum ordinem sequentibus dicendum nobis erat post Thucydidem de Antiphontis, Andocidis, Lysiae usu; sed noluimus distrahere oratores Atticos ideoque antea uerba faciamus

§ 11.

De Xenophontis usu.

Ex scriptis, quae sub Xenophontis nomine feruntur, primo loco ille libellus nominetur, qui falso nomen eius usurpat, tractatum dico de republica Atheniensium, quem Peloponn-

nesiaci belli temporibus ortum esse satis constat. Ibi nulla fluxi usus exstarent exempla, nisi legeretur III 8: *καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι.* Sed dubitamus de ea forma; nam nusquam, ne apud poetas quidem, ullum uestigium inueniri potest, unde eiusmodi adiectiuorum in usu fuisse communes terminationes conicias; nec defenditur illo Antiphontis *εἰς πολλαπλασίους συμφοράς*, quia ne is quidem locus recte se habere nobis uidetur (cf. § 12). Quamquam igitur codices omnes consentiunt, tamen uel ob incertam et obscuram illius libelli condicionem censemus mutandam esse terminationem *ιους* in *ιας*. De ceteris uero scriptis Xenophonteis separatim agere operae pretium non est; nam etsi in quibusdam (de rep. Lac., de uect., hipp., de re eq., cyneg.) nullae exstant formae communes, tamen hoc non scriptoris consilio, sed casui tribuendum esse patet.

a) De adiectiuis in *ιος* terminatis.

Ex his adiectiuis uno modo communi modo mobili utitur Xenophon, *ἐλευθέριος*: Conu. VIII 16: *ἐλευθερίᾳ μορφῇ*; Conu. II 4: *ὁσμαὶ ἐλευθέριοι*; Mem. II 1, 22: *γυναῖκα ἐλευθέριον*, sed duo, quorum alibi etiam femininas habes positiones, solum per duo genera mouet:

αἴσιος Hell. VII 1, 31; Cyr. I 1, 6 *αἴσιοι βρονταί*;

πάτριος Hell. III 4, 2: *τὰς πατρίους πολιτείας*;

Cyr. I 1, 4: *τὰς πατρίους ἀρχάς*, ubi tamen Breitenbachius, ut nobis uidetur suo iure, *πατρῴας* uult legi.

Contra uitauit communes positiones alibi usitatas adiectiuorum *ἑθελούσιος* (Hell. IV 8, 10: *ἄλλαι πόλεις ἑθελούσιαι*, Conu. VIII 13: *ἀνάγκη ἑθελουσία*) et *ἐνιαύσιος* (Ag. II 1: *ἐνιαυσίαν ὁδόν* cf. § 2). Praeterea compositorum satis magna est fluctuatio; nam utraque terminatio exstat uocis *παραπλήσιος* An. I 3, 18: *πρᾶξις παραπλησία*; Oec. III 5: *παραπλησίους γεωργίας* et composita a uoce *θαλάσσιος* contrarium usum sequuntur quam apud Thucydidem [1]); *παραθαλάσσιος* enim semper mobile est:

1) Nescio an uno uel altero loco mutandum sit; sed cauendum ne in tanta fluctuatione licentiae scriptorum parum attribuatur.

Hell. I 1, 24: *τῆς ἑαυτοῦ παραθαλαττίας γῆς*;

Hell. IV 8, 7: *τῆς παραθαλαττίας ἐκακούργει ὅσα ἐδύνατο*;

ἐπιθαλάσσιος autem commune:

Hell. III 1, 16: *τὰς ἐπιθαλαττίους πόλεις*;

et *ἐπιθαλαττίδιος* utramque terminationem praebet:

Hell. III 4, 18: *τὰς ἐπιθαλαττιδίους πόλεις*;

Hell. III 1, 13. IV 8, 1: *τὰς ἐπιθαλαττιδίας πόλεις*.

Ex ceteris autem compositis *διαπόντιος* caret feminina terminatione Hell. IV 2, 16: *διαποντίου τῆς στρατείας*, sed mobilia sunt *ἐξαίσιος* (Hell. IV 3, 8. Ag. II 4) et singularia illa *ἐπιφατνίδιος* (de re eq. V 1) et *ὑποχαλινίδιος* (ib. VII 1).

b) adiectiua in *αιος* terminata:

crebro apud Xenophontem cum substantiuis femininis componuntur, ut *ὡραῖος, κρυφαῖος, σχολαῖος, ἐξαπιναῖος, ἀραιός, ἡσυχαῖος*, omnia mobilia; sed in *βίαιος* et *βέβαιος* discrepant inter se Thucydides et Xenophon; nam cum ille ea semper per duo genera moueat, hic *βίαιος* pro mobili utitur Hell. II 3, 19: *βιαίαν τὴν ἀρχήν*, et in *βέβαιος* utramque terminationem praebet, sed femininam coactus lege in § 2 confirmata: Mem. II 1, 32: *βεβαία σύμμαχος*; Hell. VII 1, 44: *τὴν πόλιν βέβαιον*.

Fluctuat usus etiam adiectiuorum *μάταιος* et *σπουδαῖος*:

De uect. IV 41: *ματαία παρασκευή*; Mem. IV 1, 3: *θήρας ματαίους*;

An. VII 6, 17: *ματαίαν τὴν πρᾶξιν*; Mem. IV 7, 8: *τὴν μάταιον πραγματείαν*;

Conu. VIII 3: *σπουδαῖαι ὄφρυες*; Mem. IV 2, 2 *σπουδαίους τέχνας*.

Denique rara sunt

c) adiectiua in *ειος* terminata;

inuenimus enim *οἰκεῖος, γυναικεῖος, ἐπιτήδειος, κράνειος*, omnia mobilia praeter *Ἱπποδάμειος*, de quo iam supra § 5.

Apparet igitur in singulis quidem interdum discrepare Xenophontem a Thucydide, in uniuersum tamen non multum

interesse, quia uterque fere eorum adiectiuorum adhibuit formas communes, a quibus ne alibi quidem sunt alienae, quamquam eiusmodi adiectiuorum in ιος et αιος terminatorum usus Xenophonteus paullo magis ad formas femininas inclinare uidetur.

§ 12.

De oratorum Atticorum usu.

Apud oratores Atticos pleraque adiectiua in ιος etc. terminata legitime per tria genera mouentur: pauca minorem motionem praeferunt. Ac primum quidem apud Antiphontem duae exstant formae communes: III 1, 2 τῆς γηραιοῦ τελευτῆς et II 2, 10 εἰς πολλαπλασίους τούτου συμφορὰς ἵξω. Dubium autem est, num recte se habeat hic locus; nam quamquam deterioris cuiusdam codicis lectio πολλαπλασίας fere nihil ualet contra Crippsiani auctoritatem, qui -σίους praebet, tamen propterea eius codicis librarium errasse nobis persuasum est, quod ut Thucydidis, ita ne oratorum Atticorum quidem est solitariis uti formis communibus.

Apud Andocidem omnia adiectiua in ιος et ειος terminata sunt mobilia, quo in numero etiam πάτριος duobus quibus inuenitur locis III 27: πατρίαν δὲ εἰρήνην ὀνομάζοντες et οὐκ ἐῶσι πατρίαν γενέσθαι τὴν εἰρήνην. Contrarius est igitur Andocideus eius uocis usus Thucydidi et Xenophonti, atque ut postea uidebimus etiam Lysiae, Aeschini, Demostheni. Adiectiui autem βέβαιος usus idem est atque apud Thucydidem; nam semper est commune (I 53: βέβαιος ἦν ἡ σωτηρία; II 3: βεβαίους τὰς ἀποδέξεις). Composita quae cum substantiuis femininis coniungantur non inuenimus.

Maior est numerus formarum communium apud Lysiam; sed ea tantum adiectiua carent motione, quae etiam alibi sunt communia, et ita semper, ut non inueniantur eiusdem adiectiui aut communes aut femininae positiones.

Ex adiectiuis enim in ιος terminatis nunquam non communia sunt

πάτριος II 9: πατρίου τιμῆς; XXX 19: ταῖς πατρίοις θυσίαις; XXX 20 θυσίας τὰς πατρίους;
δαιμόνιος VI 32: ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀνάγκης;

ex adiectiuis in αιος term.:

βέβαιος II 47: βέβαιον τὴν ἐλευθερίαν; II 68: βέβαιον τὴν δουλείαν;

ex adiectiuis in ειος term.:

αὔλειος I 17: ἡ αὔλειος θύρα; XII 16: τῇ αὐλείῳ θύρᾳ.

Denique secundum compositorum normam commune est unum quod exstat compositum ἔγγειος (XXX 15: μνᾶς ἐγγείους). Ubicunque igitur eligendi potestas data erat, communes formas praetulit Lysias, omnium maxima constantia Atticorum usum ille secutus.

Porro quod attinet ad Isocratem, is primus ex prosae scriptoribus in uoce πάτριος modo femininis modo communibus usus est terminationibus; utraque enim forma bis inuenitur: VII 29: τὰς πατρίους θυσίας; VIII 59: διοίκησιν πατρίαν; IX 32: τιμὰς τὰς πατρίους; X 63 [1]): θυσίας ἁγίας καὶ πατρίας.

In uoce δαιμόνιος quoque discrepat usus eius a Lysiano (nam praebet femininam formam XII 169: ὑπὸ δαιμονίας δυνάμεως), et a Thucydideo Xenophonteoque in composito παραπλήσιος, quod octo locis mobile est, nusquam commune. Etiam παράλιος semper per tria genera mouetur (IV 149. V 112. XII 60. 164, cf. Krueg. ad Arr. I 24, 3). Adiectiua in αιος et ειος terminata semper sunt mobilia, ne βέβαιος quidem excepto (IV 173: οὔτε γὰρ εἰρήνην οἷόν τε βεβαίαν ἀγαγεῖν; VI 87: τὴν εἰρήνην ... λέγω ... βεβαίαν γενησομένην). Plane igitur contrarium usum sequitur Isocrates quam Lysias; nam cum hic ubique communes praeferat terminationes

1) Kuehner (l. s. s. p. 413 adn. 2 *a* not. 4) incertam librorum hoc loco lectionem adnotat; Benseler de falsa forma ἁγίους nihil affert. Sed fortasse scribendum est θυσίας ἁγίας καὶ πατρίους, quia nusquam πάτριος mobile est si cum θυσία coniungitur, et ἁγίας καὶ πατρίους facile mutari poterat in ἁγίους καὶ πατρίας. Etiam Krueger (ad Arr. VII 23, 4) de hac feminina positione uocis πάτριος dubitat.

in adiectiuis dubiae motionis, Isocrates femininas praefert[1]). Non dubitamus autem eam Isocratei usus constantiam ad id referre, quod iam Benseler dixit in praefatione Isocratis p. XXI: 'scriptorem qui decem uel plures annos in elaborandis et perpoliendis singulis orationibus insumere easque diiudicandas et imitandas discipulis proponere solebat, dialecti non temere modo hac modo illa forma esse usum, sed hac quoque in re certas leges esse secutum uerisimillimum est' (cf. p. XXI adnn. 2, 5, 9, 11; p. XXII adn. 6; XXIII 5 al.). Cur autem ipsis formis femininis uti maluerit, eius rei causam in reliqua sermonis eius proprietate positam esse demonstrari non potest.

Haec de Isocrate; Aeschines Lysiae eo similis est, quod ipse quoque in adiectiuis fluxae motionis praefert motionem per duo genera. Eiusmodi simplicia inueniuntur duo: ἐλεύθέριος II 23: *συνήθειαι ἐλευθέριοι*, et πάτριος I 23: *πατρίους εὐχάς*; totidemque composita: ὑπερόριος I 19: *ὑπερόριον ἀρχήν*; II 49: *ὑπερόριον λαλιάν*, et παραπλήσιος III 128: *συμφοραὶ παραπλήσιοι*, cum unum quod restat compositum ἀνάξιος mobile sit II 63: *εἰρήνην ἀναξίαν*. Adiectiua uero in *αιος* et *ειος* term. semper mobilia sunt. Ceterum βέβαιος cum substantiuis femininis non coniungitur[2]).

Pro magno denique numero Demosthenis quae ad nostram aetatem uenerunt orationum, pauca sunt adiectiua, quae minorem motionem praebeant. Nam huc pertinent ex eis quae in *ιος* cadunt unum simplex πάτριος (XIX 128: *τῆς πατρίου θεωρίας*), ex compositis ἐγκύκλιος (XX 23: *τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας*) et ἀνάξιος (XX 152: *δωρεὰν ἀνάξιον*); quibus omnibus locis uitatur homoeoteleuton positis formis communibus. Contra mobilia sunt ὁμοπάτριος (XLIII 19. 36 etc.) ὁμομήτριος (LVII 25 etc.), de quibus iam supra

1) Benseler praef. Is. p. XXVI adn. 5: 'Isocrates terminationem *os* femin. adi. non amauisse uidetur. V. exempla a Bait. ad Brem. Isocr. 201 collecta.'

2) Apud Isaeum nullae formae communes inueniuntur neque adiectiua quorum motio alibi fluxa est.

(p. 15) nobis dicendum erat, nec non ἐφόριος (XXIII 41. 45: τῆς ἐφορίας ἀγορᾶς). Praeterea in βέβαιος et μάταιος utraque motio pariter ualet:

XX 79: δωρεαὶ βέβαιοι;	I 7: βεβαίαν τὴν ἔχθραν;
XXIII 3: βέβαιον φυλακήν;	XLV 51: βεβαίαν τὴν ἀπαλλαγήν;
XXIV 43: φυλακὴ βέβαιος;	XVI 10: εἰρήνην βεβαίαν;
I 17 / IX 70: μάταιος ἡ στρατεία;	XIX 84: ματαία ἡ βοήθεια;
	XIX 84: μάταιαι αἱ ἐλπίδες;

denique singulare est IV 19: ἐπιστολιμαίους δυνάμεις. Adiectiua uero in εως term. et rara et semper mobilia sunt; excipitur quod XXXVI 5 legitur compositum: ἔγγειος οὐσία.

Quae cum ita sint Demostheni medius quodammodo locus inter Lysiam et Isocratem attribuendus est; nam in adiectiuis in ιος terminatis magis quam Isocrates inclinat ad formas communes, in adiectiuis in αιος eorum quae alibi plerumque communia sunt, saepius quam Lysias usus est formis femininis.

Haec sunt quae de oratorum Atticorum usu dici posse arbitramur. Quoniam autem, ut ex allatis exemplis apparere putamus, aliae rationes communes enucleari nequeunt, satis est adnotare, quo quisque ordine magis minusue praetulerit per duo genera motionem:

	Adi. in ιος		Adi. in αιος
1	Lysias	1	Lysias Antiph. Andocid.
2	Aeschin. Demosth.	2	Demosth.
3	Isocrates Andocid.	3	Isocrates

§ 13.

De Platonis usu.

In Platonis scriptis longe plurimae formae communes inueniuntur, quoniam in genere eius dicendi frequentior est usus adiectiuorum. Quo accedit quod sermo eiusdem propior est poetarum sermoni, quem hac re discrepare a pedestri supra

paucis commemorauimus, mox accuratius demonstrabimus. Praeterea complures formae communes eo explicantur, quod Plato summa diligentia uerborum conclusionem tractauit; ita factum ut positis formis communibus homoeoteleuton uitaretur, uelut Prot. 349 B *ἴδιος οὐσία*, Tim. 59 D *μέτριον ἂν ἐν τῷ βίῳ παιδίαν*, alibi eiusmodi terminationes ad soni rationem referendae uidentur esse. Tamen haec incerta sunt nec magni momenti in reliqua copia formarum communium, quarum similis explicatio nulla. Iam ad singula transeamus.

I. Adiectiua in *ιος* terminata.

Simplicia in *ιος* undecim inuenimus quorum usus fluctuat quidem, sed non pari modo; nam sunt quorum communes terminationes praeualeant ut *ἑκούσιος, αἰώνιος*:

Symp. 184 C: *δουλεία ἑκούσιος*; Rep. X 603 C: *ἑκουσίας πράξεις*;

Prot. 346 B. Rep. III 399 B. C. 413 A. Pol. 276 E. Legg. IX 874 D. Legg. XI 925 A } *ἑκουσία παῖς*;

Rep. II 363 B: *μέθην αἰώνιον*; Tim. 38 B: *τῆς αἰωνίας φύσεως*;
Tim. 37 D: *ψυχὴ αἰώνιος*;

alia uero licet non solum apud reliquos prosae scriptores, sed etiam apud Platonem mobilia, tamen singulis locis motionem per duo genera sequuntur. In hac praecipue re Platonis sermo a ceteris prosae Atticae scriptoribus discrepat, a quibus eiusmodi adiectiuorum fluctuationem paene alienam esse uidimus. Loquimur autem de

ἴδιος Protag. 349 B: *ἡ ἴδιος οὐσία*;
μέτριος Tim. 59 D: *μέτριον ἂν ἐν τῷ βίῳ παιδιάν*;
ῥᾴδιος Pol. 278 D: *ῥᾳδίους συλλαβάς*;
κόσμιος Rep. VII 539 D: *τὸ τὰς φύσεις κοσμίους εἶναι*;
ἄγριος Legg. VII 824 A: *ἄγριον ῥώμην*;
μακάριος Legg. VII 803 C: *μακαρίου σπουδῆς*.

Quae restant simplicia nusquam feminine efferuntur:
ἀμυντήριος Legg. IX 920 E: *τέχναισιν ἀμυντηρίοις*;
ἄϊδιος Tim. 37 C: *τὴν ἀΐδιον οὐσίαν . . .*
ἡσύχιος Char. 160 C: *αἱ ἡσύχιοι πράξεις*.

Haec de simplicibus; in compositis autem difficile est dictu, utrum magis communes formas an femininas Plato asciuerit; nam in his motione per tria, in illis per duo genera utitur neque ulla cognoscitur certa ratio. Sed ut apud Isocratem et contra usum Thucydidis, Xenophontis, Aeschinis caret apud Platonem παραπλήσιος communibus formis, quas ne ἀνάξιος quidem facere uidetur (cf. Lob. Parall. p. 468). In compositis uero uocis θαλάσσιος congruunt Plato et Thucydides; legimus enim Legg. IV 704 D: πόλις ἐπιθαλαττία et ib. B: πόλις ἐπιθαλαττίδιος. Denique habes Leg. XI 914 B ἐνοδίαν δαίμονα, et saepius ἡμιόλιος, semper hoc mobile. Quae restant formae communes omnes ab eiusmodi compositis deriuantur, quae nusquam in prosa Attica sunt mobilia:
ἐπουράνιος Phaedr. 256 D; ἐμπόδιος Rep. III 407 C.; Legg. VIII 832 B;
ἐναρμόνιος Rep. VII 530 D; ὑπαίθριος Crit. 117 B;
ὑποχείριος Pol. 308 C; ἐπιχώριος Legg. V 378 C;
ἀνόσιος et ἀκούσιος saepissime.

II. Adiectiua in αιος term.

In uniuersum de motione adiectiuorum in αιος iudicantibus statuendum est Platonem saepius usum esse formis mobilibus; nam γενναῖος, σπουδαῖος, νωτιαῖος, ἠρεμαῖος, χερσαῖος, εὐκταῖος al. nusquam minus mobilia sunt. Sed alia res est in βέβαιος, βίαιος, ἑδραῖος, ἀναγκαῖος; idem enim eorum usus apud Platonem atque apud Thucydidem: βέβαιος et βίαιος semper communia sunt nec non ἑδραῖος duobus quibus inuenitur locis Rep. III 407 B. Tim. 59 D; et ut apud Thucydidem legitur τῆς ἀναγκαίου τροφῆς (I 2), ita etiam Plato praebet Legg. VIII 848 A: τροφῆς ἀναγκαίου, quae communis forma saepius reperitur (Rep. VIII 554 A. 558 D. 559 A. 561 A. etc.) [1]). Denique etiam in μάταιος modo communis positio inuenitur (Rep. 554 A: τὰς . . ἐπιθυμίας ὡς ματαίους), modo feminina (Legg. V 742 E: ματαίας βουλήσεις etc.).

1) Cf. Schneider ad Rep. 425 D. Qui cum dicit communes formas magis placuisse Atticis, hoc non recte se habere allata a nobis exempla docent.

II. Adiectiua in ειος term.

Adiectiuorum in ειος term. formas communes afferre possumus iam ex Lysia notum illud τὴν αὔλειον θύραν (Symp. 212C); praeterea fluxo est usu θήρειος (Tim. 42C: θήρειον φύσιν, Phaedr. 248D: θηρείαν φύσιν) et semel etiam adiectiui γυναικεῖος communis positio exstat (Legg. XI 934E: γυναικείους φήμας), quod alibi in prosa semper mobile est; κατάγειος, ἐπικήδειος, ἀνεπιτήδειος uero adiectiuorum communes terminationes legitimae sunt.

Apparet igitur Platonem adiectiuorum in ιος (et ειος) liberius quam ceteros pedestris orationis scriptores usum esse motione per duo genera, quam etiam in adiectiuis in αιος saepius admisit, sed in eis solis, quae etiam alibi hunc usum non prorsus repudiant.

Quoniam in ea quae antecedit disputationis nostrae parte uniuscuiusque auctoris usum quantum fieri potuit patefecimus, restat ut breui in conspectu ponamus, qui singulorum adiectiuorum usus fuerit, quae semper mobilia fuerint, quae interdum aut plerumque communia, quae semper communia in prosa Attica.

I. Semper mobilia:

a) ιος:

ἅγιος, ἄθλιος, ἀλλότριος, ἄξιος, γνήσιος, δημόσιος, ἐθελούσιος, ἡμερήσιος, θαλάσσιος, θαυμάσιος, θεσπέσιος, καστόριος, κύριος, λέχριος, μητρῷος, ὅσιος, οὐράνιος, ὄψιος, πατρῷος, πελάγιος, πλάγιος, πλούσιος, πολέμιος, πολιός, τίμιος, ὕπτιος, φίλιος, χθόνιος. — ἐξαίσιος, ἐνάντιος, ἐφόριος, ἐπικάρσιος, διπλάσιος etc., ἡμιόλιος, παράλιος, μεθόριος, ὁμομήτριος, ὁμοπάτριος.

b) αιος:

ἀρχαῖος, βουλαῖος, γενναῖος, δίκαιος, ἑξαπιναῖος, εὐκταῖος, ἠρεμαῖος, ἡσυχαῖος, καρπαῖος, κραταιός, κρυφαῖος, νωτιαῖος, ξυμβουλαῖος, παλαιός, πλεθριαῖος, σχολαῖος, τελευταῖος, ὑστεραῖος, χερσαῖος.

c) *ειος*:

ἀνδρεῖος, ἀνθρώπειος, ἀστεῖος, ἐπιτήδειος, θεῖος, κρόνειος, κεράμειος, οἰκεῖος.

II. Parum sibi constant:

mouentur per	II	III	modo per II, modo per III genera:
	a) *ιος*:		
**ἀνάξιος*[1])	Dem.	Plat. Aesch.	—
αἰώνιος	—	—	Plat.
**ἄγριος*	—	—	Plat.
ἑκούσιος	Thuc.	—	Plat.
**δαιμόνιος*	Lys.	Xen. Plat. etc.	—
ἐλευθέριος	Aeschin.	—	Xen.
ἐνιαύσιος	—	Xen.	Thuc.
ἐπιθαλάσσιος	Xen. Plat.	Thuc.	—
ἐπιθαλασσίδιος	Thuc. Plat.	—	Xen.
**κόσμιος*	—	—	Plat.
**κρύφιος*	Thuc.	—	—
**μακάριος*	—	—	Plat.
**μέτριος*	—	—	Plat.
**ἴδιος*	—	semper	Plat.
παραθαλάσσιος	Thuc.	Xen.	—
παραπλήσιος	Aeschin.	Isocr. Plat.	Thuc. Xen.
πάτριος	Thuc. Xen. Lys. Aesch. Dem.	Andoc.	Isocr.
ῥᾴδιος	—	semper	Plat.
ὑπερόριος	Aesch. Thuc.	Plat. And.	—
χρόνιος	—	Plat. Xen.	Thuc.
	b) *αιος*:		
ἀναγκαῖος	—	semper	Thuc. Plat.
βέβαιος	Thuc. Andoc. Lys. Plat.	Isocr.	Xen. Dem.
βίαιος	Thuc. Plat.	Xen.	—
**γηραιός*	Antiph.	—	—
μάταιος	—	—	Xen. Plat. Dem.
**σπονδαῖος*	—	Plat.	Xen.
	c) *ειος*:		
**γυναικεῖος*	—	semper	Plat.
**θήρειος*	—	—	Plat.

1) Asterisco * notauimus ea adiectiua, quorum communes positiones solitariae sunt.

III. Semper communia:

a) ιος: ἀΐδιος, αἴσιος (Xen.), αἰφνίδιος, ἐτήσιος (Thuc.), ἡσύχιος (Plat.), χειμέριος (Thuc.). — ἀκούσιος, ἀμυντήριος (Plat.), ἀνόσιος, διαπόντιος (Xen.), ἐγκύκλιος (Dem.), ἐπετήσιος (Thuc.), ἐμπόδιος, ἐναρμόνιος (Plat.), ἐπιχώριος, ἐπουράνιος (Plat.), ὑπαίθριος, ὑποχείριος (Plat.).

b) αιος: ἐπιστολιμαῖος (Dem.), ἀκέραιος, ἑδραῖος (Plat.).

c) ειος: αὔλειος, Ἱπποδάμειος (Xen.), ἔγγειος, κατάγειος.

B. De formarum communium apud poetas tragicos usu.

§ 14.

Cur apud poetas tragicos tam crebrae sint formae communes.

In priore parte disputationis nostrae iam saepius nobis data erat occasio adnotandi, discrepare hac in re poetas Atticos a prosae orationis scriptoribus. Quae diuersitas in tribus maxime rebus posita esse uidetur. Ac primum quidem uberrimus est epithetis sermo tragicus ideoque multo frequentiora sunt adiectiua in ιος etc. terminata; nam praeter illa supra enumerata, quae paucis exceptis fere omnia etiam apud tragicos exstant, apud solos Aeschylum et Sophoclem plus quam quinquaginta adiectiua in ιος inueniuntur, quae in prosa oratione cum substantiuis femininis coniuncta non sunt [1]). Est hoc haud dubie in compluribus casui tribuendum, sed magnus eorum numerus a poetis ex ceterorum analogia formatus est et apud ipsos singularis neque umquam fines sermonis poetici egressus. Nostrum autem non est haec accuratius tractare, sed satis habemus constituisse, ex hoc maiore adiectiuorum numero etiam maiorem formarum communium copiam sequi. Cuius abundantiae alteram causam eam esse censemus, quod poetae eiusmodi formis a uulgari loquela alienis ad distinguendam ornan-

1) Quo accedit quod ex quinquaginta illis adiectiuis multa communes praebent terminationes, ut τέρμιος, ὠγύγιος, ἱκέσιος, ἐννύχιος, κρυπτάδιος, πρακτήριος, etc.

damque orationem saepius usi sunt. Hoc propterea fieri poterat, quod paucorum adiectiuorum formae communes tam usitatae erant, ut cotidiano sermoni propriae haberi possent. Omnes autem uerborum formae magis reconditae a poetis exornandi causa adhibentur, ideoque dubitari non potest quin etiam ea causa aliquid ad augendam fluctuationem contulerit. Quamquam ex illis non sequitur illic, ubi maxime assurgat oratio, in melicis dico tragoediae partibus, frequentiores esse formas communes, quam in diuerbiis; nam apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem fere totidem exstant formae communes, ut quae sequitur tabula patefaciet:

Exstant formae com.	in diuerbiis	in canticis
apud Aeschylum . . .	34	27
apud Sophoclem . . .	24	16
apud Euripidem . . .	90	88

Quin etiam conicere licet in tragicorum canticis propterea multo rariores esse formas communes, quod Pindarus ceterique poetae lyrici tam raro eis utuntur; sed non usque adeo dialecti melicae imitatio progressa est. — Tertiam uero causam hanc nos inuenisse confidimus, quod poetae interdum aut metricis aut euphonicis causis uel coacti uel inuitati masculina terminatione pro uulgari feminina utebantur. Iam enim supra complures formae communes, quae apud Homerum et Hesiodum exstant, ea re a nobis explicatae sunt, quod feminina eorum accusatiui forma, in creticum pedem — ⏑ — terminata, in hexametrum nullo modo aptari poterat atque euphonicas etiam causas singulis locis (Hom. Thuc. Dem. Plat.) suspicati sumus. Saepius utraque res apud tragicos accidit; nam metricae difficultates propterea crebriores erant, quod in plerisque metrorum generibus neque correptio concessa erat, uelut *τί δῆτα φήσω χρονία οὖσ' ἐκ δωμάτων*, neque in secundo tantum et quarto pede trimetri iambici, sed etiam saepissime in canticis breui syllaba opus erat ideoque masculina terminatio *ον* metro magis conueniebat, e. g.:

Eur. Suppl. 371: *γᾶν δὲ φίλιον Ἰνάχου*;

Aesch. Pers. 397: *ἔπαισαν ἁλμὴν βρύχιον ἐκ κελεύματος.*

Scilicet eiusmodi difficultates non poterant accidere nisi in nominatiuo et accusatiuo singularis, et memoratu dignum est plerasque eorum casuum formas communes ibi exstare, ubi femininae a metro abhorrent [1]), apud Aeschylum 8 ex 14, apud Sophoclem 11 ex 13, apud Euripidem 45 ex 62 exemplis. Apparet igitur usum formarum communium quodam modo cum re metrica coniunctum esse. Sed audacius est in tanta motionis fluctuatione certis finibus hanc rem circumscribere uel subtiliores leges ex ea enucleare [2]). Eiusdem momenti est illud, quod iam Hermannus recte obseruauit (cf. Lob. ad Ai. 224): 'tragici, si fieri potest, terminationes uariare amant', id est uitant homoeoteleuton, quod praecipue tum molestum erat, cum utraque syllabarum communium ictu feriebatur, nullo aut modico interuallo interposito, e. g.:

---

1) Nominatiui forma communis nusquam ita posita est, ut *ος* terminatio grauiore dipodiae ictu, rarissime ita ut leniore ictu feriatur; in diuerbiis unum exstat exemplum Soph. Phil. 637: *καίριος σπουδὴ πόνων*, in canticis

Aesch. Suppl. 150: *ῥύσιος γενέσθω* (sc. *Ἄρτεμις*);
ib. 599: *τῶν βούλιος φέρει φρήν*;
Eur. Hel. 748: *γᾶ καὶ πανύχιος σελάνα*;

praeterea in ultima syllaba trimetri ex adiectiuis nusquam mobilibus *δραστήριος*, *πρακτήριος*, *σωτήριος* etc. Accusatiui terminatio *ον* saepius in arsi est.

2) Non omittimus tamen adnotare quorundam adiectiuorum in eiusmodi tantum locis exstare formas communes: *βρύχιος* (Pers. 397), *πολιός* (Eur. Andr. 348), *χθόνιος* (Eur. Hipp. 1201. Hel. 345. Soph. O. C. 1726), *τίμιος* (Soph. Ant. 949), *μαψίδιος* (Eur. Hel. 251), *δούλιος* (Aesch. Ch. 77), *φίλιος* (Eur. Suppl. 371), *ὁμοπάτριος* (Aesch. Prom. 559), quibus addimus usum Sophocleum uocis *πατρῷος*, quae 22 locis legitimam terminationem femininam praebet, communis est uno loco Trach. 478: *καθηρέθη πατρῷος Οἰχαλία δόρει*, itemque usum Aeschyleum uocis *φόνιος*, quam communem habes Suppl. 840: *πολυαίμων φόνιος ἀποκοπὰ κρατός*. — Ex adiectiuis in *αιος* et *ειος* term. huc pertinent: *ἀραῖος* (Aesch. Ag. 1565. Soph. Ant. 867), *θυραῖος* (Soph. Trach. 533. El. 313. Eur. Alc. 805), *δίκαιος* (Eur. Iph. T. 1202. Her. 901), *σπουδαῖος* (Soph. O. C. 577), *βέβαιος* (Phil. 71. Eur. El. 941. Soph. Trach. 621), *οἰκεῖος* (Eur. Her. 634).

Eur. El. 1324: *μητρὸς φόνιοι κατάραι*;
Med. 1375: *ῥᾴδιοι δ' ἀπαλλαγαί.*

Sed neque ubique uitabatur, uelut

Eur. Phoen. 1297: *δίδυμοι θῆρες φόνιαι ψυχαί*;
Aesch. Ch. 586: *πόντιαι τ' ἀγκάλαι κνωδάλων*,

quae exempla e canticis petita sunt, nec mirum quod formae communes praecipue ibi usu ueniunt, ubi meliorem sonum praebent quam femininae [1]). Etiam hac in re monemus, ne quis argutius eam uelit disquirere utque memor sit Gerthii uerborum (Stud. I 2 p. 200): 'Poetae tragici binis formis propositis, prout aut uersuum elegantia aut singulare quoddam consilium postulabat, nunc hanc nunc illam ita delegerunt, metri opportunitas ut non tam causa esset . . . quam quasi moderatrix, quae formas . . . distribueret atque dirigeret.'

§ 15.

Aeschylus Sophocles Euripides quod ad formarum communium usum attinet inter se comparantur.

Tragici illi tres poetae haudquaquam pariter utuntur formis communibus, sed magnum inter Sophoclem et Euripidem intercedit discrimen, maxime in adiectiuis in *ιος* et *ειος* terminatis. Nam cum apud illum maior adiectiuorum numerus femininas tantum terminationes praebeat, hic tam frequenter usus est formis communibus, ut plura adiectiua inueniantur aut semper aut interdum minus mobilia, quam quae semper mobilia sint. Quam rem quae sequitur tabula patefaciet simulque ostendet, qui sit Aeschyli inter utrumque poetam locus:

---

1) Etiam hoc loco adnotamus complura adiectiua, quae communia non sunt nisi ubi uitatur homoeoteleuton: *σχέτλιος* (Iph. T. 651), *ἑπάκτιος* (Eur. fragm. 672), *ἡμέριος* (Eur. Phoen. 130), *πολέμιος* (Eur. Suppl. 1192. Ar. au. 344), *ὀλέθριος* (Eur. Her. 1084. H. F. 415), *ἄλιος* (Eur. Her. 82), *εἰνάλιος* (Hel. 526), *ἄθλιος* cf. tabula p. 42.

		semper mobilia	semper communia		interdum communia	summa communium	summa omnium
ιος	Sophoclis	53	14	+	12	26	79
	Aeschyli	49	19	+	9	28	77
	Euripidis	45	33	+	40	73	118
ειος	Sophoclis	7	5	+	0	5	12
	Aeschyli	6	4	+	5	9	15
	Euripidis	8	17	+	5	22	30
αιος	Sophoclis	20	5	+	4	9	29
	Aeschyli	22	5	+	1	6	28
	Euripidis	30	7	+	6	13	43

Sed paucis uerbis hanc tabulam illustremus necesse est.

A. De adiectiuis in ιος term.

Quod apud Sophoclem numerum adiectiuorum semper mobilium duplo maiorem esse uidemus quam minus mobilium, apud Euripidem contra uix duas partes, eius rei causa et ea esse potest, quod Euripides quibusdam adiectiuis pro communibus utitur, quae apud ceteros semper mobilia sunt, et ea, quod adiectiua communia praebet, quae ceteri aut nusquam habent aut non coniuncta cum substantiuis femininis: atque neutra harum causarum non ualet. Nam adiectiua illa ab Euripide interdum per duo genera mouentur, cum Sophocles et Aeschylus aut alter eorum legitima tantum quae est feminina terminatione utantur:

ἄθλιος, αἰθέριος, ἄλιος, βώμιος, δέσμιος, δόλιος, εἰνάλιος, ἐπάκτιος, ἑῷος, ἡμέριος, θαλάσσιος, θεσπέσιος, νύχιος, ὀλέθριος, ὄρθριος, ὄρθιος, οὐράνιος, πάτριος, πελάγιος, πολέμιος, πολιός, πόντιος, ποτάμιος, σχέτλιος, φίλιος, φοίνιος, χρόνιος.

Quibuscum adiectiuis ea comparans, quae apud unum Sophoclem communia, apud ceteros mobilia sunt (*τίμιος*), quae apud Aeschylum (*νάϊος, δούλιος*), facile perspicis quantopere copia illa adiectiuorum minus mobilium poetae licentiae eiusque ad formas communes inclinationi debeatur. Quod autem ad adiectiua communia, quae apud solum Euripidem inueniuntur, attinet satis quidem magnus eorum numerus est (24: *ἀηδόνιος,*

ἀμφιβώμιος, γεράσμιος, δυσαίθριος, ἐπιφύλιος, εὔιος, ζύγιος, ἵππιος, ἰήιος, καθάρσιος, κύκλιος, μαψίδιος, κηλητήριος, νυμφίδιος, παννύχιος, προβώμιος, παρθένιος, ῥόθιος, στύγιος, — Γεραίστιος, Δήλιος, Θρηίκιος, Παρνάσιος, Σιμούντιος), sed etiam apud Sophoclem octo exstant similia (ἀγώνιος, ἀμφιδέξιος, ἐμφύλιος, ἐνθύμιος, ἐπιτύμβιος, κερτόμιος, ποταίνιος, φιλοτήσιος), decem apud Aeschylum (δεσπόσιος, διαπόντιος, δατήριος, δραστήριος, κρυπτάδιος, ὁμοπάτριος, πεδαίχμιος, πρακτήριος, ῥύσιος, — Ἀχερούσιος), ita ut, etsi ea res aliquid ad augendas apud Euripidem formas communes contulit, tamen non tanti momenti esse potuerit, quanti altera causa de qua supra egimus.

Ut in adiectiuis in *ιος*, ita etiam

B. in adiectiuis in *ειος* term.

plura sunt apud Euripidem communia quam semper mobilia; sed ea res non ad id referri potest, quod in his adiectiuis Euripides audacius quam ceteri usus sit communibus formis, sed illuc, quod adiectiua in *ειος* terminata, quae in uniuersum magis ad motionem per duo genera inclinant, apud eum complura inueniuntur, quae neque apud Aeschylum neque apud Sophoclem cum substantiuis femininis componuntur (ἁρματεῖος, αὔλειος, ἀχρεῖος, ἔλειος, ἐπικήδειος, μουσεῖος, νυμφεῖος, παρθένειος, προσαύλειος, ταύρειος, — Καφήρειος, Φοιβήϊος), cum apud illos bina eiusmodi adiectiua inueniantur (Aesch. χρεῖος, ἄρκειος, Soph. βόρειος, παίδειος). Apparet igitur detractis illis adiectiuis non multum inter singulos interesse; nam pauca sunt in quibus usus Euripideus a ceteris discrepet: praeter singularem illam οἰκεῖος uocis positionem communem (cf. p. 37) afferimus μάντειος, δούλειος, ἔτειος, apud Euripidem communia, apud Aeschylum et Sophoclem mobilia, sed ea singularia. Ceterum memoratu dignum uidetur, quod Sophocles in nullo adiectiuo in *ειος* fluctuat, sed aut per duo aut per tria genera mouet, semperque pro mobilibus utitur adiectiuis βρότειος, γυναικεῖος, τέλειος, quae fluctuant apud ceteros. Quare etiam his in adiectiuis minus indulsisse uidetur formis communibus.

C. In adiectiuorum in αιος term. usu uix quicquam inter singulos poetas interest, cum apud unumquemque numerus semper mobilium multo maior quam communium sit neque in singulis uocibus usus discrepet, nisi quod Euripides adiectiui δίκαιος communem positionem adhibere ausus est, a ceteris ubique uitatam (cf. p. 37).

§ 16.

Singulorum adiectiuorum usus illustratur.

Ad singula transeuntes satis habemus adiectiua ambiguae motionis enumerasse exemplisque illustrasse.

I. Semper mobilia sunt

A. Adiectiua in ιος term.[1]):

(ἄγριος), ἀέριος, ἄντιος, ἄρτιος, βάκχιος, βαλιός, βροτήσιος, δίψιος, δῖος, δόχμιος, δύϊος, ἑσπέριος, εὐθυντήριος, θούριος, (ἴδιος), ἵππιος, κυμάτιος, λειμώνιος, λόχιος, (μέτριος), μύχιος, μοιρίδιος, νήπιος, ξένιος, ὄλβιος, ὄμβριος, ὅρκιος, οὔλιος, παιώνιος, πανάθλιος, πρόσθιος, σκολιός, σκότιος, τέρμιος, χείριος, — (ἀνάξιος), ἀνάρσιος, ἀνηβητήριος, ἐγχώριος, ἐνάντιος, ἐνόδιος, ἐπάξιος, ἐπιδέξιος, ἐκτόπιος, ἐμπόδιος, καθημέριος, παράκτιος, προστατήριος, συζύγιος, (ὑπαίθριος), ὑπερπόντιος.

B. Adiectiua in αιος term.:

ἀγελαῖος, ἀέλλαιος, ἀκμαῖος, (ἀναγκαῖος), ἀνταῖος, βαιός, γεραιός, (γηραιός), γραῖος, δείλαιος, δηναιός, (ἑδραῖος), εἰκαῖος, ἑρμαῖος, εὐναῖος, κλοπαῖος, κνεφαῖος, κρηναῖος, λαιός, λεπαῖος, λοχαῖος, λυγαῖος, μαῖος, νάπαιος, νησαῖος, ὀρφναῖος, πετραῖος, πομπαῖος, προναῖος, τριταῖος, — ἔγγαιος.

C. Adiectiua in ειος term.:

ἄρνειος, βακχεῖος, ἵππειος, λεόντειος, ὄρειος, μόσχειος.

---

1) Adiectiua quae iam p. 33 enumerata sunt, hoc loco iterum non ascripsimus; uncis inclusimus ea, quae in prosa oratione etiam per duo genera mouentur.

II. Parum sibi constant[1]):

A. Adiectiua in ιος term.:

Mouet per genera	Aeschylus II	Aeschylus III	Sophocles II	Sophocles III	Euripides II	Euripides III
*ἄθλιος	—	Suppl. 571. fragm. 208.	O. C. 330.[2]) Trach. 105.	O. R. 1241. 1462. Ant. 1209. 1300.	Alc. 1038. Hel. 797. 1164. H. F. 100. 1393. Phoen. 1603.	25 locis
αἰθέριος	—	Sept. 81.	—	O. C. 1082.	frgm. 836, 10.	Hel. 1363. El 1349. Suppl. 987.
†αἴσιος	—	—	—	—	H. F. 596.	Ion 421.
ἄλιος	—	—	[Ai. 359.][3])	O. C. 716. Phil. 1470.	Her. 82.	Andr. 108. 537 Hipp. 228. I. A. 1081.[4]) Troad. 826. frag. 306.
ἀμβρόσιος	—	—	—	—	Med. 982.	Hipp. 748.
†ἀνόσιος	ubique	—	ubique	—	ubique	Troad. 1316 (cf. p. 5).
βρύχιος	Pers. 397.	Prom. 1082.	—	—	—	—
βώμιος	—	—	O. R. 184.	Ant. 1301	Phoen. 274. 1749.	H. F. 984. Suppl. 93. I. A. 1593.
δάϊος	—	Pers. 271. Ch. 429. 430.	Ai. 365.	Ai. 784.	H. F. 915. Troad. 1301.	Andr. 837.

1) Asterisco * notauimus ea adiectiua, quae in prosa semper mobilia, cruce † quae communia sunt.

2) Probamus hoc loco Dindorfii coniecturam: *ὦ δύ' ἀθλίω τροφά* (pro codicum lectione *ὦ δυσάθλιαι τροφαί*) secundum ea quae ad h. l. exposuit in ed. III. Ox. 1860.

3) Ai. 359 codd. praebent *ἁλίαν ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν*, metro non aptum; Herm. correxit *ἅλιον ὃς ἐπέβας*, quod ab omnibus fere editoribus receptum uidemus; sed iniuria comparauit Herm. singulare illud Euripidis *ἁλίῳ πλάτᾳ* (Her. 83), cum ipse Sophocles habeat O. C. 716 *ἁλία . . πλάτα*. Non 'ἀττικώτερον' (ut Bothio uidetur ad u. 348) esse communem terminationem exempla supra allata docent; quare dubitamus assentiri Hermanno, nec Dindorfi coniectura *ὃς ἅλιαν ἔβας* elegans nobis uidetur.

4) Iph. Aul. 1081 codd. *γ' ἁλιᾶν*; probabile autem est Scaligeri *βαλιάν*.

Mouet er genera	Aeschylus II	Aeschylus III	Sophocles II	Sophocles III	Euripides II	Euripides III
ἑσμιος	—	—	—	frgm. 217.	Bacch. 226.	—
ὁλιος	—	Ag. 155. 1523. Ch. 736. 955.	—	Tr. 851.	Alc. 33. Hel. 20. 238. 1322. 1589. [I. T. 859.][1] Cycl. 449. Rh. 748. Troad. 530.	Med. 412. Or. 1009.
ὁύλιος	[Suppl. 599.][2] Ch. 77.	Sept. 323. Ag. 1041. 1084.	—	Ai. 499.	—	—
κούσιος	—	—	Ph. 1318.	Tr. 1123. 727.	Suppl. 151. Hel. 526.	fragm. 340.
ἰν(ἐν)άλιος	—	—	—	Ant. 346. frgm. 239.	Andr. 855.[3]	Andr. 253. Hec. 39. Hel. 148. 1460. I. A. 165. 976. I. T. 255. 1240. Cycl. 318. Tr. 1095. Ph. 6.
νιαύσιος	—	—	—	—	Hel. 775.	Suppl. 407. Hipp. 37.
ννύχιος	—	—	Ai. 180.	Ai. 1203.	—	—
πάκτιος	—	—	—	Tr. 1151. frgm. 493.	frag. 672.	Andr. 854.
πιχώριος	—	—	—	—	Ion 1111. frg. 775, 13.	Hel. 561.
ῷος	—	Prom. 25.	—	—	Phoen. 169.	—
μέριος	—	—	—	Ai. 208.	Phoen. 130.	Ion 87.
Θαλάσσιος	—	Prom. 924.	—	—	I. T. 236.	Andr. 17. Hec. 698. fragm. 878. I. T. 1192. Rh. 974.[4]

1) Iph. T. 859 codd. contra metrum *εἰς κλισίαν λέκτρων ... δολίαν ὅτ' ἀγόμαν*; Dindorf. quem sequimur *δόλιον ὅτ' ἀγόμαν*; Nauck. *δόλι' ὅτ' ἀγόμαν*.

2) Aesch. Suppl. 599 codd. *δούλιος φέρει φρήν*; Auratus emendauit *βούλιος* a recentioribus receptum; nam sensui non aptum est *δούλιος*.

3) Andr. 855 *μονάδ' ἔρημον οὖσαν ἐναλίου κώπας*: Herm. et Seidler correxerunt *ἐνάλου* et secuti eos sunt Dindorf., Nauck., Kirchh.; sed causa nos latet.

4) Rhes. 974 *τῆς Θαλασσίας Θεοῦ*; inepte codd. duo Florentini praebent *Θαλασσίου*; cf. § 2 et 3; Lob. ad Ai. 401.

Mouet per genera	Aeschylus II	Aeschylus III	Sophocles II	Sophocles III	Euripides II	Euripides III
*θεσπέσιος	—	Ag. 1154.	—	—	Andr. 296.	—
ἱκέσιος	—	Suppl. 360.	Phil. 495.	—	Or. 1414.	Hec. 851. Suppl. 108.
καίριος	Ch. 1064.	Ag. 1292. 1343.	Phil. 637.	O. R. 631.	Phoen. 1431.[1]	—
κεραύνιος	Sept. 430.	Prom. 1017. frg. 326.	—	Ant. 1139. frg. 483, 1.	Bacch. 594. Troad. 92. [Suppl. 1011.][2]	Bacch. 6. 93 244. frg. 781, 64
κρύφιος	—	—	—	—	I. T. 1328. Ion 1487.	El. 720.
*κύριος	Suppl. 732.	—	—	—	Her. 143.	Alc. 158. He 968. Or. 48
λοίσθιος	Ch. 500.	Eu. 734.	—	Ant. 895.	—	—
μακάριος	—	—	—	—	Bacch. 1171.[3]	Hel. 1434. El. 1006. H. F. 493.
μετάρσιος	Prom. 269.	—	Ant. 1009.	—	Hec. 499. Hel. 299.	I. T. 27.

1) Phoen. 1431 τετρωμένους δ' ἰδοῦσα καιρίους σφαγὰς ... ὤμωξεν, cf. Valcken. ad u. 1440, qui suo iure uituperat unius codicis (Florent. 32, 2) lectionem καιρίας; d'Oruillius autem ab illo allatus exempla profert quae nihil ualent.

2) Magna his locis terminationum est confusio; mira enim Dindorf. in poet. scaen. ad Suppl. 1011 et ad Bacch. 244 adnotat. Ad illum locum, ubi in textu est λαμπάσι κεραυνίοις, dicit: 'Probabilius κεραννίαις, ut Bacch. 244', quamquam ipse hoc loco cum Fixio scribit λαμπάσι κεραυνίοις pro librorum lectione κεραννίαις. Fixii autem coniectura facta uidetur esse, ne in eodem uerborum conexu modo feminina modo communis forma esset; sed quam parum id offendat, probant Or. 1414 ἱκεσίους χέρας et Hec. 851 ἱκεσίᾳ χερί. Nobis autem quoniam ceteris locis aut metrum postulat formam masculinam (Bacch. 594) aut homoeoteleuton uitatur posita communi (Aesch. Sept. 430. Eur. Troad. 92), uidetur Suppl. 1011 legendum κεραννίαις, sed non necesse esse mutetur Bacch. 93 κεραννίᾳ πλαγᾷ ut Dindorf. uult, neque Eur. fragm. 781 κεραύνιοι πλαγαί ut Herm.; neque enim uitandum erat homoeoteleuton, quode supra locuti sumus.

3) Bacch. 1171 φέρομεν ἐξ ὀρέων ... μακάριον θήραν legimus cum Nauckio; Dindorf. secundum Plut. uit. Crass. 33 mauult μακαρίαν θήραν; sed et iucundius illud sonat et codicis scriptura μακάριον θήραμα, quae etiam apud Plut. mor. p. 501[b] exstat, cum Nauckio facit.

Mouet er genera	Aeschylus II	Aeschylus III	Sophocles II	Sophocles III	Euripides II	Euripides III
ύριος	—	ubique	—	ubique	[Troad. 1163.] [1]	ubique
άϊος	Pers. 276. 336.	—	—	Ai. 356.	—	Med. 1122.
ότιος	Prom. 401.	—	—	—	—	I. T. 432. frg. 836.
όχιος	—	Pers. 952.	—	O. C. 1248. Ai. 1203.	I. T. 1273. Med. 211.	Rhes. 21.
λέθριος	—	Sept. 198.	—	Ai. 799. O. C. 1683.	Hec. 1084. H. F. 415.	Suppl. 116.
ρθιος	—	[Sept. 564.] [2]	—	O. C. 1624.	Hel. 632.	El. 489.
υράνιος	—	Prom. 164.	—	O. R. 866. O. C. 681. 1466. Phil. 1413. El. 1064. Ai. 196.	Ion 715.	Alc. 245. Hipp. 59. 166. Med. 144. Tr. 1299. frg. 781, 15.
ύριος	—	Ch. 814.	Phil. 355.	frgm. 151.	Troad. 882. Hec. 900. [3] Hel. 1612.	Hel. 1588. I. A. 352.
άτριος	—	—	—	Ant. 806. Phil. 1213.	Bacch. 201.	Bacch. 1368. Hel. 522. Ion 483. Med. 651. Rhes. 932. Troad. 857.

1) Troad. 1163 Nauckius communem uocis *μύριος* formam in textum intulit: *διολλύμεσθα μυρίον τ' ἄλλης χερός*. Sed quamquam falsa codicum scriptura *μυρίους* eius coniecturae a ceteris probatae fauet, tamen tam singularis est illa forma communis, ut assentiri dubitemus, praesertim cum etiam *μυρίας* traditum sit (cod. Pal.).

2) Sept. 564 codd. praebent *τριχὸς δ' ὀρθίας πλόκαμος ἵσταται*; probabilior est Blomf. coniectura *καὶ τριχὸς ὄρθιος πλόκαμος ἵσταται*, sic etiam Dindorf. et Herm.

3) Hec. 900 et alibi maxima editorum est dissensio. Elmsl., cui Dindf. assentitur, ubique masculinas terminationes praetulit, Nauck. et Kirchh. praeter Troad. 882 femininas, non offensi homoeoteleuto. Cum autem perexiguam librorum auctoritatem esse constet (cf. Elmsl. ad Med. 764), et tam fluxus sit illius adiectiui usus, ut audacius esse nobis uideatur poetae aut masculinam aut femininam formam solam uindicare, Hec. 900 et Hel. 1612 cum Elmsl. et Dindorf. masculinas formas legimus, ut uitetur mo-

Mouet per genera	Aeschylus II	Aeschylus III	Sophocles II	Sophocles III	Euripides II	Euripides III
*πατρῷος	Ag. 210. 228. Ch. 443.	10 locis	Trach. 478.	22 locis [1]	El. 133. Suppl. 1147.	41 locis
*πελάγιος	—	Pers. 427. 467.	—	—	Hel. 1436.	[Hel. 1062.[2]]
*πολέμιος	—	Sept. 559. 588. Ag. 608.	—	Ai. 819.	Suppl. 1192.	9 locis
*πολιός	—	—	—	Ai. 634. O. R. 183. Phil. 1123.	Andr. 348.	8 locis
πόντιος	—	Pers. 449. 906. 1037. Ch. 586. Eum. 904	—	Trach. 100.[3] O. C. 1659. Ant. 587. Phil. 269.	Alc. 595. Ion 282.	15 locis
ποτάμιος	—	Sept. 1392.	—	—	El. 309. Rh. 919. (El. 56.)[4]	Alc. 459. Hel. 1384. Hipp. 78. 12 Tr. 1067.
ῥάδιος	—	—	—	—	Med. 1375.	frag. 504.
σχέτλιος	—	Prom. 644.	—	Ant. 47.	I. T. 651.	Alc. 741. He 783. El. 115 Med. 873. Phoen. 155
*τίμιος	—	Eum. 854.	Ant. 949.	O. R. 895.	—	—

lestum homoeoteleuton, Hec. 1588 autem seruamus femininam terminationem, quam Reiskius ex codicis scriptura *οὖρια* recte elicuit.

1) El. 195 cur in Lex. Soph. (Ellendt-Genthe) legatur *ἐν κοίταις πατρῴοις* nescimus.

2) Hel. 1062 Dindorf. etiam hoc loco scribit *πελαγίους ἐς ἀγκάλας*, quod iucundius sonat.

3) Trach. 1000 incerta est lectio et dissentiunt inter se editores, quorum Nauck. *ἢ ποντίας αὐλῶνας*, Bothius, Herm., Dindorf., Ellendt-Genthe *ποντίους* legunt; traditur enim in cod. L *ποντίας*, *ου* a m. pr. suprascripto; *ποντίους* etiam in lemmate scholii legitur. Sed facilius mutari poterat *ποντίας* in *ποντίους* quam contra, quia, ut Athen. V p. 189 D affirmat, poetarum est uoce *αὐλών* pro femininą uti, quod facile a posterioribus neglegebatur (cf. Dindorf. Ed. III. Ox. et Lex. Soph.).

4) El. 56 probabilis nobis uidetur Fixii coniectura *πηγὰς ποταμίους*.

Mouet	Aeschylus		Sophocles		Euripides	
er genera	II	III	II	III	II	III
φίλιος	—	ubique	—	ubique	(Suppl. 371.)[1]	6 locis
ὄνιος	Suppl. 840.	Ch. 312. 400. Eu. 317.	—	Trach. 831.	Andr. 1002. 1020. 1194. Hec. 73. El. 485. 752. 1324. Tr. 1318.	9 locis
οἴνιος	—	4 locis	—	8 locis	Phoen. 252. 1378.	12 locis
χειμέριος	—	—	Phil. 1194.	O. C. 1241.	—	—
χθόνιος	—	Sept. 736.	O. C. 1727.	El. 1066. O. C. 1568. 1752.	Hel. 345.[2] Hipp. 1201.	Alc. 902. Hel. 1346. I. T. 1272. Ion 1054.
ρηστήριος	Eum. 241.	Ag. 1270.	—	—	—	—
ρόνιος	—	Sept. 706. Ag. 146.	—	—	Andr. 84. Hel. 1035. El. 585. Ion 470.	Hel. 1232. El. 1308. Suppl. 91.
γύγιος	Pers. 37. 974.	Sept. 321.	O. C. 1770.	—	—	—

B. Adiectiua in αιος term.:

ραῖος	Ag. 1565.	—	Ant. 867.	frgm. 97.	—	Hel. 694.
έβαιος	—	—	Phil. 71. Tr. 620.	frgm. 202.	El. 941.	El. 1263.
ίαιος	—	—	—	Ant. 1140.	Her. 102. 106.	—
γενναῖος	—	Ag. 614.	—	Tr. 308. El. 287. Ai. 938.	Hec. 592.	Alc. 742. Hec. 592. Hel. 1376. Suppl. 1030. I. A. 1422. Troad. 1013. Phoen. 1692. frgm. 185.
ιανταῖος	—	Sept. 895 Eu. 334.	—	—	Ion 767.	—
ίκαιος	[Sept. 626.]	ubique	—	ubique	Her. 901. I. T. 1202.	ubique
ρομαῖος	—	—	—	Tr. 927.	Alc. 245.	—

1) Suppl. 371 codicis lectio *γᾶν δὲ φίλιον Ἰνάχου* (sic Nauck.) metro non apta est; uide igitur num altera recte se habeat *γᾶν δὲ φίλαν τὰν Ἰνάχου* (Dindorf. cum Heathio).

2) Hel. 345 haud inepte Hartung. suspicatus est *φόνιον* pro *χθόνιον*.

Mouet per genera	Aeschylus II	Aeschylus III	Sophocles II	Sophocles III	Euripides II	Euripides III
θυραῖος	—	Ag. 1055.[1]	Trach. 533.	El. 518.	Alc. 805.	Phoen. 848.
μάταιος	Ag. 1152. Ch. 82. Eum. 336.	Prom. 329. Sept. 1442. Ag. 421. 1662. Eu. 830. frg. 289.	O. C. 784.	Tr. 565. (887.)[2] El. 642.	I. T. 628.	Med. 333. 959
πηγαῖος	—	—	—	—	Alc. 99.	Rhes. 929.

C. Adiectiua in ειος term.:

βασίλειος	Pers. 661.	Pers. 589.	—	—	frgm. 775, 64.	El. 187. Bacch. 747.
βρότειος	Prom. 116. Suppl. 104.	frg. 434.	—	—	El. 741. frgm. 53.	Suppl. 777. Hipp. 19. 936. Rhes. 928.[3]
γυναικεῖος	Ch. 878.	Ch. 630.	—	Tr. 898. frg. 517.	Hel. 1053. I. A. 233.	Andr. 362. 956. Hel. 1621 frg. 404.
δούλειος	—	—	—	frg. 518.	Troad. 1330.	—
ἔτειος	—	Ag. 2.	—	—	frgm. 332.	—
ἑρκεῖος	Ch. 561.	Ch. 652.	Ai. 108.	—	Troad. 483.	—
μαντεῖος	—	—	—	O. R. 21.	Ion 130. I. T. 1268.	—
ὀθνεῖος	—	—	—	—	Alc. 532. 533.	Alc. 646.
**οἰκεῖος*	—	Ag. 1220. Ch. 675.	—	El. 215. Ai. 859. Ant. 1203. 1176. Ai. 919.	Her. 634.	El. 629. frg. 684.
τέλειος	Ag. 1432. Eu. 381. frg. 41.	7 locis	—	Ant. 632.	—	frg. 775, 52.

1) Ag. 1055 cf. Herm. ad h. l.; Blomf. coniectura *θυραῖος* communi genere de persona, de re *θυραία* dictum esse, quam Herm. 'haud facile probabilem' dicit, refellitur etiam Sophoclis loco El. 518 *μή τοι θυραίαν γ' οὖσαν αἰσχύνειν φίλους* (cf. p. 37 adn.).

2) Trach. 887 loco corrupto Wunder coniecit *ἐπεῖδες, ὦ μάταιε, τήνδε τὴν ὕβριν*, receptum a Dindorf., sed suo iure Nauck. de uocis *μάταιος* hoc loco usu dubitat; non tam lenis corruptio uidetur esse.

3) Rhes. 928 non necessaria nobis uidetur Elmslei coniectura *βρότειον ἐς χέρα*, etsi a Nauck. et Dindorf. recepta est; recte retinuit Kirchh. formam femininam.

III. Semper communia sunt:

A. Adiectiua in ιος term.:

Apud	Aeschylum	Sophoclem	Euripidem
ἀγώνιος	—	Ai. 195.	—
ἀηδόνιος	—	—	Ion 1482.
ἀμφιδέξιος	—	O. R. 1243.	—
ἀμφιβώμιος	—	—	Troad. 562. Ion 52.
Ἀχερούσιος	Ag. 1160 (?).	—	—
γαμήλιος	Suppl. 806. Ch. 487.	—	Med. 673. 1026. frg. 781.
γενέθλιος	Ch. 912. Eu. 7.	O. C. 927.	—
Γεραίστιος	—	—	Cycl. 295.
γεράσμιος	—	—	Phoen. 923.
διατήριος	Sept. 711.	—	—
δεσπόσιος	Suppl. 845.	—	—
Δήλιος	—	—	Troad. 89.
διαπύντιος	Ch. 352.	—	—
δραστήριος	Sept. 1041.	—	—
δυσαίθριος	—	—	Her. 857.
ἐμφύλιος	—	O. C. 1385.	—
ἐνθύμιος	—	Trach. 110.	—
ἐπιτύμβιος	—	Ant. 901.	—
ἐπιφύλιος	—	—	Ion 1577.
εὔιος	—	—	Bacch. 238. Phoen. 656.
ζύγιος	—	—	Hel. 1310.
ἧπιος	—	—	Troad. 53.
Θρηίκιος	—	—	fragm. 370.
ἴλιος	—	—	Phoen. 1016.
καθάρσιος	—	—	Hel. 869.
κερτόμιος	—	Ant. 956. 961.	—
κηλητήριος	—	—	Hec. 535.
κρυπτάδιος	Ch. 946.	—	—
κύκλιος	—	—	Hel. 1363.
λυτήριος	Suppl. 1072. Eu. 646.	El. 635.	—
μανίδιος	—	—	Hel. 251.
νυμφίδιος	—	—	Alc. 249. Andr. 858.
ὄδιος	—	—	El. 161 (ex coni. Herm.).
ὁμοπάτριος	Prom. 359.	—	—
πανύχιος	—	—	Her. 748.
παρθένιος	—	—	Phoen. 224.
Παρνάσιος	—	—	I. T. 1244.
πεδαίχμιος	Ch. 589.	—	—
ποταίνιος	—	fragm. 162.	—
πρακτήριος	Suppl. 523.	—	—
προβώμιος	—	—	Ion 376.
ῥύσιος	Suppl. 150.	—	—
ῥόθιος	—	—	I. T. 407.
Σκαμάνδριος	—	Ai. 418.	Hel. 52. 609. Troad. 374. 1151.
Σιμούντιος	—	—	Hel. 250.
στύγιος	—	—	Hel. 1339. Med. 195.

Apud	Aeschylum	Sophoclem	Euripidem
σωτήριος	Suppl. 213. 407. 417.	—	Ion 484.
ὑποχείριος	Suppl. 392.	—	Andr. 736.
φιλοτήσιος	—	El. 1074.	—

B. Adiectiua in αιος term.:

ἀγνιαῖος	—	fragm. 211.	—
ἀννμέναιος	—	O. C. 1221. Ant. 876.	Hec. 416. H. F. 834. I. T. 856.
ἀτρεμαῖος	—	—	Or. 147.
ἔμπαιος	Ag. 188.	—	—
λαθραῖος	Ag. 1230.	Trach. 377.	Ion 45.
Λερναῖος	—	—	Ion 191.
προστροπαῖος	Eu. 41. 237.	O. C. 1309.	—
σπονδαῖος	—	O. C. 577.	—
τομαῖος	—	—	Alc. 102.
ὑπόγαιος	fragm. 55, 10.	—	—

C. Adiectiua in ειος term.:

ἄρκειος	fragm. 127[b].	—	—
ἁρματεῖος	—	—	I. A. 230.
αὔλειος	—	—	Hel. 438.
ἀχρεῖος	—	—	Her. 58. fragm. 15.
βόρειος	—	O. C. 1240.	—
ἔλειος	—	—	H. F. 152.
ἐπικήδειος	—	—	Troad. 514.
Θήρειος	Ch. 232.	Trach. 1060.	—
Καφήρειος	—	—	Troad. 90.
κήδειος	Ch. 97. 226. 538.	—	Ion 487.
λύκειος	—	El. 7.	Rhes. 208.
μούσειος	—	—	Bacch. 410.
νυμφεῖος	—	—	I. A. 131.
παρθενεῖος	—	—	Hipp. 1302.
παίδειος	—	Ant. 918.	—
προσαύλειος	—	—	Rhes. 273.
ταύρειος	—	—	Hel. 1582.
Φοιβήϊος	—	—	Ion 461.
χρεῖος	Suppl. 202.	—	—

§ 17.

De Aristophanis usu.

Quoniam eis quae antecedunt paragraphis prosae scriptorum et tragicorum poetarum usum tractauimus, hac postrema de Aristophane agendum, cuius sermonem medium inter utros-

que locum obtinere notissimum est. Nam cum in canticis tragicorum generi dicendi propior sit, in diuerbiis plane ad cotidianum sermonem se accommodat. Quare si recte se habent quae supra constituimus non solum in uniuersum rarior est apud eum usus adiectiuorum in *ιος, αιος, ειος* term., sed etiam formae communes magis eis finibus continentur, quibus in prosa oratione circumscriptae sunt, etsi in canticis audacius adhibentur. Idem eo probatur, quod quibusdam adiectiuis Aristophanes mobilibus tantum utitur, quorum terminationes communes a poetis tragicis non alienae sunt, ut *μακάριος, οὐράνιος, χθόνιος, δόλιος, φιλοτήσιος, ἄθλιος, δρομαῖος, γυναικεῖος* etc. Praeterea unius in *-ήριος* adiectiui quo usus est Aristophanes formas praetulit femininas:

πολεμιστήριος Ach. 572 *πόθεν βοῆς ἥκουσα πολεμιστηρίας;*
Pac. 255 . . . *καὶ γὰρ ὥσπερ ᾐσθόμην*
καὐτὸς θυείας φθέγμα πολεμιστηρίας.

Formae uero quae inueniuntur communes maximam partem eorum sunt adiectiuorum, quae etiam in prosa oratione per duo tantum genera mouentur, ut

αἰφνίδιος Thesm. 127 . . . *φῶς ἔσσυτο . . . ἀμετέρας τε δι' αἰφνιδίου ὀπός·*

πάτριος Ran. 368 *κωμῳδηθεὶς ἐν ταῖς πατρίοις τελεταῖς ταῖς τοῦ Διονύσου;*
ib. 1533 *κἄλλος ὃ βουλόμενος τούτων πατρίοις ἐν ἀρούραις.*

αὔλειος Vesp. 1482 *τίς ἐπ' αὐλείοισι θύραις θάσσει;*
(cod. Ven. habet *αὐλείαισι*); sed
fragm. 251 *πρὸς τὸν στροφέα τῆς αὐλείας σχίνου κεφαλὴν κατορύττειν;*

ubi Cobetus correxit *αὐλείου* ex more Atticorum; cf. Lys. I 17. XII 16.

ὀρνιθεῖος Au. 864 (in prosa praeconis oratione) *εὔχεσθε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνιθείῳ;*

βέβαιος Lys. 1017 *ἐξὸν, ὦ πονηρὲ, σοὶ βέβαιον ἔμ' ἔχειν φίλην;*

aut in canticis secundum tragicorum licentiam, ut
ἐπιχώριος Nub. 601 (cf. § 2 et 3);
πολέμιος Au. 344 ἐπίφερε πολέμιον .. ὁρμὰν φονίαν (cf. p. 38 adn.);
νυμφίδιος Au. 1729 ἀλλ' ὑμεναίοις .. καὶ νυμφιδίοισι δέχεσθ' ᾠδαῖς αὐτὸν . . .
Κιθαιρώνιος Thesm. 996 ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται Κιθαιρώνιος ἠχώ . . .
et in uersibus anapaesticis
βασίλειος Eccl. 685 . . . ἐπὶ τὴν στοιὰν ἀκολουθεῖν τὴν βασίλειον δειπνήσοντας;
Ὁμήρειος fragm. 1 si recte habet (cf. § 6);
δάϊος Nub. 335 στρεπταίγλαν δάϊον ὁρμάν, metro postulatum, ut etiam communis terminatio uocis αἰθέριος Au. 1277 ὦ κλεινοτάτην αἰθέριον οἰκίσας πόλιν. Denique quae restant formae communes non ipsius Aristophanis sunt, sed uersus illi uerbo tenus ex Euripidis quae intercidit tragoedia sumpti esse uidentur:

Ran. 1311 τέγγουσαι νοτίοις πτερῶν ῥανίσι χρόα;
ib. 1313 αἵ θ' ὑπωρόφιοι (sc. ἀλκύονες).

Apparet igitur Aristophanem in dubia motione adiectiuorum in ιος etc. plerumque non egressum esse prosae orationis inconstantiam; ubi autem hoc factum est, ad tragicorum grande dicendi genus propius accessit poeta.

In fine huius disputationis nostrae partis paucis liceat repetere quae supra uberius exponere exemplisque illustrare studuimus.

I. Apud Ionicos scriptores poetasque lyricos rarus est usus formarum communium eorum adiectiuorum quae in ιος et ειος terminantur, eorum autem quae in αιος prope nullus; praeterea communes terminationes apud epicos haud raro metri aut euphoniae rationibus debentur.

II. In prosa Attica numerus adiectiuorum ambiguae motionis paruus est pro numero semper mobilium; rarissime

adhibent communes formas oratores, saepius historici, audacissimus est Plato, qui proxime accedit ad

III. Poetas tragicos, qui in plerisque adiectiuis in ιος et ειος, rarius in eis quae in αιος cadunt prout metrum aut euphonia postulabat aut sine ulla causa motionem per duo genera usurpant, cautius Sophocles, effusius Euripides.

§ 18.

De motione adiectiuorum quae in ιμος terminantur.

Iniuria Buttmannus eandem esse fluctuationem adiectiuorum quae in ιμος terminantur atque adiectiuorum in ιος etc. censet. Kuehner autem satis habet exempla quaedam attulisse, de uniuerso autem motionis genere tacet. Lobeckium quoque errauisse (ad Ai. 401) mox demonstrabimus. Melius Krueger iudicat, qui adiectiuis in ιμος terminatis motionem per duo genera tanquam legitimam uindicat.

Nobis uero exempla conquirentibus illorum inconstantia non alia quam compositorum in ος uidetur esse. Nescimus sane eius rei causam, sed qui accuratius materiam a Lobeckio collatam (Parall. l. l.) disposuerit, tot inueniet inter utrumque usum similitudines, ut facere non possit quin nobis assentiatur. Nam ut contra compositionis legem apud Homerum, Pindarum, tragicos haud pauca composita sunt mobilia, ita etiam adiectiuorum in ιμος formae femininae plerumque illis poetis sunt propriae, a mero autem Atticorum sermone soluto non minus alienae, quam compositorum femininae terminationes. Sed iam ad singula transeamus.

Ac primum quidem Homerus praetulit motionem per tria genera in adiectiuis

ἄϊσιμος ψ 14: *αἰσίμη ἦσθα*;
εἰδάλιμος ω 279: *γυναῖκας . . . εἰδαλίμας*;
πευκάλιμος Θ 366. Ξ 165: *ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι*;

duo autem sunt communia:

ἐναίσιμος Ω 40. σ 220: *φρένες . . . ἐναίσιμοι*;
κάλλιμος μ 192: *ὅππα κάλλιμον*.

Neque alia res est apud Pindarum, qui ut non solum in compositis in *ος*, sed etiam in *ιος*, quibus motio per duo genera legitima est (cf. p. 19 et p. 15) saepius quam quiuis alius femininis formis usus est, ita etiam his in adiectiuis femininas terminationes saepius adhibuit quam communes; nam plenam motionem habent:

καρπάλιμος P. XII 20: *καρπαλιμᾶν γενύων*;
παρμόνιμος P. VII 18: *παρμονίμαν . . . εὐδαιμονίαν*;
φαίδιμος P. IV 28: *φαιδίμαν . . . ὄψιν*;
N. I 68: *φαιδίμαν . . . κόμαν*;
Ol. VI 14: *φαιδίμας . . . ἵππους*;

quibus fortasse dubium illud fragmentum (Bergk. p. 1341) *ἀχαιρίμαν γλῶσσαν* adnumerandum est. Contra per duo genera mouentur nulla nisi

ἀοίδιμος Ol. XIV 2: *ἀοίδιμοι . . . βασίλειαι*;
ἀσύχιμος Ol. II 32: *ἀσύχιμον . . . ἀμέραν*.

Ex ceteris poetis lyricis afferre possumus *φρονίμαν δόξαν* in fragmento quod sub Thaletis nomine fertur, cum legitime communia sint *φύξιμος* (Sim. 249 *φύξιμος ὄδμη*) et *ὠφέλιμος* (Critias II *πόσις ὠφέλιμος*).

Herodotus propius accedit ad Atticorum scriptorum consuetudinem; nam praeualent terminationes communes, quas semper praebent

ἀοίδιμος II 135: . . . *Ἀρχιδίκη . . . ἀοίδιμος*;
ἁλώσιμος III 153: *ἁλώσιμος ἡ Βαβυλών*;
δόκιμος V 66: *οἰκίης δοκίμου*;
VIII 73: *δόκιμοι πόλιες*;
μάχιμος VII 115: *μάχιμοι μυριάδες*;
ναυπηγήσιμος V 23: *ἴδῃ ναυπηγήσιμος*.

Contra mobilia sunt

ἐδώδιμος II 92: *ῥίζα ἐδωδίμη* et fluctuant:
λόγιμος VI 106: *πόλι λογίμῳ*; II 98: *πόλις λογίμη*;
ἱππάσιμος IX 13: *χώρῃ ἱππασίμῳ*[1]); II 108: *Αἴγυπτον ἱππασίμην* (cf. § 2);
IX 13: *χώρα ἱππασίμη*.

1) Stein: 'cod. z *ἱππασίμῃ*; malim *χώρῳ*.'

Apparet igitur temporibus Atticae prosae anterioribus motionem illorum adiectiuorum liberam fuisse; in hac autem omnia adiectiua in ιμος terminata (circiter 12 inuenimus plus quam 30 locis cum substantiuis femininis coniuncta) semper per duo genera mouentur, excepto uno χρήσιμος. Quae uox modo communis, modo mobilis est, nisi quod Isocrates femininas terminationes praefert (7 : 1; cf. p. 29 adn.), Plato communes (7 : 3). Sed ut in adiectiuis in ιος term. ita etiam in adiectiuis in ιμος Plato non ceterorum prosae scriptorum, sed poetarum tragicorum usum sequitur. Nam quamquam circiter 12 adiectiuorum (circ. 20 locis) legitimis usus est terminationibus communibus, tamen non ueritus est scribere:

Legg. IV 705 C: ναυπηγησίμης ὕλης;
Rep. X 614 E: ψυχαὶ γνώριμαι;
Charm. 174 D: ἐπιστήμη ὠφελίμη;
Men. 98 C: δόξα ὠφελίμη;
Rep. X 607 D: ποιητικὴ καὶ μίμησις ὠφελίμη.

Etiam apud tragicos poetas tam raro femininae terminationes inueniuntur, ut miremur quod Lobeckius, recte obseruata quadam apud illos fluctuatione, eas legitimas esse credidit atque excusare conatur quasdam formas communes ut euphoniae datas (cf. ad Ai. 401). Pleraque uero mobilia in canticis sunt, in quibus composita quoque in ος exeuntia saepe femininas formas exhibent; inuenimus enim

Soph. Ai. 401: ἀλκίμα θεός (cf. § 2);
Eur. Hipp. 577: πομπίμα φάτις;
Phoen. 1711: πομπίμαν αὔραν;
Or. 1454: μᾶτερ ὀβρίμα;

et in diuerbiis:

Aesch. Ch. 180: χαίτην κουρίμην;
Eur. El. 521: κουρίμης τριχός;
Soph. fragm. 823: σπουδὴ ἀκουσίμη (cf. Dind. poet. sc.). [1])

1) Iniuria Lob. l. l. Aeschylo femininam formam μορσίμη uindicat propter Eum. 217; Turnebi coniectura est et recte habent Herm. et Dindf. εὐνὴ ... μόρσιμος.

Quibus si opponimus 24 adiectiua quae circ. 60 locis per duo genera mouentur, nullo alio documento opus esse credimus, quo iure femininas eiusmodi adiectiuorum terminationes sermoni non Attico et poetis attribuamus.

Denique adnotamus Aristophanem etiam hac in re prosae orationis uitaeque cotidianae usum sequi; nullas enim terminationes femininas praebet (Ach. 784. Pac. 1031. Lys. 547. Thesm. 125).

57

DE

BACCHIDUM PLAUTINAE RETRACTATIONE SCAENICA

CAPITA QUINQUE

SCRIPSIT

GUALTHARIUS BRACHMANN

CAPUT I.

§ 1. Comicorum Romanorum fabulas ab iis, qui iterum iterumque in scaenam eas referrent, saepe multisque modis immutatas retractatasque esse, id quod Graecis tragoediis accidisse probat illustris illa Lycurgi oratoris lex[1]) de publico fabularum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis exemplari, a quo recedere histrionibus non liceret: neque per se probabilitate caret nec desunt ueterum scriptorum loci, ex quibus moris hoc fuisse appareat. Quo in numero Gellii illum (Noct. Att. III 3, 13) ex Varronis quodam libro quamuis indiligenter, ut uidetur, exscriptum[2]) commemorasse satis habeo: *neque tamen dubium est quin istae* (scil. *comoediae*), *quae scriptae a Plauto non uidentur et nomini eius addicuntur, ueterum poetarum fuerint et ab eo retractatae et expolitae sint ac propterea resipiant stilum Plautinum.* Quamuis enim exigua fides opinioni illi a Gellio traditae habenda sit[3]): id apertum est nullo pacto fieri potuisse, ut hoc argumentum ad explicandam incredibilem fabularum, quae sub Plauti nomine circumferebantur, multitudinem adferretur, nisi iis, qui Varronis, deinde Antoninorum temporibus litteris Latinis operam nauarent, adeo certa illius retractandarum ueterum fabularum moris notitia fuisset, ut de hac ipsa re omnino non dubitaretur. Adde quod Terentius in pro-

1) Cf. Pseudo-Plutarchi uitam X orator. p. 841 F, Galenum uol. IX p. 240, et uide Welckerum in libro de tragoed. graec. p. 906—908 Korniique dissertationem de exemplari Lycurgeo Bonnae editam a. 1863. De retractatis cum tragoediis tum comoediis graecis u. Meinekii Hist. crit. com. graec. p. 31 sq.

2) Cf. Gell. III 3, 4. 10. 14 conl. Ritschelio Parerg. p. 112 sq. 93. 96.

3) De toto loco Gelliano u. Ritschelium l. s. s. p. 81 sqq.

logo Eunuchi u. 25 refert *Colacem esse Naeui et Plauti ueterem fabulam*; quod quidem conlato u. 30 *Colax Menandrist* et u. 33 sq. *sed eas* (scil. *personas*) ⟨*ab aliis*⟩ *factas prius Latinas scisse sese, id uero pernegat* nullo alio modo intellegi potest nisi hoc: Naeuii fabulam, ex Menandri quidem Colace uersam, a Plauto instauratam esse [1]).

Constat igitur eam quam diximus rem a Romanorum usu scaenico minime abhorruisse, neque quidquam ab hac parte orietur difficultatis, si argumentis aliunde petitis adducamur, ut cum reliquorum comicorum tum Plauti fabulas antiquitus retractatas esse credamus.

§ 2. Iam uero leguntur in comoediis latinis, quae aetatem tulerunt, loci haud pauci numero ita constituti, ut nullo modo credi possint pristino poetae consilio cum reliqua uel scaena uel fabula coniuncti fuisse. Aliorum enim argumentum aut a sententiarum nexu alienum est aut iis, quae aliis eiusdem fabulae locis siue dicuntur siue aguntur, aperte repugnat: alii eorum, quae aut supra aut infra leguntur, prorsus gemelli ac uicarii esse ipsa rerum sententiarumque aequalitate, interdum adeo uerborum similitudine manifesto arguuntur. Utriusque generis communis ea est condicio, ut nullis machinis cum aliis eiusdem fabulae partibus conciliari possint. Cuius rei ut luculentissima adferam exempla: iam nemo nescit ut Andriae Terentianae ita Poenuli Plautinae duplicem exstare exitum, quorum quidem apparet alterutrum tantum in scaena recitari potuisse. Sed in mediis quoque fabulis Plautinis fere omnibus passim inueniuntur loci, quorum ea quam dixi est indoles ac natura. Atque manifestorum quidem huius generis exemplorum satis magna copia cum antiquiorum criticorum, inprimis acerrimi illius interpolationum indagatoris, Franciscum Guyetum dico, acumine cognita, tum nostra aetate in medium protracta patent: non pauca in continuae orationis specie, quam uidelicet libri editionesque prae se ferunt, delitescentia hominum doctorum adhuc exspectant curam.

1) Cf. Ritschelium Parerg. p. 99—104.

§ 3. In quo numero multi sane loci sunt, quos uel ex meris interpretamentis ortos esse uel ludibundae seu grammaticorum seu librariorum sedulitati deberi ipsa uerborum, sententiae, metri misera condicio prodat: restat tamen talium satis magna copia, quales ne cum priorum saeculorum arbitris credamus a nouiciis hominibus confictos esse impedimur cum sermonis genere ipso Plauto non indigno, tum numerorum argumentique rationibus longe absolutissimis: impedimur etiam ueterum grammaticorum auctoritate, quorum testimoniis constat biformium quorundam locorum in ipsa antiquitate utramque partem gemellam lectitatam esse. Velut in Plauti Bacchidibus u. 377. 378 una cum tribus insequentibus nullo modo stare posse Guyeto Ritschelioque aequaliter perspectum erat: utri potius pro Plautinis habendi essent iudicium dissidebat. Quorum quidem priorum fides Nonii testimonio augetur, posterioribus accedit Prisciani auctoritas, qui u. 379 bis excitat [1]). Itaque dubitari non potest quin in reliquis quoque similis notae locis traditae scripturae duplicata indoles ex ipsa antiquitate originem trahat.

Eorundem uero grammaticorum beneficio compertum habemus nonnullos huius generis locos antiquitus non in omnibus fabularum illarum codicibus geminatim exaratos fuisse. Namque Andriae alterum exitum *in pluribus exemplaribus bonis non ferri* Donatus commemorat [2]). Ac ne ex Plautinis fabulis exemplum desideretur, illustrem illum propono Charisii locum (p. 184), qui ex Bacchidibus adferens u. 545 hoc addit: *in quibusdam non ferunt⟨ur⟩* [3]); quo quidem loco Palatinorum librorum duodecim uersus, in quibus illum a Charisio notatum, non satis apte eos quidem conuenientes cum aliquanto concitatiore sermonis actionisque genere, quo reliqua scaena enitet, etiamnunc abesse a Bobiensibus membranis uetustissimis Guil. Studemundus narrauit [4]).

1) Cf. Ritschelii adnotationes in editione.
2) Cf. Ritschelium Parerg. p. 595.
3) Cf. Ritsch. Parerg. p. 418.
4) 'Festgruss an die Würzburger Philologenversammlung 1868' p. 42.

§ 4. Quae cum ita sint, rationi hercle ut quid maxime conuenit et antiquissimarum illarum schedarum discrepantias ueterum grammaticorum manibus uersatarum et nostram fabularum Plautinarum multis in locis ancipitem memoriam ab eodem repetere pristino fonte: uetustissimorum dico fabularum illarum, quae quidem ad iteratum saepissime usum scaenicum uarie immutatae sint, exemplarium histricorum diuersitatem. Relatas enim esse mortuo auctore fabulas Plautinas aliquantumque temporis, cum orbata esset *flore poetarum* scaena, summo populi fauore uel primum in ludis scaenicis obtinuisse locum — id quod ineunte potissimum septimo ab u. c. saeculo factum esse satis probabili coniectura effecit Ritschelius [1]) — euidentissime comprobant prologi nobis traditi cum ad fabulas alias tum ad Casinam denuo referendam conscripti [2]).

Qui autem repetita actione Plautinas in scaenam darent dominos gregum histricorum non satis habuisse nouos prologos praemittere, luculentissimo documento ii sunt loci ipsis fabulis inserti, quos respicere ad res a Plauti aetate prorsus alienas certissimis euincitur rationibus historicis [3]). Nihil igitur magis est credibile, quam eosdem ne ab ipsis quidem uersibus Plautinis manus abstinuisse, immo uariis modis, utcunque ferret usus scaenicus, modo in angustiorem ambitum fabulam singulasue scaenas contraxisse [4]), modo uberius aliquam siue rem siue sententiam persecutos esse [5]), concitatioris interdum liberiorisque rhythmi modulationes ad senariorum septenariorumque aequalitatem reuocasse [6]), aliis locis emendare et expolire

1) Parerg. p. 180—238: cf. Opusc. II p. 658—60.

2) Praeter Ritschelium Parerg. p. 180 sqq. 225. 233 sqq. cf. Dziatzkonem, de prologis Plautin. et Terent. quaestt. sell. Bonnae 1864, 'Ueber die plaut. Prologe' Luzern 1867, alias.

3) Cf. Ritsch. Par. p. 198. 206—208. 123—125. Integras adeo fabulas ab aliis poetis conditas Plauto illos supposuisse docet Gellianus locus supra adlatus.

4) Cf. Georgium Goetzium in Actorum societ. philol. Lips. tom. VI p. 268. 278. 286 sq. saepius, Leop. Reinhardtum in Nou. Annal. t. 111 (a. 1875) p. 198, al.

5) Cf. Ritschel. Par. p. 601 sq., Goetzium l. l. p. 313 adnot.

6) Cf. Ritschelium in praef. Stichi p. X, Goetzium l. l. p. 274.

conatos recoxisse, quae subobscura fortasse excultioriue graecissantis aetatis elegantiae parum artificiosa uiderentur [1]), saepenumero denique praeter certae rationis necessitatem aliquid sustulisse liberoque arbitrio de suo quidquid liberet Plautinis adspersisse.

§ 5. Iam apparet fieri uix potuisse, quin magis magisque inter se discrepantia fabularum illarum exemplaria histrionum in manibus uersarentur. Unde cum fluerent emergente sero quidem Romae optimarum artium studio litteratorum hominum exemplaria [2]) adscitis ex diuersae notae schedis quaecunque commendari uiderentur *filo atque facetia sermonis Plauto congruentis* [3]) supplementis: quomodo fieri potuerit, ut et eiusdem argumenti plures in unam recensionem reciperentur uersus et quidam duplicati generis in aliis exemplaribus circumferrentur, ab aliis abessent, nemo non uidet. Ac ne mireris prauo iudicio grammaticos illos in unam sermonis continuitatem congessisse gemellas partes ita constitutas, ut adscita altera alteram auersetur: insigne arti eorum praesidium paratum est ab illustri illo loco Suetoniano [4]) anno 1845 e codice quodam Parisino a Theod. Bergkio primum edito [5]), unde intellectum est, sicut Alexandrinos Pergamenosque grammaticos, ita Romanos solitos fuisse certis notis criticis, quarum multiplex longeque subtilissimus erat usus, ueterum poetarum historicorumque libros distinguere. Velut ⁘ asteriscum iis apponebant uersibus, *qui in hoc ⟨recte⟩ loco positi erant, cum aliis scilicet non recte ponerentur*; in hisce rursus ⁘ — asterisco cum obelo utebantur; ⁂ ceraunium ponebatur, *quotiens multi uersus im-*

1) Cf. Goetzianam commentationem p. 252.

2) Cf. Ritschelii Nou. Excurs. p. 109, Goetzii dissertationem p. 275.

3) Quam normam Varronem ad ipsarum fabularum existimationem adhibuisse Gellius III 3, 3 refert, eandem potissimum ueterrimos illos criticos secutos esse consentaneum est in diiudicando, singularum partium in scaenicis illis exemplaribus diuerse traditarum quae prorsus abiciendae, quae confidenter, dubitanter denique quae in Plautinorum contextum recipiendae uiderentur.

4) Fragm. 108 Reifferscheid., p. 137—141 editionis a. 1860.

5) Diurn. antiq. stud. a. 1845 p. 85—88.

probabantur; ⸗ obelos cum puncto *ad ea, de quibus dubitabatur tolli deberent necne*; ❩ antisigma appingebatur iis uersibus, *quorum ordo permutandus erat*; atque id quod summam huius quaestionis, in qua uersamur, uelut acu tangit: ❩ antisigma cum puncto ponebatur, *cum eiusdem sensus uersus duplices essent et dubitaretur, qui potius legendi*[1]). Etiamsi enim nescimus, quo tempore ipsae fabulae Plautinae coeptae sint emendari, distingui, adnotari[2]): studium aliquod[3]) ad Plautum contulisse iam L. Aelium Stilonem, Varronis praeceptorem, Gellii[4]) Festique[5]) testimonio compertum habemus, quem quidem constat eodem fere tempore natum esse, quo credibile est in scaenam reductam esse musam Plautinam, confiniis nimirum sexti septimique ab ū. c. saeculi. Iam huic igitur exemplaria fabularum Plautinarum, qualiacunque fuerunt, ad manum fuisse consentaneum est. Eundem autem eiusque aequales iam coepisse scimus in aliis quibusdam scriptoribus notis illis criticis genuina a spuriis dubiisque dinoscere.

Credendum igitur est ne antiquissima quidem illa exemplaria Plautina grammaticorum in usum exarata *ἀχρίτως* ex histrionum uoluminibus ea fiducia consuta esse, quasi additis supplementis illis manca ipsius poetae manus recuperaretur: sed maluisse illos importuna, incondita, dubia, etiamsi nondum signis criticis digesta, in scriniis seruare futuro distinguenda negotio, quam uel unam uoculam fortasse a Plauto profectam delere[6]). Cuius quidem modestae rationis magna illis habenda est gratia.

---

1) De hac tota re uide Bergkium l. l. p. 109—131, M. Hertzium ibid. p. 393—98, Reifferscheidium in primo Quaestionum Sueton. capite editionis p. 419—421, O. Ribbeckium in prolegomenis crit. ad Vergil p. 149—163. Ad graecos potissimum scriptores spectat Schraderi dissertatio *de notatione critica*.

2) Cf. Ritschelium Mus. Rhen. t. IV (a. 1848) p. 509 = opusc. III p. 447 adn., eiusdem Prolegomena ad Plauti comoedias p. 67, Nou. Excurs. p. 110 sq.

3) Cf. Ritschel. Par. p. 90 sq. 366 sq.

4) Noct. Att. III 3, 1. 12.

5) S. u. Vapula Papiria, p. 372 Mueller.

6) Cf. Goetz. l. l. p. 275 sq.

§ 6. Insequentium grammaticorum industria notis criticis passim uersibus appictis fabularum contextum recensuit. Neque uero mirandum est una cum usu notarum illarum intellectum paucis saeculis post euanuisse easque ipsas paulatim librariorum socordia rursus intercidisse [1]). Quo quidem detrimento sponte intellegitur factum esse, ut ingenti agmine uitiorum tamquam ex insidiis irruente in fabulas Plautinas tristissima labe confligeretur elegantissimi poetae sermo. Manifestiora tamen erant uulnera illa admodum multa, quam quae fugere possent uel stupida exeuntis antiquitatis siue grammaticorum siue librariorum ingenia. Nec desunt uestigia, quibus appareat cognita misera laceratàque orationis metriue specie, ut qualis legi intellegique saltem posset talem restituerent uersuum contextum, cum uarias eos molitos esse machinas tum uersuum siue traditorum transpositione siue additiciorum interpolatione soluto sententiarum nexui ut succurrerent desudauisse [2]). Ceterum diasceuastarum illorum, ut uocant, limandi sarciendique mala sedulitas quam recte putetur etiam ad uetustioris aetatis bonae notae grammaticos pertinuisse, haud facile diiudicabis; neque sane multum nostra refert.

Iam apparet, quantum conferatur anecdoti Parisini illius beneficio cum ad explicandas rationes memoriae fabularum Plautinarum nobis traditae tum ad eius ipsius, quam proposuimus, sententiae probabilitatem augendam ac corroborandam. Atque omnia profecto simplicissima in ipsaque re posita esse uidentur, ita ut iam non opus sit fusius rationibus argumentisque rem, quam enarrauimus, stabilire; de cuius summa quidem iam nemo, quod sciam, dubitat eorum, apud quos huius generis integrum est sanumque iudicium.

1) Cf. O. Ribbeckii prolegg. p. 153. — Num seruatum sit notationis illius uestigium a Vetere in Bacchidum u. 405 ualde dubito; cf. Ritsch. ad Trin.[2] 858.

2) Cf. Goetz. l. l. p. 265 adnot. 2, p. 274. 315.

CAPUT II.

§ 7. Primus autem in hanc rem animum intendit Fridericus Osannus, qui cum *Analectorum criticorum* Berolini anno 1816 proditorum extremis tribus capitibus de causis Plautinarum fabularum interpolationis, de Plautinarum fabularum interpolatione, de diuersis Plauti fabularum exemplaribus dissereret, haec tria mea quidem sententia rectissime cognouit:

primum: retractationem et singulorum locorum et totarum fabularum fieri potuisse, cum fabulae, ubi ab aedilibus emptae essent, iam poetarum iuri exemptae in histrionum manibus satis diu uersarentur, priusquam grammaticorum criticorumque experirentur curam;

alterum: causam occasionemque nouandi satis aptam illis fuisse, cum ueteres fabulae iterum iterumque repetitae in scaena agerentur [1]);

tertium: conspicua esse etiamnunc in fabulis Plautinis, quales libri nostri exhiberent, diuersorum exemplarium uestigia.

In pertractando tamen hoc loco ita uera cum falsissimis confudit (inprimis in X. capite, ubi singula duplicis recensionis exempla adfert), ut ignoscendum sane uideatur iis, qui iniquius de hac illius sententia iudicauerunt: id quod in Ladewigium maxime cadit, qui in Mus. Rhen. tom. III p. 523 sqq. totam illam de nouata fabularum Plautinarum recensione coniecturam omni fide carere contendit, paulo mitius ille quidem iudicans quattuor annis ante in Diurn. antiq. stud. a. 1841 p. 1079 sqq.

Iam ante Ladewigium autem ea, quae de Bacchidum nonnullis locis Osannus proposuerat, reiecit Ritschelius in illustri illa *de Plauti Bacchidibus* dissertatione Vratislauiae a. 1836 edita [2]). Quem ne ipsum quidem illius rei grauitatem tum penitus perspexisse nunc sane facile est ad arguendum [3]). Quo

1) De his omnibus cf. Ritschelium Parerg. p. 331. 88 sqq. 94 et Goetzium l. s. s. p. 268 sq.

2) Repetita est in Parerg. p. 391 sqq.

3) Cf. Parerg. p. 418—420 conl. Studemundi 'Festgruss' p. 40—43.

magis tenendum est eundem iam anno 1840, cum *de duplici exitu Andriae Terentianae* ageret adscito Poenuli Plautinae exemplo, etiamsi nondum intellectum esset, quam late paterent duplicis recensionis in fabulis Plautinis uestigia, ita tamen totius quaestionis summam expressisse [1]), ut intra lineamenta ab illo ducta etiamnunc optime consistat uniuersa rei ratio octo ferme lustrorum studiis amplissime aucta.

Multo acutiore quam Osannus iudicio Theod. Bergkius usus ingeniose de eodem argumento disseruit in Diurnis antiq. stud. a. 1848 p. 1134; singula tamen ut explanaret interdum ne illi quidem pari euentu contigit [2]). Cui, cum parum seuera norma adstrictus ad quaestionem aggrederetur, accidit ut aut euagaretur ad sollicitandos locos prorsus sanos (uelut cum uu. Trin. 409 et 852 retractatori tribueret), aut contrario uitio admisso meras interpolationes pro dittographiis ex ipsa antiquitate repetendis haberet (ut Bacch. u. 430). In ipsis autem dittographiis ut pristinum utriusque recensionis conexum restitueret et neglecto prorsus tralaticio ordine ex incondito tamquam uersiculorum grege quos liberet consociare ausus est (exempla habeto Bacchidum uersus 375—384, Trinummi 308—312), et opitulatorem admodum frequenter diasceuastam sibi adsciuit, qui consulto nimiam binarum partium similitudinem obscurauisset (uelut Bacch. u. 430, Trin. 670): quibus quidem artificiis apparet eleuari rei fidem.

§ 8. Atque ex ea quidem fabula, cuius perscrutandae peculiare negotium nos suscepimus, quibus diximus aut perperam aut non satis circumspecte ad rem demonstrandam abusum esse Bergkium exemplis, eorum alteri suo loco uberior paulo disputatio concedenda erit: de altero, ne absit ab hac dissertatione locorum consideratio illorum qui huc pertinere, etiamsi

1) Dissertationis in Parergis iteratae prae ceteris uide p. 594. 595. 600—602.

2) Vide eius censuram recensionis Trinummi Ritschelianae, insertam Diurnis antiq. stud. a. 1848 p. 1129 sqq., itemque Bacchidum Stichique, Diurn. a. 1850 p. 330 sqq.

immerito, quibusdam uisi sunt [1]), statim liceat quam breuissime exponere sententiam. Locus autem hic est [2]):

Bacchidum specimen I.

Act. III sc. 3 u. 24—27.

Íbi ⟨*equo,*⟩ cursu, lúctando, hasta, dísco, pugilatú, pila, 428 R.
Sáliendo sese éxercebant mágis quam scorto aut sáuiis:
Íbi suam aetatem éxtendebant, nón in latebrosís locis.
Índe de hippodromo ét palaestra cúbi reuenissés domum 431

Adnotatio critica:

428. equo *inserto rectissime hiantem uersum suppleuit Aug. Luchsius Herm. t. XIII p. 498, utpote cuius uocabuli detrimentum pateret ex* hippodromo *uersus 431, exemplo usus Most. u. 152.* luctando disco hasta *transponendo editiones.* luctandod hasta disco *Ritschelius Nou. Excurs. p. 63.* | 431. *Aut* palaestrad ubi *aut* palaestra cubi *Ritschelius Mus. Rhen. t. XXV p. 340; hoc Bergkius Symbol. ad gramm. lat. p. 119 commendabat, illud Ritschelius Nou. Exc. p. 75.* palaestra ubi *cum libris editiones.*

Exstat locus in suauissima illa descriptione pristinae educationis seueritate ac disciplina coercitae. Ac uersuum illorum quos supra scripsimus tertium, cum una cum ceteris stare ne-

---

1) Bergkius hoc in loco laudatorem inuenit G. Goetzium (Acta soc. phil. Lips. t. VI p. 259 adn.), in aliis quidem exemplis aspernatum huius generis artificia.

2) In repraesentando uersuum Plautinorum contextu *inclinatis litteris* exprimenda curaui quaecumque non libris (praeter interpolatos FZ), sed coniecturis deberentur, neglectis nimirum orthographicis quisquiliis; addita integra uocabula uncis ⟨⟩ insuper inclusi, cancellis [], quae interpolata ducerem. Ubi de coniecturae auctore nihil testatus sum, Ritschelii scito seruatum esse exemplum, a cuius recensione a. 1849 ubi recesserim semper indicatum est. Ceterum *editionum* nomine significatur consensus Hermannianae, Ritschelianae, Fleckeiseniane; nostras coniecturas *Brn* signo notatas uoluimus. Ubicunque de scriptura siue Veteris siue Ambrosiani testatus sum, sciendum est auctoritate me uti aut Hugonis Hinckii aut Gustaui Loewii. Hic eximia benignitate, quaecunque in palimpsesto e Bacchidibus ei apparuerant, diligenter exarata mihi permisit; quae tamen ignorari noluit transscripta tantum a se nec secundis curis recognita esse. Veteris noua conlatione a Hinckio confecta quod uti mihi licebat, id Georgii Goetzii debeo liberali erga me comitati. Monendum autem ab huius dissertationis consilio alienissimum fuisse omnia enarrare, quae noua illi eruissent: immo permulta mihi quidem omittenda esse duxi. De reliquorum librorum memoria si quid attuli, haustum est e Ritschelii appar. crit.

quire rectissime cognouisset Bergkius [1]), dittographiam esse duorum qui praecedunt autumauit, sic autem antiquitus scriptum fuisse suspicatus est:

Ibi suam aetatem exercebant, non i. l. l.

quae quidem scriptura, postquam in unum contextum recepta esset utraque recensio, fieri non potuisse quin propter manifestam superioris uersus similitudinem immutaretur. Eundem autem uersum magna propinquitate attingere eiusdem fabulae uersum 56:

Nam huíc aetati nón conducit, múlier, latebrosús locus

paululo ante O. Ribbeckius monuerat [2]). Ceterum pridem pro spurio expunxerat Franc. Guyetus.

Atque equidem uersum illum 430 penitus persuasum habeo retineri non posse (neque cancellis eundem includere dubitauit Alfr. Fleckeisenus): dittographiam esse uersuum 428. 429 ex ipsa antiquitate repetendam nego. Aut demonstret uelim aliquis, quidnam intersit differentiae inter huius uersus rationes et putidae cuiuslibet interpolationis sensum contiguorum uersuum aequantis.

At potuit quidem facillime ita res euenire, ut docuit Bergkius. Audio. Potuit sane: nam quantulum erit rerum incredibilium, quas uel potuisse ullo modo fieri neges? Arti tamen nego conuenire ficticia ac commenticia prorsus pristina quadam similitudine [3]), quae diasceuastae nescio cui mutandi rursus materiam praebuerit, abuti ad approbandam aliam bonae notae recensionem uersuum illorum olim instauratam.

In uniuersum libere profiteor longe minimam iis duplicis recensionis quam esse uoluerunt exemplis fidem me habere, quae in loco alioquin ab hac re alienissimo unius uersiculi iterata sententia claudicantis finibus contineantur. Omnia autem

1) Diurn. antiq. stud. a. 1850 p. 330.

2) Praef. Stichi Ritschelianae p. XVIII.

3) Bergkii illi coniecturae si quis credat firmamentum accedere ex locutionis *aetatem extendebant* insolentia, ego contra contendo hanc ipsam prodere interpolatoris inscitiam.

in toto illo loco, qui est de educandi antiqua ratione, ut quae maxime genuina esse ipsa quae in rebus, uerbis, numeris enitet summa ars satisque festiua elegantia documento est, neque ullum praeterea uestigium exstat duplicis recensionis. Itaque Guyetum iudico unice uerum perspexisse, uersumque spurium et inficetum ad similitudinem quidem uersus 56, ut uidetur, confictum expellendum duco.

---

§ 9. Iam ipse Fridericus Ritschelius, cum Bacchidum recensionem anno 1849 instituerat, nonnullis locis posterioris cuiusdam poetae ipsius quoque boni et antiqui manum agnouit, reliquarum autem in fabularum deinceps edendarum negotio dum uersatur, usu magis magisque intellexit, quam multa retractationis uestigia cum ad totius alicuius comoediae consilium ac dispositionem spectantis tum in singulis locis geminatim positis conspicuae etiamnunc exstarent: cuius inspiciendae sunt praefationes ad Stichum et Persam omniumque maxime insignis ad Mercatorem, ubi primus ille certis finibus circumscripsit corruptelae illud genus, quod dittographiarum ex ipsa antiquitate repetendarum uel geminae recensionis nomine comprehendere fas sit: rem ita comparatam, qualem non desinent cum magno doctrinae fructu penitus menti mandare, quicumque in hoc genere proficere uolent. Ceterum idem cum latius, quam ante creditum esset, illud genus patere perspexisset, memorabile quanto ampliores fines huius rei usui in altera concesserit Trinummi recensione [1]), quae a. 1871 publici iuris facta est.

Interea alii homines docti cum in Plauto interpretando atque emendando studium conlocauerunt tum in dittographias in Plautinorum uersuum contextu latentes oculos coniecere: quibus passim indagatis medela permultis locis adlata est. Inter quos primas facile fert Ladewigius ille, qui quamuis acriter a. 1845 in indomitum quod primo exortum erat dittographiarum indagandarum studium inuectus esset, cum coepta esset

1) Cf. praef. Trin.^{2} p. XXXI conl. praef. Merc. p. VII.

ratione licentia illa coerceri, ipse acerrimus huius quaestionis arbiter et auctor exstitit in *studiis Plautinis* insertis Philologi tomo XVII p. 248 sqq., 452 sqq.

§ 10. Quamquam quod Bergkii fructuosae operae supra indicauimus detrimento fuisse, idem minime sane frequenter hunc quoque admisisse erroris, ut locos optime adfectos in suspicionem uocaret, documento est specimen hoc ex commentationis illius ea parte, quae est de Bacchidibus [1]), delibatum:

Bacchidum specimen II.

Act. IV sc. 6 u. 13—17. sc. 7, 42 sq.

CHRYS: Men críminatust? óptumest: ego súm malus, 783 R.
Ego súm sacer, sceléstus. specta rém modo.
Ego uérbum faciam ⟨*núllum*⟩. NIC: ⟨*Eho*⟩ etiam, cárnufex,
Minitáre? CHRYS: Nosces tú illum actutum quális sit.
Nunc hás tabellas férre me iussít tibi 787

Adnot. crit.:

784. specta erum *F. V. Fritzschius ind. lect. Rostoch. a. 1846 p. 3 sq.* | 785 sq. nullum *et* eho *om. libri.* nullum *post* uerbum *inseruit Ritschelius; equidem* eho *una cum* nullum *propter similitudinem iterati identidem* ego *excidisse suspicor. Ceterum cf. C. F. G. Muellerum Prosod. Plaut. p. 745.* uerum uerbum *Bothius.* Ego faciam — NIC: Etiam carn. min. mi? ‖ CHRYS: Nosc. act. ill. tu qual. siet *Lindemannus Annal. philol. t. 19 (a. 1837) p. 152.* Ego uerbum faciam? NIC: Min. etiam, carn.? ‖ CHRYS: Nosc. tu i. a., ubi sit et qualis siet *Fritzschius l. s.* | 787. has tabellas *Fleckeisenus Ann. phil. t. 60 (a. 1850) p. 245, C. F. G. Muellerus Addenda Pros. Plaut. p. 14. 150, Schmidtius Quaestt. de pronom. demonstr. formis Plautin. Berol. 1875 p. 67. 24.* hasce tabellas *libri.* hasce tabulas *Hermannus, Ritschelius.*

Ac uersus quidem 785 sq. propter fortuitam horum similitudinem

CHR: Quid, illám meretricemne ésse censes? NIC: Quíppini? 839
CHR: Frustrá's. NIC: Quis igitur ópsecrost? CHR: Inuéneris:
Ex mé quidem hodie númquam fies cértior. 841

839. quippini *Ritschelius opusc. uol. II p. 557 praeeunte Camerario.* quipponi *libri, editiones.*

calidius ille quam cautius coniecit et ipsos ad finem scaenae spectare. Duplicem igitur olim exstitisse eiusdem exitum: in altero post uersum 840 consecutum esse u. 841, in altero eos, qui nunc sunt 785. 786. Atqui haec argumenti congruentia,

1) Philologi t. XVII p. 261 sqq.; de hoc loco disputatur p. 269.

quando ne ad eandem quidem personam uterque locus respicit, omnino nihil habet offensionis. Nam quod sententiarum quoque rationes, cum ab aequalitate illa recesseris, id efflagitare putat, ut uersus 784 continuo excipiatur uersu 787, uerbum *minitare* cum nihil habeat, quo referatur[1]): falsus est. Nisi enim omnino in summa quam Chrysali uerba prae se ferunt impudentia, quae quidem distincta est tecta nescio qua neglegentia[2]), mire ea ad formidinem inferendam apta, satis inesse causae censeas, cur irritatus erus simulque pauore adfectus his uerbis in seruum inuehatur: *etiam minitare, carnufex?*, respicias uelim quae Chrysalus dixerat *specta rem modo*, quae nisi ad imminens aliquod malum referenda sunt, nimirum quo futurum sit ut aperta fiat serui innocentia, quomodo explicanda sint equidem nescio. Immo uereor ne quid desideres, si Ladewigio auctore uersum 787 statim continuaueris uersui 784: uocula *nunc* certe u. 787 tam expresse ac significanter opponitur ei quod praecedit *actutum* futuroque *nosces*, ut haud facile sententiae sine detrimento uersuum illud par uideatur defuturum esse.

§ 11. Post Ladewigium in eorum, qui salubre in hac re studium conlocauerunt numero Otto Ribbeckius nominandus est, qui de Militis Gloriosi quibusdam locis ingeniose ita disputauit, ut retractatorum opera pristinam poetae manum obscuratam esse demonstrauerit[3]), aliique homines docti sat multi: uelut in editionibus suis Iul. Brixius[4]) itemque Aug. Lorentius, atque is, cuius minime ignoranda est opera bonae frugis cum in aliis tum in hoc genere plena: O. Seyffertus in *Studiis Plautinis* Berolini a. 1874 editis (p. 10—12): neque

1) Eadem res miris machinis, sed frustra temptata est a Bothio, Lindemanno, Fritzschio: uide adn. crit.

2) Consulto simili modo occulte loquitur u. 789 sqq., 814 sqq., 826 sq., 840 sq.

3) Mus. Rhen. t. XII p. 594. 598—603, t. XXIX p. 23 sq.; cf. de Trin. 1101—1114 eundem in Ephem. litter. Ienens. a. 1875 p. 452.

4) Cf. eiusdem *Emendationes in Captiuos* Lignitiae a. 1862 editas p. 6.

de Leop. Reinhardti dissertatione, quae est *de retractatione Epidici*, inserta Nouorum annalium philol. tomo 111 (a. 1875) p. 194—200, iniquius iudicari uelim; quae quidem aeque ac prior illa eiusdem *de retractatis fabulis Plautinis* scriptio, quae legitur in Studemundi *Studiorum* uol. I 1 p. 77 sqq., non tam ad singulos locos retractatos spectat, quam ad totarum fabularum argumentum consiliumque compositionis posteriore tempore immutatum. Nam longum est eos enumerare, qui strictim tantum ac tamquam subsiciuis curis hanc quaestionem attigerunt [1]).

Peculiari autem negotio huius rei exemplum ex omnibus, quae in Plauto exstant, maxime ut uidetur memorabile pertractauit Theodorus Hasperus, qui a. 1868 *de Poenuli Plautinae duplici exitu* emisit dissertationem [2]). Qua quidem paulo accuratius examinata cum speremus fore ut aliquid fructus ad nostram rem redundet, de grauioribus nonnullis generatim ac quam maxime fieri potest presse disputabimus.

§ 12. Atque ea quidem, quae in uniuersum Hasperus de fabulae illius condicione statuit, scilicet nouatam immutatamque eam nos habere alius poetae Plautinam fabulam retractantis eiusque Plauto inferioris opera et studio, quodque imitatori illi eum Poenuli exitum tribuit, qui posteriore loco in libris exstat [3]), haec quam maxime probo; neque ex reliqua fabula quos locos a retractatore profectos enumerauit modo, non disputatione comprobauit, hos nunc in iudicium uocare uolo: ipsum exitum talem, qualem expressit Hasperus, ab ipso Plauto ortum esse uix mihi persuadeo, nec magis subditiuum illum alterum ab imitatore illo Plauti.

---

1) Velut Teuffelius Mus. Rhen. t. VIII p. 29 sq., t. XXX p. 318; C. Dziatzko Mus. Rhen. t. XXIV p. 583 sq., t. XXIX p. 53; C. Fuhrmannus Nou. annal. phil. t. 99 (a. 1869) p. 482—484, alii.

2) Exstat in Nou. annal. philol. uol. suppl. V p. 279—305.

3) Idem Ritschelius iudicauerat Parerg. p. 600—602. De contraria Bergkii (Philol. t. 31 p. 244) Brugmanique (*Quemadmod. in iamb. sen. Romani ueteres uerborum accentus cum numer. consociarint* thesis I) sententia cf. Goetzium Act. soc. VI p. 326; cuius commentationis praeterea uide p. 254.

Nam, ut ea praemittam, quae cum quasi in propatulo posita sint uel paucissimis absolui possunt: exitus suppositi u. 40 sqq.[1]) quaenam sint conuicia ac maledicta, quibus leno se purget, haud facile explanes; nusquam enim in tota fabula Lycum inuenio Hannoni maledicentem. Apertissimum est haec inde a uerbis *Ego, Poene* Antamoenidi tribuenda esse, conferenda autem sunt cum uersibus V 5, 41 sq. et 46 sq., quibus respondent. Itaque non a u. V 5, 43, quod statuit Hasperus, sed inde a 36 duplicem habemus recensionem.

Eidem militi praeterea u. 39 adsignandus uidetur, qui satis ineptus est ab Agorastocle pronuntiatus. Simili enim modo atque in genuino exitu hic quoque, postquam et Hanno et Agorastocles lenonem supplicantem impune dimiserunt, Antamoenides accusatoris partes suscipit, atque id quidem statim profitetur, ne effugiat Lycus: iam u. 40 recordatur Hannonis ueniam sibi expetendam esse, qua impetrata accusationis causam u. 44 profert: *Tu* (quod *Poeno* u. 40 opponitur) *aut amicam mihi des facito aut auri mihi reddas minam.*

Atque ut absoluamus hunc de personarum distributione locum: u. 27 uerba *Omitte genua* Hannonis esse uel insequentis uersus consideratio docere poterat. Nam ne obicias fieri non posse, ut u. 26 cum subsequentis principio iunctus Hannoni tribuatur, ne hoc loco plane idem dicat quod paulo post u. 32: haec similitudo uel potius iteratae sententiae summa aequalitas, quidquid de personis statueris, tam molesta remanebit, ut quin eximendus sit e ceterorum societate u. 26 non possit dubitari. Cui uide ne adiungendi sint u. 15 sq., ipsi quoque mire importuni post u. 12—14, licet de scriptura restituenda quamlibet excogites sententiam.

Quos quidem uersus — ut iam summam rei profitear — noli credere ex alio fonte fluxisse quam ex iterata subditicii huius exitus retractatione. Idem enim illud uersus 7 sq. comprobare uidentur; qui aperte spectant ad u. 21 sq.;

---

1) Ne quid erres, Vulgatae moneo me intellegere uersuum numeros, non eos quos appinxit Geppertus inde a u. 12 uno minores.

ne iterum ad u. 10 et 15 sq. id moneam, quod modo ad u. 27: consentaneum esse u. 28 primum ab Agorastocle lenonem appellari; neque ante u. 17 certe concedes fieri posse, quo accedere se uelle Lycus dicit. Animaduertendum est autem, quod u. 6 redit ante 12; quem apparet alterutro loco tollendum esse: tollendi simul qui interpositi sunt uu. 7—10, quos omnes retractatori deberi iudico.

In genuino uero fabulae exitu discrepantia, quae u. V 5, 51 sqq. inter Ambrosianum intercedit ceterorumque librorum memoriam, grauior uidetur esse, quam qualem pro corruptela uel librariorum incuria uel glossematum incremento orta accipias: adde quod inrepsisse hoc loco aliquid certe ex alieno quodam exemplari testimonio sunt suffectae illius scaenae, quam modo tractauimus, uersus 12—14, qui post V 5, 52 in omnibus praeter A libris leguntur.

Sed ut paullo incertiora illa omittamus: spectant ad gemellam quandam huius quoque scaenae recensionem uersus V 6, 16—21; uersum autem 16 hunc dico:

ANT: Et mihi quidem minam argenti. LYC: Sume hinc quid lubet,

quem in A omissum Geppertus eumque secutus Hasperus in adnotatione tantum attulerunt, cum perspicerent et hunc et u. 22 una ferri non posse. At ne de ludibunda grammatici nescio cuius opella cogites, specta subsequentia. Versu enim 18 Agorastoclis Lycique credas altercationem finitam esse: hic condicionem accepit, ille placatus, ut uidetur certe, *Ite* inquit *igitur intro*: iam u. 22 sqq. absolutam rem ac uix demum relictam iterum suscipit acriterque in lenonem inuectus denuo occipit cum eo litigare. Praeterea me non intellegere confiteor causam, cur iam u. 19 mulieres intro mittantur, cur u. 21 miles Hannonem ualere iubeat, nisi scaenae finis iam aderat. Neque quicquam profecto — siquidem retinemus uersum 16 — impedit, quominus statim sequatur u. 29 (paulo scilicet aut ad hoc exemplum: *Mi pátrue, sequere ⟨hac⟩ íntro, ut hunc festúm diem* aut similiter immutandus) una cum proximis uel alii nescio qui similis argumenti, quibus fiat fabulae conclusio.

Conficti igitur esse ab eo hi uersus (16—21) uidentur, qui scaenam breuiare studeret. Nam ne hos pro genuinis, eos qui sequuntur pro spuriis accipias, grauissimum hoc accedit argumentum, quod minime credibile est ter de integro, ut Adelphasium sibi spondeatur, Agorastoclem orare, Hannonem promittere: id quod primum factum est u. V 3, 36 sqq., fide data iterum confirmatum V 4, 108 sq.[1]), cf. 97: iam tertium idem exorat male diffidens gener V 6, 19—21. Quodsi cui placuerit istuc, si dis placet, *postremum condimentum fabulae*, uereor ut sine cruditate concoquat. Haud improbabili autem coniectura efficias eundem poetam Plauti imitatorem in superiore fabulae parte, in qua exstant illi quos laudaui uersus, aliquantum uel omisisse uel contraxisse in angustiores fines[2]).

1) Qui locus habet sane quo displiceat.

2) Iam uideo in altero hoc loco simile quid O. Seyffertum (Stud. Plaut. p. 10 adn.) coniecisse, a uersibus quidem profectum V 3, 41. 42: quos qui sufficeret in locum genuinorum — ut non mihi, sed Seyfferto perhibentur — uersuum 43—46, illum id egisse uideri, ut scaenam breuiatam redderet. Ceterum quod aegre tulit uersum 43 duorum qui praecedunt inhaerere uestigiis: addere poterat tertium uersum 54 (= 1144 Gepperti, in huius editione errore numero 55 notatum). Qui quidem nexique cum eo superiores quattuor cum in libris omnibus scaenam claudant, Acidalii demum coniectura ante u. 33 repositi: haec res integerrimo firmamento euincit satis graues turbas scaenam illam passam esse. Nec feliciter crediderim in his uersiculis Acidalio rem cessisse, quippe qui pedisequos sibi repetant uersus 43 sqq., cum temperamento nimirum orationis rectius inter Hannonem et Agorastoclem distribuendae. Versus enim 41 noli uereri ut commode conueniat cum superioribus: cuius interpolatum est principium una cum prioris altera parte. Satis igitur fortiter retractatori uidetur peractum esse resecandi opus, quandoquidem uersus 53. 54 respondent prioris recensionis uersibus 28 sq. Iam uides oppletam fere esse hanc scaenam spissis uariisque retractatoris uestigiis, non latius iisdem persequendis in istis uidelicet loci angustiis; quae cum exspectauerim fore ut in Hasperi libello, si minus omnia expedita, at commemorata inuenirem nonnulla, quippe qui enumeraturus esset p. 28 locos illius fabulae, quibus impressa remansissent cum interpretis tum retractatoris uestigia: hac spe destitutus sum. Hoc unum addo: luculenter comprobatam uideri ac supra fere exspectationem quam modo de loco illo, quo primum Adelphasii fit sponsio, mouimus suspicionem: sustulit enim retractator scaenae V 3, nisi egregie argumentatione fallimur, cum alios tum uersus V 3, 36—39.

§ 13. Sed de Hasperi dissertatione cur paullo uberius disputarem, hanc potissimum habui causam, ut alicuius insignioris exempli opportunitate oblata demonstrarem cum latius grassatam esse nouandi illam libidinem, quam in uulgus probaretur: tum et fieri potuisse et factum esse, ut retractata aliqua fabulae pars iterum a posteriore quodam poeta dominoue gregis histrici retractaretur [1]), ita quidem, ut dittographia in dittographiam inlata quadruplex euaderet eiusdem scaenae recensio: cuius rei equidem neque habeo hoc temporis quod proferam alterum exemplum neque inueni ab alio iam tale quid uel adlatum uel comprobatum.

Totum enim retractationis scaenicae nomen cum duobus contineatur generibus, altero maiore siue latiore, quod spectat ad ipsam fabulae compositionem, angustiore altero ac minuto, quod singulis inhaeret locis: quoniam hoc bifariam rursus distinctum est et additamentis et dittographiis, iteratae retractationis minoris uniuersum genus apparet has quattuor habere species: additamenti uel additamentum uel dittographiam, item dittographiae uel additamentum uel dittographiam. Ex quibus quidem quae posteriores factae sunt iterum a numerorum diuersitate legem accipiunt, cum, si utrumque dittographiae specimen retractatum sit, quadruplex efficiatur aut eiusdem sententiae recensio aut — quod ad additamenta ualet — orationis uel centonum incremento uberioris uel genuina simplicitate splendentis conformatio: sin aliter, triplex;

1) Neque enim parem uim inesse apparet retractationis (uide Teuffelium in Mus. Rhen. t. VIII p. 31 et in Nou. annal. phil. t. 93 [a. 1866] p. 704, t. 95 [a. 1867] p. 32 sq., Reinhardtum in Studemundi Stud. uol. I 1 p. 80—93, Seyffertum Stud. Plaut. p. 11, Goetzium Act. soc. VI p. 266, Lorentium Philol. t. 30 p. 432 sq. conl. praef. Mil. Glor. p. 48) uel adeo plurium recensionum (cf. Hasperum p. 28 adn. 20) exemplis, quae in prologis Plauti aetate uel totis uel ex parte inferioribus passim homines docti temptauerunt, utpote quorum legitima quodammodo ratione cuilibet histrionum licentiae concessorum ac ueluti proditorum peculiaris sit condicio. Quam uero in Cist. I 2 attigit Seyffertus Stud. Plaut. p. 11 alia res est: ubi in duplici interpolatione, non in retractatione uersari uidemur; cf. Cist. I 3, 42—45 et uide Ritsch. Par. p. 237 adn.

quo in numero sponte se continuerunt priores duae nimirum ab additamentis profectae.

Atque hoc quidem Poenuli loco, si quid profecimus superiore disputatione, quarti generis integerrimum habemus exemplum [1]): secundi insigne unum specimen ex Bacchidum sc. IV 9[a] infra adferemus. In primo autem genere uersantur, quae O. Ribbeckius in Musei Rhenani tomo XXIX p. 23 sq. de Militis Gloriosi uersibus 637—672 disputauit, scilicet si probaueris Fr. Schmidtium, in Quaestionibus de Plauti Milite Glor. p. 347—352 digressionem illam inde a u. 612 ad 765 integram retractatoris esse additamentum autumantem [2]): ad quod quidem pariter pertinet Curculionis exemplum (u. 288—298) a G. Goetzio in eiusdem Musei tomo XXXIV p. 603—608 illustratum, nec non aliquo modo, quae paulo post de Bacchidum uersibus 393—403 enarrabimus.

Ceterum subtiliorem illam quam enucleauimus partitionem ne in pusillis rebus iisque inutilibus habeas: num quid ualeat ad hanc quaestionem plenius perspiciendam tum rectius existimabitur, cum aliquis perinde ac nos Plauti Bacchides quasi prouinciam suscepimus, ex reliquis fabulis quaecumque exempla ad hoc genus pertinere uideantur percensuerit. Interim mo-

1) Aliquantum ad huius rei similitudinem accedunt, quae Fr. Schmidtius Quaestt. de Pl. Mil. Glor. p. 332 de illius fabulae uersibus 1127. 981 sq. 1099 sq. adsumptis 1147 sq. disseruit.

2) Ipsum enim locum illum (Mil. Gl. 637—672, cf. Schmidtium l. l. p. 352 adn.) Ribbeckius duplici retractatoris additamento — nam quod insuper u. 643 sq. dittographiam esse uidit uersus 666, hanc ipse quoque non tam a retractatore quodam scaenico, quam ab interpolatore repetere uidetur — deformatum esse docuit, quorum tamen alterum ab altero segregatum est: similiter ac C. Dziatzko Mus. Rhen. XXVI p. 438 sq. (cf. L. Reinhardtum in Studemundi Stud. uol. I 1 p. 80—93, Dziatzkonem iterum in Mus. Rhen. t. XXIX p. 63 sq.) prologi Mercatoris neque u. 12—17 neque 18—39 Plautum habere auctorem uoluit: adspersos tamen esse priore illos tempore, posteriore (fortasse quidem omnino non in usum scaenicum fabricatos) hos. Ceterum uere mihi uidetur et Schmidtius totam illam Militis Glor. pericopam, quae continetur uersibus 612—765, ex alia quadam comoedia latina repetiisse et Goetzius Act. soc. VI p. 313 adn. similem suspicionem mouisse de ortu uersuum Poen. I 2, 117—197.

nuisse sat erit, ad artem criticam factitandam longe diuersam esse bipertiti retractationis generis uim, quo tota illa diuisio regitur. Additamenta enim histrica modestiore quodammodo indole praedita, uidelicet quae non auersata sint ipsius poetae uerba, ut non nimium solent praebere difficultatis, ad interpolationum genus aliqua ex parte sese applicantia: ita multo licentiores dittographiae, satis intricatarum turbarum, ut adsolet, cum comites tum concitatrices, non desinent criticorum ingenia exercere. Nam uix est quod moneam diuersi consilii, quo utriusque generis architectorum uideatur temperatum esse munus: cum in dittographiis uidelicet breuiandae quoddam studium uel fabulae uel scaenae conspici solere G. Goetzii acumine docti simus: contrarium institutum additamenta secuta esse ipso nomine appareat.

§ 14. Iam uero is nominandus est, qui saluberrimam huic, in qua plerique fere peccare solent, rei attulit lucem. Tota enim quae est de retractatione fabularum Plautinarum quaestio et comprehensa et mirifice aucta est ea commentatione, quae exstat in Actorum Societatis philologae Lipsiensis a Friderico Ritschelio editorum uolumine VI (a. 1876) p. 235—328[1]), quam *Dittographien im Plautustexte nebst methodischen Folgerungen* inscripsit auctor Georgius Goetz: qui, cum uniuersum illud corruptelae genus uno conspectu ante oculos poneret, et causas rationesque quibus coerceretur explanauit, et fontes unde fluxisse uideretur quoad fieri poterat aperuit. Quo quidem libello cum uia commonstrata sit, qua potissimum profecta ad certum quendam finem ars critica difficillimam hanc quaestionem perducere possit: uideamus, quid nouissimis temporibus ii, qui in Plauto emendando operam conlocauerunt, hac in re profecerint.

Ac latius quidem illud genus, quod spectat ad fabularum consilium ac dispositionem, haud mediocriter auctum est

1) Addendum Mus. Rhen. t. XXXI (a. 1876) p. 635—637. Ad eandem rem pertinent eiusdem praef. Epidici (a. 1878) p. XXI sq. et Curculionis (a. 1879) p. XXI sqq., praeterea commentatiuncula tomo XXXIV Musei Rh. inserta p. 603—608.

Fr. Schmidtii disputatione *Untersuchungen über den Miles Gloriosus des Plautus* inscripta, quae legitur in Nou. annal. philol. suppl. uol. IX p. 323—401 [1]): contra id, quod uersatur in examinandis retractationis minutioris uestigiis, non parem curam expertum est. Etenim neque artem criticam qua par est circumspectione exercere neque inter dittographias retractatione fabularum scaenica ortas et illos pannos, quibus librariorum grammaticorumque siue mediocria siue putida ingenia libros Plautinos amplificauerunt, discrimen satis accurate obseruare Adolfum Kiesslingium uideo in *Analectis Plautinis*, quae praemisit Indici scholarum aest. Gryphiswaldensi a. 1878. Ubi cum duo ex Bacchidibus exempla, quibus conspicua esset *importuna histrionum licentia*, temptauerit: in altero, quod continetur festiuissimo illo Chrysali cantico u. 925—978, num uerum ille adsecutus sit dedita opera post quaeremus: alteram scaenam, summa arte enitentem illam quidem, in qua posita est totius fabulae ut Aristoteles dicit *περιπέτεια*, ab hominibus doctis miris uariisque commentis pridem uexatam, hoc loco — eximenda enim rursus est e retractatarum numero, quo Osanno praeeunte Kiesslingius perperam eam rettulit — paucis liceat illustrare, si forte fieri possit, ut ad eam rectius intellegendam paululum conferamus.

Bacchidum specimen III.

Act. III sc. 4.

§ 15. Hoc si recte intellegere uis Mnesilochi soliloquium, haec duo primaria teneas oportet: primum, quod in perturbato amantis animo ita immoderatus pristinus amor cum noua suspicione atque ira quodammodo confligit, ut ipse in utramque inuicem partem inuitus rapiatur: tum, quod inde a u. 509, postquam ipse conturbatam mentem ad rationem reuocauit, iam,

1) Longiusculae commentationis summam habes p. 390. Easdem fere res antea temptauerant Lorentius in prolegomenis commentario in Militem Glor. (a. 1869) praemissis p. 36—44, atque itidem Brixius praef. Mil. Glor. (a. 1875) p. 10—14.

quae confuse prioribus uersibus locutus erat, considerate iisdem iterum deliberatis certum postremo auri reddendi consilium capit. Itaque neque in mira illa prioris partis inconstantia crebraque intra singulas enuntiationes dehiscentis quodammodo sensus discrepantia offendendum est, neque si in altera parte repetitur quaedam sententia ex priore suscepta.

Iam si harum duarum rerum memor scaenam perlegeris, concedes credo omnia simplicissima esse. Inuiti enim Mnesilochi minitabunda oratio ἐξ ἀπροσδοκήτου, ut dicunt, declinat in contrariam partem u. 504 sq.:

Nam míhi diuini númquam quisquam créduat,
Ni ego illam exemplis plúrumis planéque — amo, 505

consentaneum enim erat dicere *ulciscar*; eodemque prorsus modo in sequentibus contrarium eloquitur eius, quod dicere sibi proposuerat:

[Ego fáxo hau dicet nánctam, quem derídeat;] 506
Nam iám domum ibo atque — áliquid surrupiám patri,

Adnot. crit.: 1
506. derideat *libr. praeter A, qui G. Loewio auctore exhibet* DELUDERET.[1])
Versum cur cancellis circumcluserim, paulo post enarrabo.

nimirum dicturus *aurum reddam meo patri*; pergitque magis magisque sese implicans contradictionibus:

Adeo égo illam cogam usque út mendicet — méus pater, 508

cum Bacchidem a principio intellexerit, quam dicere uoluerat fore ut ad extremam inopiam redacta sit, scilicet cum non habeat, quo libertatem suam a milite redimat[2]). Quare ne tantillum quidem dubitabis uersum 503 ad illorum normam ita cum Pylade scribere: *ne illa illud hercle cúm malo fecít — meo*, (*suo meo* legitur in BCD, suo in A), quo loco miror ne Hermannum quidem aut Ritschelium aut Fleckeisenum uerum uidisse, qui praeeunte Pareo in ed. III exhibent *cum malo fecit*

1) Ambrosiani scripturarum discrepantia eodem modo adnotabitur quo in Goetzii Loewiique ad Analecta Plautina Lipsiae a. 1877 edita symbolis.

2) V. 505 recte παρὰ προσδοκίαν explicatus est ab Ussingio, cum tota haec prior particula tum u. 508 iam a Lambino.

suo; ut taceam Niemeyerum [1]), quem nimia quidem libri Ambr. admiratione captum longissime ab horum uersuum intellectu abesse ipsa prodit quam adscripsit loci interpretatio. Neutram scripturam reicere Kiesslingius (l. s. s. p. 18) ausus est, cum ad duplicem huius scaenae recensionem hanc ipsam discrepantiam pertinere autumaret. At *meo* rectissime reposuit Fritzschius Ind. lect. aest. Rostoch. a. 1846 p. 5: aliud enim dicere uelle, aliud uere dicere amatorem ridicule minitabundum.

Quae quidem scriptura ipsa librorum discrepantia unice probatur. Quid enim? si Plautus scripsisset *suo*, num causa satis apta intellegi posset, cur interpres adscriberet *meo*, id quod multo reconditiorem explicationem requirere apertum est? Immo sicut ad u. 505 olim *ego istanc multis ulciscar modis* ab eo adscriptum fuit, qui ex enuntiationis principio concludens sensisset exspectari ulciscendi, non amandi significationem [2]): ad genuinam scripturam *meo* idem fortasse uetus interpres addidit *suo*, scil. *dicere uoluit*. Atque in Palatinis quidem libris utroque loco utrumque seruatum est [3]): Ambrosiani qui curauit recensionem [4]), cum duplicem putaret tradi scripturam, alteram eamque praestantiorem elegisse sibi uisus solum interpretamentum hoc loco [5]) in contextum recepit: id quod haud semel ei accidisse uidetur [6]).

---

1) *De Plauti fabularum recensione duplici*, Berol. 1877, p. 35. Idem *suo* Ussingius recepit.

2) Cf. Ritschelii adnotationem ad u. 507, Hermanni ad u. 473 et 475 H.

3) Nisi quod uersus 505 glossema, una cum alio quodam quod spectat ad u. 507 a diasceuasta in unius uersiculi speciem redactum, exstat in BCD post 507.

4) Recensionem intellegi uelim grammaticam, non histricam a domino gregis quodam curatam, quoniam exemplorum copia eae mihi probari uidentur rationes, quas contra Bergkii de Palatinorum librorum Ambrosianique discrepantia sententiam (Symb. ad gramm. lat. I p. 132. 135. 137 sqq., cf. Fleckeisenum Nou. annal. t. 101 a. 1870 p. 709 sqq.) exposuit Fr. Schoellius Analect. Plaut. p. 1—14; cf. Guil. Studemundum 'Festgruss' p. 38 sq.

5) De posteriore enim illo non liquet: uide Ritschelii app. crit.

6) Exempla praebet Schoellianus quem modo indicaui libellus p. 7, cf. Niemeyerum l. l. p. 47 atque illius commentationis censorem Fr. Schmid-

Unum restat in hac priore scaenae parte. Versus enim 506 cum iisdem fere uerbis redeat post u. 863 [1]):

Faxó se hau dicat nánctam, quem derídeat,

quoniam illic deesse nullo pacto potest, hic non solum non aegre desideratur, sed propter consimilem uersus 515 [2]) sententiam — neque enim huc ualere, quod supra de repetitionibus monuerimus, continuo apparebit — ne satis quidem aptus esse uidetur, suspicionem mouet. Quid autem me iudice rem conficiat iam aperiam. Nam inde a u. 503 in singulis enuntiatis redit elegantissima illa, quam descripsimus, orationis inopinata in contrariam partem conuersio: quid? cum hic unus uersus a reliquorum communi festiuitate abhorreat, num dubitabis pro loco parallelo eum habere adscripto a grammatico nescio quo, qui legentium animos ad posteriorem illum locum conuertere

---

tium in Ephem. litt. Gotting. a. 1877 part. 40. Consimile autem exemplum, nisi quod permutatae inter se uidentur utriusque recensionis partes, paulo post habes uersibus 517—519. Quorum cum genuina scriptura haec fuisse uideatur:

Igitúr mi inani atque ínopi subblandíbitur
Tum quóm blandiri níhilo pluris réferet,
Quam si ád sepulcrum mórtuo narrés logos,

mihi uocula postquam in secundum uersum siue interpretis mala opella siue fortuita prioris uersus recordatione intrauit, in Pall. expulsi *blandiri* locum occupauit (*cum mihi* ||*nihilo* cum unius litt. ras. Vetus exhibet): in A cum post *pluris* sedem sibi uindicasset, grauiorem corruptelam secum traxit. Neque enim dubito quin seruatis omnibus quae tradita erant metro mederi sibi uisus sit librarius, cum haec exararet:

TUMQUOMNIKILOPLURISMIKIBLANDIRIREFERT

quippe cui uel nostris temporibus non defuerit laudator. Pessimis numeris item exsultat hoc in u. nuperus editor. Ceterum cf. H. A. Kochium Ind. phil. V p. 90 et de tertii (519) potissimum uersus scriptura Max. Niemeyerum de Pl. fab. rec. dupl. p. 37.

1) Id quod iam Acidalius animaduertit, qui Diuinat. in fab. Plaut. p. 208 sq. haec adnotat: 'Plautum uides sui in eadem quoque fabula imitatorem.'

2) Quo uersu Ussingius cum tralaticii *uiua* patrocinium susciperet, prouocans ad Amph. 398 (addere poterat ex. gr. Rud. 228), rationes non reputauit, quae intercedunt inter u. 517 et 519.

uellet? Referatur igitur una cum scripturae uarietate — Ambr. enim illic desideratur — illuc unde fluxit, ad u. 864.

§ 16. Iam haud difficile erit ad existimandum, num Kiesslingius uerum perspexerit. Qui cum hunc in modum discerneret utramque, quam commentus est, recensionem scaenicam:

Rec. A.	Rec. B.
u. 500—502.	
u. 503: ..... c. malo fecit suo.	u. 503: ..... c. malo fecit meo.
	504—505.
u. 506—514.	515—519.
ex fide Palatinorum.[1])	512—514b.[2])
520—525.	

id studuisse uidetur, ut alteri recensioni ea tribueret, quibus Mnesilochus malum Bacchidi minitaretur, alteri ea, quibus summo amore se illam amplecti adseueraret: quamquam ne sic quidem ullam in oratione constantiam adsecutus est.

Nec uereor ne Ussingium credas uersus 506—511 a Plauto recte abiudicasse, cum in hac potissimum re offenderet, quod causa nequiret intellegi, cur Mnesilochus patri aliquid surriperet, quippe qui Chrysali fraude iam satis superque haberet. Ita enim ille est animo perturbato, ut non solum missum faciat repente consilium illud auri reddendi (quod animo eum concepisse indicio est uersiculi 507 caput), sed amens dicat aliud insuper a patre se ablaturum esse, quod amatae dono det, immo tantum, ut ad paupertatem illum redigat. Iam uero ipse ab ineptiis se reuocat his uersibus:

Sed sátine ego animum ménte sincerá gero, 509
Qui ad húnc modum haec hic, quaé futura, fábulor?[3])

1) Nam etiam istum ex interpretamentis conflatum 507b (cf. supra p. 82 adn. 3) respuere illi religio fuit.

2) Tres illos, quos post 519 Pall. exhibent, post 514 cancellis circumdatis appositos a Fleckeiseno. Quos quidem quibus artificiis emendandos esse censeret, pronuntiare noluit: ante illum quibus machinis a uiris doctis temptati sint, Ritschelii suppeditabit editio conl. Parerg. p. 423. Ceterum tres illos delendos esse iam Guyetus perspexerat, male adiuncto u. 511.

3) Iam uideo iterum nobis depugnandum esse cum inutilibus criti-

adnectensque orationem ad ea, quae confuse u. 505 elocutus erat, uerum esse pronuntiat deperdite se illam amare: neque tamen id fieri posse, ut ei, quae sese spreuerit, ultro offerat auri copiam. Itaque hoc modo se illam ulcisci uelle, ut opibus omnique spe libertatis destituta iam ipsa cognoscat stulte sese fecisse.

Optime igitur omniá se habent, tantumque inest uenustissimae ironiae in iis potissimum uersibus, quos Ussingius expelli iussit, ut non possint non Plautinissimi uideri. Atque Kiesslingius quam male dispescuerit uersus 509—519 monere iam opus uix est. De tribus uero illis 512—514, quorum gemellos eosdemque miserabiliter confictos post 519 exaratos Pall. libri uenditant, quibus quidem una cum hisce iam ante Kiesslingium Fr. Osannus ad comprobandam duplicem recensionem abusus erat[1]), quid ad praeclaram Ritschelii disputationem addam mehercule non habeo[2]).

Restat ut in extremis scaenae uersiculis:

Eadem éxorabo, Chrýsalo causá mea
Patér ne noceat [neu quid ei suscenseat
Mea causa de auro] quód eum ludificátus est.
Nam illi aéquomst me consúlere, qui causá mea
Mendácium ei díxit. uos me séquimini.

Adnot. critic.:
525. EI, *non* ID, *A, om. rell.* (*Idem* EI *insuperiore u. A pro* illi *Palatinorum, u.* 522 EO *pro* ei.)

---

corum scrupulis. Teuffelius enim Nou. annal. t. 113 (a. 1876) p. 539 *futtilia* pro *futura* Plauto obtrudere conatus hoc se omnino non intellegere profitetur. Ussingium produnt non intellexisse, quae commentariorum p. 410 sq. disputauit. Sed res luce clarior. *Haec* enim, quae reapse *futura* erant, i. e. ut Bacchidem ulciscerétur, ut aurum redderet, ut amatam in egestatem cogeret, *ad hunc modum*, i. e. ita ut prorsus contrarius sensus euaderet, dixerat uu. 505. 507. 508.

1) Errore factum esse credo, quod O. Seyffertus Stud. Plaut. p. 10 'retractationis' enumeraturus exempla primo adeo loco hos adfert uersiculos.

2) Neque Ussingius u. 513 adscito ex Nonio *plumbea* pro tradito in libr. *plumea* fidem apud me quidem fecit. Vide Ritschelii Parerga p. 420—423 conl. Opusc. II p. 286 adn.; ibidem inuenies, quid sit statuendum de similitudine uersuum 516 et 520.

molestam quandam inesse moneam uerbositatem, quare interpolatas esse suspicor uersus 522 posteriorem partem, sequentis priorem. Quod glossema unde ortum sit, perspicies conlato u. 533 (cf. 690). Noli enim credere ter in quattuor uersibus iterasse Plautum languidum illud *causa mea* [1]).

§ 17. Verum enimuero doleo idem quod hoc in loco de Ussingii iudicauerimus sententia, in ceteros fere omnes huius fabulae cadere locos, de quibus nobis erit disputandum. E cuius editione, quippe quae nuperrime emissa sit (a. 1878), si existimare uelis, quaenam sit apud huius aetatis homines doctos generis illius cognitio ac quodammodo informatio: uereor ne retro cessisse potius quam profecisse uideamur.

An apud eum censes integrum harum rerum esse iudicium, qui uersum 149 a Ritschelio iampridem expulsum iterum pro genuino amplexus una cum simillimo sequenti retinuit? Qui uersus 393 sqq., quos nullo modo stare posse iam Weisius intellexit, 'locum prorsus Plautinum' esse iudicauit, ne operae quidem pretium esse arbitratus exponere, quonam sententiae uinculo cum ceteris coniuncti essent aut quid omnino sibi uellent? Quid? quod uersus 166 sq. aequo iure in Plautinorum contextu retineri contendit ac 160 sq., nimirum illorum prorsus geminos, obiurgans Seyffertum Teuffeliumque, qui id quod unice uerum est uiderunt, refellere tamen eorum argumenta ne aggressus quidem, cum satius uideretur haec adnotasse: 'Teuffelio propter hanc similitudinem uersus spurios iudicanti nemo facile accedet.' Adde quod nusquam fere ex iis, quae adnotat in commentario, dilucide cognosci potest, utrum a posterioris aetatis sciolo quodam interpolatum an ex uetere dittographia ortum esse aliquem locum arbitretur, saepiusque dubitanter, quam certo aliquo argumento confisus de uersibus aut expellendis aut retinendis iudicium facere praetulit.

Nolo tamen iniquius iudicare de illius opera, quae uno certe in loco ad hoc corruptelae genus pertinente ita enitescit,

1) Tale quid Kiesslingium quoque sensisse suspicor, cum integrum u. 523 uncis includeret.

ut ueritatis sensu ceteris praeierit: nimirum cum uu. 486—488 a retractatore repetendos esse suspicaretur. Quo facto num rem absoluerit, suo loco uidebimus.

Reliquum est ut paucis commemorem nouissimum harum rerum arbitrum: C. M. Franckenum dico, qui in Mnemosynes uol. VII (a. 1879) p. 184—204 de Epidico disseruit. Ubi cum multa docte disputata inuenissem [1]), admiratus sum nouam hanc quam de uniuerso retractationis genere in animo ille informauit opinionem: credi non debere eam fabulae alicuius partem, in qua multa offendant, retractatam esse editionem; immo praestantiorem. 'Nam oportet' inquit 'illud, quod melius est, existimare maiore et iterata cura confectum esse, non quod deterius.' Neque tamen demouere me potuit de priorum sententia, qui Plauti ingenio plus tribuendum censebant, quam proximi saeculi poetarum histricorum curae.

CAPUT III.

§ 18. Iam uero, postquam priorum criticorum curas ita percensuimus, ut eodem negotio cum de insigni quodam exemplo, in quo iteratae retractationis rationes demonstrari posse uiderentur, tum de iis locis, qui ex ipsa Plauti Bacchidibus immerito a quibusdam ad hoc genus pertinere crediti essent, nostram exponeremus sententiam: doctrinae exemplorumque duplicibus, quae inde peti poterant, praesidiis aucti accedamus ad eam, quam huius dissertationis maximam partem esse uoluimus: ut ex hac una quam diximus fabula omnes locos, quibus impressa exstent retractationis scaenicae uestigia, et congeramus, ordinemus, disputatione illustremus atque, quantum in nobis situm sit, emendemus, et, quoad fieri

1) Alia, ut fieri adsolet, parum feliciter ei cesserunt. Velut quod uersus Epid. 410—416 repugnare putat uersibus 274—276, falsus est. Neque enim haec, quae leguntur uu. 274—76, tendere ad *puellam Periphanis amore alliciendam*, sed ad lenonem pertinere decipiendum, dilucide declarant uu. 284—87.

possit — nam multa hoc in genere aliqua ex parte dubia relinquenda esse quisquis ipse discernendi periculum fecerit cognoscet — restituere conemur, quid ab ipso Plauto conditum esse quidque retractatorem fabulae auctorem habere probabile sit.

Nam cum experti simus ex singulorum demum exemplorum rationibus quam accuratissime consideratis certam comparari posse notitiam loci illius, qui constat recte existimandis diuersorum exemplarium histricorum reliquiis, atque quoniam apparet singulas Plauti fabulas diuersissimam hac in re fortunam expertas ad nostram aetatem peruenisse: ea uia progrediendum esse persuasum habemus, ut ex unaquaque comoedia quaecumque huc spectare uideantur exempla collecta separatim explicentur.

Monendum autem mihi est ab huius libelli consilio segregatas me uoluisse eas quaestiones, quae spectant ad totius fabulae compositionem: maius illud dico retractationis genus, quod quidem num omnino in hac fabula statuendum sit quoue ualuerit apparet disputatione absolui non posse nisi ab eo, qui simul de multis iisque difficillimis rebus dedita opera disserere aggrediatur. Pertinet enim huc quaestio longe intricatissima, quae est de deperdito fabulae capite; quaerendum erit de inconstantia illa, ex qua repugnantes inter se singulae fabulae partes laborare quibusdam uisae sunt; quaerendum, quid potissimum probabile sit a poeta Graeco sumpsisse, quid suo ingenio confisum ipsum Plautum addidisse; postremo, utrum unam an duas simul contaminationis artificio adhibito Graecas fabulas secutus sit: quae omnia peculiarem eamque haud tenuem commentationem sibi postulare uidebantur [1]).

---

1) Quantum absit, ut huic rei sufficiant quae K. H. Weisius exposuit in libello *Die Komödien des Plautus* inscripto (emisso a. 1866) p. 47 sqq., quisquis examinandi cum placita tum argumenta eius negotium susceperit, penitus perspexerit. Inspiciendum autem de his omnibus prae ceteris dissertationum Ritschelianarum par: Parerg. p. 391—427 et Opusc. II p. 292—374; deinde Ladewigius Philol. t. XVII p. 261 sqq., Teuffelius Mus. Rhen. t. VIII p. 26 sq., Goetzius de dittogr. p. 315—320. Accedunt

§ 19. De eius autem generis, quod in singulis conspicitur locis, indole ac notione post egregias Th. Bergkii, Fr. Ritschelii, G. Goetzii curas nihil opus est addere nisi quod supra attigimus: bipertitam esse exemplorum copiam. Alterum enim genus continetur propriis dittographiis i. e. locis gemellis, alterum additamentis, quibus amplificatur oratio ita quidem ut, quamquam a Plauto profecta esse credi non possunt, tam felicem nihilominus suboleant Plautini ingenii imitationem, ut haud facile animum inducas ad uilem ea adscribere interpolationum turbam.

Ceterum non tacendum est difficillimam saepe oriri quaestionem, utrum huiusmodi additamenta reuera in iteratae actionis scaenicae usum scripta uideantur, an forte inde a principio qui ea confinxerit lectitantium hominum gratiam aucupatus esse uerius putetur [1]). Qua in re memorabile sane illud quod abest illorum locorum, quos respicio, pars a libro rescripto Bobiensi [2]). Resipiunt autem haud raro sensum ad Graeci ingenii familiaritatem paulo propius sese applicantem [3]) sermonisque colorem, quem Terentianum potius quam Plautinum esse existimes, in moribus potissimum depingendis enitentem sententiisque de uitae ratione ad uirtutis praecepta instituenda latius prosequendis. Quod quidem genus cum in aliis fabulis tum in Trinummo non infrequens Ritschelii praecipue acumine cognitum habemus.

Atque ex Bacchidibus quidem ea exempla priore loco conlocari par est, quibus retractationis indicia inesse iam ante nos ab aliis animaduersum est. Quem in numerum quoniam omnes fere locos cadere uideo, qui ad alterum illud de quo modo dictum est genus pertinent: ab his capiamus principium.

---

nuperi editoris lucubrationes quas, spectantes potissimum ad fabulae principii reliquias reconcinnandas (Plauti com., rec. et enarr. Io. Lud. Ussing uol. II, Hauniae 1878, p. 367—377), non sine fructu adhibebis.

1) Cf. Ritschelii praef. Trin.[2] p. XXXI.

2) Cf. Goetz. de dittogr. p. 270 adn. Sperandum igitur est fore ut certius aliquid tum statuere liceat, cum quis omnia exempla congesserit illius Palatinorum librorum Ambrosianique dissensionis, quae continetur singulis pluribusue uersibus siue omissis siue additis.

3) Cf. Fr. Schmidtii Quaestiones de Pl. Mil. Glor. p. 350 sq.

Bacchidum specimen IV.

Act. III sc. 6 u. 11—22.

§ 20. Ex quibus unum supra attigimus (§ 3), locum illum maxime notabilem, quem iam Charisius testatur a quibusdam libris abesse: quam quidem exemplarium Plautinorum discrepantiam satis antiquam aequare eam, quae etiamnum intercedit inter recensiones quae dicuntur Palatinam et Ambrosianam, luculento Guil. Studemundi testimonio[1]) comperimus: uersus dico 540—551.

Equidem uero cur cum Studemundo retractatori illos uersus tribuam, ne rem peractam retractare uidear, non exponam: unum tamen, quod ille omisit, a nostra re non alienum uidetur. Conspicitur enim cura imitatoris illius Plautina facilitate artificiosior[2]) in eo, quod elegantiam quandam adfectauit uerbis per oppositionem prolatis, cuius figurae cumulata in paucis uersibus exempla haec habes: *falsi — falsimoniis, inuideant — inuideatur, ex ingenio malo — malum inueniunt, amici — inimicos, se frustrant — frustrari alios* (cf. u. 542: *lingua — opera*). Ceterum per se tam boni sunt hi uersiculi, ut non uerendum sit ne quis grammatico uel adeo librario alicui eos tribuat.

Tamen, si in sententiarum nexum paulo accuratius inquirimus, de duobus uersibus suspicio suboritur. Versu enim 546 cum Mnesilochus suppleturus, quod praetermiserit Pistoclerus, addat improbos amicos quodammodo poenas perfidiae soluendas sibi contrahere, omnium uidelicet odium atque inimicitiam: quid? nonne incommodum ex ipsa inuidia natum non simile, sed idem fere iam Pistoclerus commemorauerat u. 544:

Sibimet ne inuideátur, ipsi ignáuia recté cauent.?

Quae suspicio mirum quantum augetur eo, quod hic quem expressimus uersus editorum demum curis debetur: nec enim uersus est, qui in libris exstat:

Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui recte cauent

1) *Festgruss an die Würzburger Philologenversammlung 1868* p. 42 sq.
2) Cf. Ritschelii praefationem Mercat. p. IX.

nec tamen a uerborum aut sensu aut constructione ullum corruptelae indicium peti potest; immo praestat nominatiuus adiectiui ei quod Hermannus posuit *ignauia*, cf. uu. 541. 542 [1]). Haud uero secus orationis integritati obest magis quam subuenit u. 548. Nam ut omittam subiecti iterum elati importunitatem, ipsam sententiam

Átque i, se quom frústrant, frustrari álios stolidi exístumant

ab eius condicione apparet alienissimam esse, qui ipse se funditus frustratum esse existimat, perfidum amicum quomodo ulciscatur non habet.

Quae cum ita sint, horum uersiculorum ineptias equidem censeo eius arti non esse relinquendas, qui ceteros non sine quadam elegantiae specie effinxerit: quorum alterum (544) interpolatoris loquacitati deberi arbitror, operamque perdere, qui uersui succurrere uelint mutando [2]): alterum (548), quem libri sic fere exaratum exhibent:

Atque ii (*hi* CbD, *hic* Ca) se cum frustrantur, frustrari a. s. e.

grammatici nescio cuius esse adnotatiunculam ex recordatione loci cuiusdam paralleli ortam [3]); quem qui ob consimilem uersuum 546 sq. sententiam adscriberet, ne uoluisse illum quidem uersum efficere existimo.

Eiectis igitur glossematis haec fere credo ex ueteris retractatoris consilio in scaena recitata esse:

PIST: Múlti more isto átque exemplo uíuont, quos quom cénseas 540
Esse amicos, réperiuntur fálsi falsimóniis,
Língua factiósi, inertes ópera, sublestá fide:
Núllus est, quoi nón inuideant rém secundam optíngere. 543

1) Quamquam nimium fuisse in aequalitate efficienda Acidalium puto, qui u. 542 *sublesti* scribi iussit; cf. Pers. 348.

2) H. A. Kochium maxime, qui in Mus. Rhen. tomo XXV p. 622 hanc proposuit coniecturam: *sibi nec inuideatur* ..... (nec = ne).

3) Spectasse eum ueri admodum simile ad Ennianum illum locum (sat. inc. 1 Vahl., cf. Hertzii Gellium XVIII 2), ubi luditur uariis uocabulorum *frustrari* et *frustra esse* rationibus; cuius loci me commonefecit O. Ribbeckii benignitas.

MNES: Édepol ne tu illórum mores pérquam meditaté tenes. 545
Séd etiam unum hoc éx ingenio málo malum inueniúnt suo:
Núlli amici súnt, inimicos ípsi in sese omnís habent. 547
Síc ut est hic, quém esse amicum rátus sum aeque ipse *ut* súm mihi: 549
Ílle quod in se fúit adcuratum hábuit, quod possét mali
Fáceret in me, incónciliare*t* cópias omnís meas. 551

Adnot. crit.:

540. uiunt *Veteris scripturam primariam pro antiqua forma amplexus est H. A. Kochius Nou. ann. t. 101 (a. 1870) p. 284.* | 542. *de* sublestus *uocabulo uide G. Loewium Prodrom. corp. gloss. lat. p. 264.* | 549. atque ipsus sum *libr., edd.* aeque ut ipsus sum *C. Fuhrmannus Nou. ann. t. 97 (a. 1868) p. 847; transposui* aeque ipse ut sum *ex O. Ribbeckii sententia. Seruans tradita* aeque *uel ante uel post* esse *inseri iussit C. F. G. Muellerus Pros. Plaut. p. 505, quod probat Ussingius; idem Teuffelius Nou. ann. t. 113 (a. 1876) p. 537 sq., nisi quod* esse *delendum duxit: utrumque abhorrere ab usu Plautino docere poterat Fuhrmanni commentatiuncula (u. l. s. s. p. 842).*

Quod uero Teuffelius Nou. ann. phil. t. 113 (a. 1876) p. 537 monuit uersum 549 mire congruere cum u. 539: uide ipsius retractatoris thesauros.

Bacchidum specimen V.

Act. 3 sc. 2 u. 9—19.

§ 21. Non pari simplicitate secundus locus est, in quo egregie opinione falsum esse nuperum editorem supra commemorauimus. Qui quod uu. 393 sqq.[1]) ‘locum prorsus Plautinum’ esse contendit, ‘nec fieri potuisse ut poeta canticum operosae meditationis exorsus tam subito relinqueret’, nugae sunt[2]). Equidem si quid sentio, *operosa* sane illa meditatio longissime a Plautina arte abhorret. Accedit autem argumentum longe grauissimum, quod ea, quae u. 393^{b}—403^{a} leguntur, quo spectent quoue referantur omnino non habent. Quid

1) V. 393^{b}—403^{a} centonem esse primus statuit K. H. Weisius in editione huius fabulae, cf. *Die Komödien des Plautus* l. s. s.

2) Similiter Kiesslingius Analect. Plaut. p. 17 adn. ‘in hoc Mnesilochi sermone pleraque sana esse’ iudicat, nisi quod ‘u. 396 utpote ex u. 394 male detortus expellendus sit’. Neque F. V. Fritzschius ind. Rostoch. a. 1877/78 p. 7 Weisii Ritscheliique sententiae fidem habet. Quos tamen omnes, quod addere uix opus est, minime fugit uersus 393 alterum hemistichium ex uersus 403 exitu inrepsisse.

enim, num Mnesilochus amico Pistoclero aliquid nummorum condonare in animo habet, quo gratiam persoluat pro beneuolenti illius, quam absens expertus erat, opera?. An seruum uult propter beneficia accepta manu mittere? Quorum neutrum ex ipsa re ullam habet commendationem neque in tota fabula simile quicquam legitur. Quid igitur uolunt sibi cumulatae illae exhortationes, quibus ipse se praemonet, ne ingrato animo uitiosus pecuniae potius parcat quam famae? *Nunc* enim instare occasionem bene faciendi uel adeo summum discrimen uirtutis aut tuendae aut abiciendae. Quid? quod ipsa librorum memoria [1]) ad oculos fere demonstrare uidetur, nexam olim fuisse ad hoc exemplum uersus 403 posteriorem partem cum uersus 393 principio:

Cóndigne is quam téchinam de auro aduórsum meum fecít patrem, 392
Út mihi amanti cópia esset. séd eccos uideo incédere 393ª. 403ᵇ
Pátrem sodalis ét magistrum. hinc aúscultabo quám rem agant. 404

Iam difficillima subnascitur quaestio, quo tempore quoue auctore illa, quae expunxerunt editores, succreuisse censenda sint. De interpolatore quodam cogitabis, qui rerum nexum non satis perspexerit. Dissuadet tamen sententiarum grauitas, sermonis nitor, numerorum elegantia: dissuadet, id quod grauius est, ipsarum rerum quae exprimuntur nouitas, a uulgaribus interpretum ambagibus alienissima. — Ad retractatorem confugies [2]). At in mentem reuoces uelim, quae de huius loci argumento diximus. An uero meras ineptias credis, quippe quae cum argumento eorum, quae in scaena agerentur, nullo modo conciliari possent, eos qui fabulas Plauti referrent sermonibus ultro admiscuisse uelut condimenta excultioribus Graecula quadam humanitate spectatorum auribus degustanda? Quod quam-

1) 393ᵇ: *fed eccum uideo incedere* B cum rell. 403ᵇ: *fed equoſ* (*equoſ* Bc) *uideo incedere* B, utrumque, siquidem fides habenda Bothii coniecturae, corruptum ex: *equũ uideo id reddere* / *fed eccoſ uideo incedere.*

2) Cf. Ritschelii adnot. in edit. Eadem uidetur Goetzii esse sententia, de dittogr. p. 286.

quam interdum prope placuisse uidetur hominibus doctis[1]), equidem tamen huiusmodi turbas retractatoris inscitiae deberi qui conclamant rem eos absoluisse uix crediderim. Sin autem circumspicies locum, quo credibile sit olim respexisse uersus 393^b—403^a, facere non poteris quin in ea, cuius olim fuerint, recensione scaenam quandam secutam esse suspiceris, nunc amissam illam quidem, in qua gratiae agerentur siue amico siue seruo, ad cuius rei exspectationem illis uidelicet uersibus cum maxime intenduntur spectatorum animi. Nam in tota fabula, qualis nunc traditur, satis aptum huiusmodi meditationibus locum uix inuenies, nisi forte extremam scaenam III 4, quae tamen iambico, non trochaico metro composita est: ut taceam alias huius generis, quae excogitari possunt, coniecturas, quae nec habent umbram fidei nec unquam habebunt. Quidquid igitur statuis, iam uides sententiam illam stare non posse, nisi simul tibi persuaseris grauissimam argumenti huius fabulae totiusque consilii ac compositionis factam esse immutationem. Quae quidem opinio, nisi aliorum eorumque magis euidentium argumentorum accessione stabiliatur, non potest non omnibus probabilitatis numeris destituta uideri.

Quaerenda est igitur lenior explicandi ratio. Verum enimuero, ut enarrem quod sentio, mihi quidem quae nunc in libris leguntur ex utroque genere mixta esse uidentur, sic quidem, ut retractator, praeceptorum moralium — aetatis illius deliciarum — adamator, adsperserit generalis argumenti uersus haud multos, aptos eos ad grati animi commendationem excitandamque strenue agendi industriam nec male concinentes cum Mnesilochi adfectu, qualis e uersibus eminet superioribus: iam ut alius siue dominus gregis siue poeta eruditorum hominum in usum fabulas instaurans, alia eius generis sententia, quales passim apud comicos usurpantur, in mentem occurrente, amplius quid adiecerit: ut cum locorum parallelorum tum glossematum accessione paulatim locus accreuerit: ut diasceuasta denique, i. e. impudens ille interpolator, qui multis locis cunc-

1) Cf. C. Fuhrmannum in Nou. ann. t. 99 (a. 1869) p. 484.

tam molem ex diuersae originis pannis conflatam, qualemcumque membranae suppeditabant, in unum contextum aliquo modo tolerabilem uersuumque aliquam speciem redigere studuit, omnia permiscuerit atque conturbauerit.

§ 22. Quid? quod hanc uel similem huius loci originem ostendere quodammodo uidetur forma ipsius orationis ex concisis ac dissolutis membris conglutinatae: quae nec si sententiarum respicis nexum satis rectis cruribus incedit, et uaria trium personarum grammaticarum uicissitudine mire titubat[1]). Ut dicam, quae res est: credi uix potest unum certo quodam consilio ductum ita ut nunc traduntur haec procudisse.

Age uero, illud quod paululo ante deprehendimus retractatoris studium per oppositionem ludendi simili uocum sono nonne suadere uidetur, ut u. 395 credamus posteriore demum tempore additum esse[2]), ut responderint sibi olim in uersibus 394 et 396 uocabula *inpensius* et *inpendiosus* adiuncta in utroque *ingrati* notione? Inpensus enim amico esse dicitur homo ingratus, i. e. qui magno constet pretio, quippe in quem quantumuis liceat conferre beneficiorum nec gratiae tamen quicquam nec fructus unquam capturo[3]). Iam concluditur id uiden-

1) Acidalius Diuinat. in Plauti fab. p. 301 hac in re iam offendit: hoc fuit cur u. 396 *quamde* scriberet.

2) Quod nisi esset, adstipulatus sane Kiesslingio condemnarem uersum 396; quo tamen repudiato non poterat non spurius eadem lege apparere u. 397.

3) Vocabulum illud parum intellexerunt commentatores plerique; similem autem interpretationem iam proposuisse uideo et Pistorem, conl. quidem Mil. Glor. 673, et L. Bisciolam. Contra Ussingius nec suam coniecturam *infensiust* mihi probauit nec *inpensius* 'nihil esse', quamquam nulla sane est quam reprobat Rostii explicatio. Non autem exstat praeterea apud Plautum adiectiua forma nisi Capt. 806 Fl.: *Vaé misero illi, quoíus cibo iste fáctus est inpénsior*, quo tamen loco et Fleckeisenus et Brixius ex Camerarii, ut uidetur, coniectura exhibent *factust imperiosior*: quae quidem uox, cum breuiculo spatio intermisso languide redeat u. 811 Fl., parum uidetur idonea, nisi dittographiae instar u. 806 adnumerandus existimetur uersui 805, ad uersum 811 pariter spectans ille quidem ac u. 805 ad 812 Fl., cf. Brixium ad u. 809 et 812 Bx. Patet sane in hac Captiuorum scaena (IV 2) multo latius retractationis macula, quam adhuc

dum esse, ut pro amico potius nimium facias impendii, quam ipse impendio sis amico; luditur ergo uerborum *inpensus* et *inpendiosus* similitudine.

Porro, sicut u. 395 additicius uidetur, ita sententiarum aliunde excerptarum non dissimiles uu. 397 et 402, argumenti rationibus hic prae ceteris importunus, nimirum si recesseris a u. 399, in quo bis effertur ineptum illud *nunc*. Qui quidem quin e uersu Cas. III 1, 2 fluxerit dubitari nequit, nec manifestam propinquitatem non animaduerterunt uel antiquiores critici: fugit tamen omnes aequalitas, qua superior uersus conuenit cum Terentiano quodam loco. Quid enim? cum in Phormione u. 203 haec exstent:

Tánto magis te aduígilare aequomst: fórtis fortuna ádiuuat,

nonne credibile est huius uersus prius hemistichium in suum usum pristinum illum retractatorem conuertisse?[1]) Optime certe cogitari potest hoc fere exemplo Plautinam orationem eum interpolauisse:

Cóndigne is quam téchinam de auro aduórsum meum fecít patrem, 392
Út mihi amanti cópia esset. *aéquom* uideo *id rédd*ere. 393
Nám pol equidem méo animo ingrato hómine nihil inpénsiust: 394
Nímio inpendiósum praestat té quam ingratum dícier. 396
Tánto magis te aduígilare aequomst. séd eccos uideo incédere 398. 403b
Pátrem sodalis ét magistrum. hinc aúscultabo quám rem agant. 404

Adnot. crit.:
392. techinam *Ritschelius Opusc. II p. 476 sq.* technam *editt., Uss.* | 394. equidem meo *Brn, cf. Amph. 282, Aul. II 2, 38, Merc. 508, Ter. Eun. 876, conl. Curc. 505, u. praeterea O. Ribbeckium Symb. ad doctr. particul. lat. p. 39 sqq.* quidem meo *libri,*

creditum est; in quam rem accuratius inquirere non est huius loci: ex. c. mirum ni uu. 801—804 praefixo fortasse 798 dittographia sint uersuum 791—800 Fl.: sed restant longe grauissima.

1) Sicut a locis parallelis propter simile siue sententiarum siue loquendi genus in margine appictis glossematum atque interpolationum fraudem haud raro primordia duxisse Ritschelii inprimis acumine cognitum est (u. Opusc. II p. 274—91), ita ne retractatori quidem religionem fuisse aut ex eadem fabula aut ex aliarum copiis quae suis admisceret depromere, exemplo uersus 549 uidimus: demonstrabitur sescentis aliis. In dittographiis enim usu doctus unusquisque scit earundem uocum ac locutionum frequentem iterationem saepissime retractationis indicium esse.

Uss. meo quidem *duce Bothio edidit. Hiatum diaeresis dissuadet orationis perpetuitas. Qui ut tolleretur, Muellerus Pros. Pl. p. 549* ingratost . . . inpensius *proposuit; uel* ingratod *uel* homone *Ritschelius Nou. Exc. p. 75 sq., cf. Mus. Rhen. t. XXIV p. 487: sed u. eundem Nou. Exc. p. 110 et Buechelerum Nou. ann. t. 99 (a. 1868) p. 485 sq.* | *De u.* 398 *supra dictum: traditam eius formam u. § 23.* | 404. *Hanc librorum memoriam olim reiectam rursus tuitus est Ritschelius Mus. Rhen. t. XIV p. 398 adn.: idem Buechelerus Lineam. decl. lat. p. 24, Spengelius T. M. Plaut. p. 103, Uss.*

Quo facto num Plautinorum neruoso nitori bene consuluerit dubito: sanam loci sententiam rerumque, quae in scaena agebantur, ordinem certe non euertit [1]).

§ 23. Sed quid fiet de ceteris? Iam uideris. Inueterata ista interpolatione scaenica alter ille litteratus homo comicae poesis studiosus, non pari moderatione argumenti rationibus prouidens, cum uersu 398 commonefactus esset Casinae illius loci (III 1, 2): . . . *Nunc spécimen specitur, núnc certamen cérnitur* (cf. Most. 132), ne ipse quidem nouandi studium coercuit, sed extento illo (398) in septenarii integritatem haec fere, puto, ultro lusit [2]):

Quá te causa mágis cum cura esse *aé*cum*st*: *ad*uigiláto opust. 398
Núnc, Mnesiloche, spécimen specitur, núnc certamen cérnitur, 399
Sísne necne, ut ⟨*te*⟩ esse oportet: málus, bonus, qu*oiquoí*modi: 400
Útut eris, moneo, haúd celabis. séd eccos uideo incédere 403

Adnot. crit.:

398. Quamecausa magis eum cura ẽe ea cum obuigilato st opus *Hinckio auctore B: idem CD.* me, *quod per se minus aptum, ad exemplum Terent. Phorm. 203 in* te *mutaui; eodem auctore reposui* aduigilandi *uerbum (idem Pylades, Lambinus, Bothius) pro* obuigilandi, *quod nec apud Plautum nec praeter hunc locum alibi, quod sciam, legitur.* | 400. 403. te *inseruit Brixius Nou. ann. t. 101 (a. 1870) p. 768.* qua quoiusmodi *libros secutus Herm.* quoiúsmodi *Uss., de* bonusne aut quoiusmodi *praeterea cogitans: cf. A. Luchsium de genet. form. pronom. lat. p. 32. Hic* quoiusmodi *proposuit, quod recte eruisse uidetur Pers. 386;* quoiquoimodi *Ritsch. (cf. Opusc. II p. 727), Fleck.: quorum neutrum plane mihi satisfacit, nisi forte scriptum fuit:* quoiquoimodi ‖ Tu fueris *uel* quoiuismodi ‖ Tute eris.

1) Cf. consimilem locum qui est sub finem Hecyrae Terentianae. Nam illic quoque u. 849—854 significatur tantum in uniuersum gratus animus reddendique beneficii alicuius consilium, praemium quomodo persoluatur in ipsa fabula non legitur; modice tamen res agitur nec ita, ut existimare necesse sit id retractatione demum fabulae, instituta sane ab ipso poeta, factum esse.

2) Inde illud est, quod ad iteratae retractationis exempla hunc locum dixi aliquatenus pertinere, de prima quidem forma, quae continetur additamento additamenti.

Deinde grammaticos credibile est has singulas sententias ex aliis fabulis nescio quibus petitas exemplorum instar contulisse[1]):

Málifactorem amítti satiust, quám relinqui bénificum. — 395
Íllum laudabúnt boni: hunc etiam ípsi culpabúnt mali. — 397
Cáue sis te superáre seruom síris faciundó bene. — 402

Adnot. crit.:
395. malifactorem *Ritschelius Opusc. II p. 362.* malefact. *libri, editt.: consequens erat etiam* benificum *scribere pro* benef. | 397. illum .... hoc *cum libris Herm.* illud .... hoc *Uss.*

Nam quae restant

Iustus, iniustus: malignus, largus: commodus, incommodus, 401

certissimum est nihil aliud esse quam inconditam glossematum turbam, quam adsciuerit uersus 400 altera pars; operamque perdiderunt me iudice, qui huic uersui *ἀμέτρῳ* succurrere conati sunt[2]).

Audacula uidebitur ista ratio difficultatum, quae multae satisque graues insunt in hoc loco, expediendarum. At uix opus est disertis uerbis declarare non certam hanc esse coniecturam, sed suspicionem ualde dubiam. Fert enim huius ge-

1) Neque enim in tanta ueterum fabularum iactura saeculorum decursu contracta coniecturae illi, quae constat locorum parallelorum fraude, eo abrogatur fides, quod saepius, quam glossematum fontes etiamnum ostendi possunt, pridem eos deperiisse conicere oportet; cf. Ritsch. Opusc. II p. 289. Ceterum causam non uideo cur in hoc genere inter Plautinas fabulas consistendum sit nec, siquidem de litteratorum hominum lusibus cogitamus, credere liceat uel ad ipsos Menandreos reliquosque nouae Atticorum comoediae thesauros eos adiisse. Contra quod ne inferiorum quidem aetatum tarditate consenuisse uidetur studium sententias conligendi, notum est Publilii Syri quae feruntur sententiarum exemplum.

2) De Bergkii sententia, qui Philol. t. XVII p. 53 Veteris primam manum secutus adiectiuum quoddam compositum *comincommodus* conformauit, inspiciendum, quod idem ad u. 381 de reprobanda forma *gerulifiguli* dixit Diurn. antiq. stud. a. 1850 p. 332. Reiecta illa coniectura S. Buggius in *Tidskrift for Philologi og Paed.* t. VI (a. 1865) p. 1 sq. *comis, incommodus* scripsit, rationum metricarum parum memor, quas Ritschelius praef. Mil. Glor. p. XXII (cf. Muellerum Addenda Pros. Plaut. p. 12 sqq.) proposuit. *tristis, commodus* praebent editt. Num Plautinus sit uersus dubitat Uss. A glossematis non liberum esse primus uidit Guyetus (u. Ritsch. ed.).

neris indoles ac natura, ut certis argumentis res absolui non nunquam nequeat. Nec equidem aliud quicquam efficere uolui, nisi ut exemplo proposito [1]) perspiceretur, qua ratione fieri potuerit, ut una cum loci ambitu pedetemptim accrescente sententiae uitio talis postremo diasceuastae opera euaderet continui sermonis species, qua corrueret misereque euerteretur omnis argumenti ratio.

Verum haec quouis pignore contendam: nec a Plauto nec ab uno poeta hunc locum conditum esse; primordia autem fraudem a retractatoris cuiusdam additamento cepisse, in interpolationes diffusam exiisse.

Bacchidum specimen VI.

Act. IV sc. 9ª.

§ 24. Quod restat huius generis exemplum illud est, quod supra significaui iteratae retractationis ea forma, quae est dittographia additamenti, insignitum esse, cui quidem rei demonstrandae superiore illa disputatione firmius aliquod fundamentum praeparatum esse uolui. Illustre enim Chrysali canticum, quod continetur uersibus 925—978, etsi ita fere, ut in libris fertur, recentiores edidere omnes, non uacuum a centonibus ad nostram aetatem peruenisse iam sensit Fr. Guyetus. Qui cum uersus 937—942 (praeterea 929) ut spurios expungeret, uersus 950 et 951 in unius formam contraheret (u. horum uersuum adn. crit.), minime inepte, sed paulo fortius more suo et ut alia eaque grauiora menda posteriorum industriae tollenda relinqueret: satis memorabile est, quod fastidio illius ex parte nunc accedit uetustissimi libri Bobiensis auctoritas, a quo prorsus abesse u. 937—940 — quos nemo non uidet

1) Multae enim praeterea cogitationi sese offerunt reconcinnandi uiae. Ne illud quidem praefracte negauerim fieri potuisse, ut pristinus retractator rebus non staret, sed cura ueritatis abiecta eorumque, quae in ipsa fabula sequebantur, memoria deposita (cf. Goetz. de dittogr. p. 253 sq., 286) plura luderet, ita ut diasceuastae librariorumque inscitiae, qui interpretamenta locosque parallelos internoscere nescierint, debeantur reliqua omnia: plus habere probabilitatis non pari facilitate concesserim.

ad sensum minime desiderari — insigni G. Loewii liberalitate certior factus sum. Quo facilius ad credendum adducemur etiam grauioribus uitiis satis antiquis temporibus scaenam maculatam esse: id quod Kiesslingius nuper Analectorum Plautinorum p. 14—17 comprobauit, cum rectissime intellexisset nec pannis histrionum libidine adsutis orationem uacare et sententiarum nexum ualde perturbatum esse.

Ac nos quidem priusquam illius qualis sit opinio exploremus, primum uideamus de scaenae argumento; cuius summam esse comparationem, quae fiat inter Troiam a Graecis oppugnatam captamque et Nicobuli aurum dolis et ablatum et auferendum, in propatulo est. Singulorum autem locorum fere hic est ordo:

u. 925—31: comparatio in uniuersum proponitur.
932—34: Nicobulus lamentatione sub nomine Priami ludificatur.
935 sq.: equum ligneum tabellis significari statuitur.
937—40: singularum personarum nomina e comparatione petita:
Pistoclerus — Epeus,
Mnesilochus — Sino,
Chrysalus — Ulixes.
941—44: equi tabellarumque comparatio amplius illustratur.
945—48: singulis personis nomina dantur:
Nicobulo — Ilium,
Cleomacho — Menelaus,
Chrysalo — Agamemnon, eidem Ulixes,
Mnesilocho — Alexander,
Bacchidi — Helena.
949—52: Ulixis speculantis exemplo Chrysali cum illo contentio probatur.
953—56: Ilio tria fata fuerunt: item auro senis.
957—59: primum fatum: Palladium raptum — mendacium de lembo.
960: secundum fatum: Troili mors — tabellae priores.
961—65: Chrysali periculum cum Ulixis speculantis contenditur.
966—69: memorantur altercatio cum milite senisque deceptio superiore scaena actae.
969—72: ducentis nummis senex emunctus est, alteris ducentis etiam emungendus.
973—75: Priamo quinquaginta filii fuerunt: Nicobulo quadringenti nummi tamquam filii contruncandi.
976—77: peracta fraude Nicobulus uenibit.
978: Nicobulus ante portam conspicitur.

Quem argumenti conspectum si quis quamuis obiter percucurrerit, sentiet tamen abesse certum et constantem progressum sententiarum ac conexum: immo dispesci saepius ea, quae eiusdem sint argumenti, coniugari, quae sint alienissima. Sunt autem duae praecipue res, quae acerrime oculos perstringunt: prior, quod duobus locis diuersis contentio illa in singulas personas transfertur ita quidem, ut ii ipsi, qui iam appellatione quadam ex Troianis fabulis sumpta notati sint, ex parte posteriore loco iterum aliis nominibus augeantur; nec minus offendit audacem illam Ulixis expeditionem, quam πτωχείας nomine significare consueuimus [1]), bis commemoratam cum eodem utrobique Chrysali periculo comparari: quid? quod iisdem fere uerbis utroque loco ornatur.

Quorum locorum eam esse condicionem, ut nullo modo uterque simul consistere possit, tam apertum est, ut ualde admirer ante Kiesslingium neminem exstitisse, qui alterutrum expelleret. Luculentissimum enim hic habemus duplicis recensionis exemplum, quod hoc specimine oculis subicere licet:

Rec. A.

Epíust Pistoclérus: ab eo haec súmptae. Mnesilochús Sinost 937
Relíctus. ellum nón in busto Achílli, sed in lecto ádcubat:
Bacchídem habet secum, ille ólim ⟨ut⟩ habuit ígnem, qui signúm daret:
Nunc ípsum exurit. égo sum Ulixes, quóius consilio haéc gerunt. 940
Nam illi ítidem Ulixem audíui, ut ego sum, fuísse et audacem ét malum. 949
Mendáci ego prensus sum: ílle inuentus méndicans paene ínterit,
Dum ibi fácta exquirit Íliorum. adsímiliter mi hodie óptigit:
Vinctús sum, sed dolís me exemi: item ílle se seruát dolis. 952

Adnot. crit.:
937—940, *expuncti a Guyeto, absunt ab Ambr.* | 937. inde (?) *pro* ab eo *Muellerus Add. Pros. Pl. p. 98, ne uitiosus sit quartus octonarii pes; sed dimetien-*

1) Narratam Odyss. IV 244—258, cf. Eurip. Hecub. 239—250. Ceterum animaduertendum est poetam non Homericam, sed Euripideam narrationem amplecti, id quod in posteriore magis quam in priore loco conspicuum est, quamquam ne hic quidem latet: apud Homerum enim Hecubae hac in re nulla fit mentio. Quam quidem rem satis probabiliter Ladewigius (Analecta scaenica, progr. gymn. Nou. Strelit. a. 1848 p. 11) ad Ennii uersionem fabulae Euripideae rettulit. Cf. Excursum I.

dum: áb eo haec súmptae. sumpta *libri, editt.: correx. Kiessl.* | 940. geruntur *cum B Kiessl., u. infra ad u. 941.* | 949—52 *ad additamentum histricum pertinere cum Wilamowitzio censet Kiessl.* | 949. ego ut sum *Muellerus Pros. Pl. p. 241 adn. 2.* | 950. DOLISEGOPRENSUS *A: idem, sed* deprensus (*uel* deprehensus) *rell.* doli ego deprensus *Acidalius, editt.* mendaci *pro* dolis, *quod e u. 952 intrasse uidetur, Brn exempli causa conl. u. 696. de* fallens *cogitabat Uss.* ille mendicans paéne inuentus interiit *cum libris Fleckeis., u. Nou. ann. t. 61 (a. 1851) p. 23; idem Uss.: reprobant Engerus* 'Zur Prosodik des Plautus' *Ostrou. 1852 p. 6 et 17, Muellerus Pros. Plaut. p. 333. 357.* ille mendicans paéne inuentus interit *Kiessl.; idem M. Crainius Diurn. gymnas. Berol. t. 20 p. 473, ut* interit *contractum sit ex* interiit*: quod fieri posse negat Fleckeisenus l. l., etiamsi ipse de contractione cogitauerat Exerc. Pl. p. 39, cf. 6. Seruaui Ritschelii scripturam: praesens nec hic sollicitandum censeo nec abnuendum u. 952. Trochaicum rhythmum iam ab hoc uersu incipiunt Christius Mus. Rhen. t. XXIII p. 579, Spengelius T. M. Plaut. p. 92: sed cf. Muellerum Pros. Plaut. p. 172 sq. Quid uoluerit Uss., haud facile expedias.* | 951. Dum ibi exquirit fata illorum *cum libris (sed* facta *BaDa) Uss., quem* Iliorum *nihil esse autumantem praeteriit Seruianus locus hic (ad Aen. I 268)* 'Plautus: Hector Ilius pro Iliensis'. *ceteris item seruatis* illic *pro* ibi *Kiessl. Electis, ut putabat, glossematis sic cum priore hunc uersum nexit Guyetus:* Dolis is deprehensus est: assimiliter mihi obtigit. | 952. fui *pro* sum *Fleck.: non opus, cf. u. 1016.* seruat *Herm.* seruauít *libri, Ritsch., Fleck.; idem, sed* item illic se, *Muellerus Pros. Pl. p. 115, cf. 155. Uss.:* 'malum *septenarium pro spurio habuerim*'.

Rec. B.

[Nostro seni huic stolido, ei profecto nomen facio ego Ilio. 945
Miles Menelaust, ego Agamemno: idem Ulixes Lartius.
Mnesilochus est Alexander, qui erit exitio rei patriae suae:
Is Helenam auexit, cuia causa nunc facio obsidium Ilio.] 948

Quom cénsuit Mnesílochum cum uxore ésse dudum mílitis, 961
Ibi uíx me exsolui. atque íd periclum adsímulo, Ulixem ut praédicant
Cógnitum ab Helena ésse proditum Hécubae. sed ut *ill*im ílle se
Blándítiis exémit et persuásit, se ut amítteret,
Item égo dolis me illo éx*t*uli e períclo et decepí senem. 965

945—948 *interpolatos notaui: poetae histrico eosdem tribuit cum Wilamowitzio Kiesslingius. Scripturam reddidi Ambrosiani, nisi quod ille u. 948:* SIKELENAMAUEXIT, *ubi* Hif (If *D*) elenam abduxit *BD: cf. Niemeyerum de dupl. recens. p. 37.* | 946 sq. Menolauost (*duce B*) . . . Agamemino . . . Lertius (*cum Pall., conl. O. Ribbeck. Tragic. Rom. fragm., inc. inc. fab. u. 90*) *Fleckeisenus Nou. ann. t. 93 (a. 1866) p. 8 conl. p. 3, cf. Ritschelii Opusc. II p. 498. Idem ibid. p. 11 adn.:* Mnesilochust Alixentér (?). Mnesilochust Alexandér (*fortasse* Alexanter *Opusc. II p. 497*) *Ritsch., Fleckeis. in edit., Uss.* Mnesilochus est Alexánder qui érit *cum libris Herm., uitioso quarto pede. Formis illis uetustis spurios uersus ornare nolui. Ceterum cf. Muelleri Pros. Pl. p. 698 et Ussingii commentarios.* | 961. *ex Wilamowitzii sententia uersum expunxit Kiessl.* | 963 sq. *Ad iambicos numeros hos uersiculos cum editionibus redigere abstinui, traditam scripturam tuitus cum Studemundo de canticis Plautinis p. 76: causam infra aperiam. Studemundum secuti sunt et Uss. et Kiessl.: de Muelleri sententia non satis liquet, cf. Pros. Pl. p. 172 sq. conl. Addend. p. 69.* Ab Hélena cognitum *editt.* illim *Seyffertus de bacch. uers. usu Plaut. thes. V et Muellerus Pros. Pl. p. 172: idem Kiessl.* olim *libri, editt., Uss.* ⟨ab illa⟩ exemit *Ritsch., Fleck.*

Ita enim, ut supra factum uides, opinor uersus iungendos esse[1]): respice uero, quam apte uersum 940 excipiat u. 949; qui cuius rei causam *nam* particula praemissa adferat, minus commode intellegitur quo in libris editionibusque exstat loco. Neque tamen simili uinculo coerceri uersus 945—48 et 961—65, qui ipsi quoque eo loco, quem nunc tenent, magnopere importuni sunt, testimonio est Helenae nomen diuerso plane modo uersibus 948 et 963 usurpatum. Versuum igitur eorum, quos A littera notaui, una est cohaerens series: non item eorum, quos in altera parte posui. Immo ex recensionis B contextu plane eximendi sunt uersus 945—48, quorum unus, u. 946, insuauiter hiat, qui sequitur claudicante rhythmo incedit, omnes a sententia misere laborant: quod ne iterum exponam, conferas Kiesslingium l. l. p. 15. Adscripsit hos sciolus nescio quis, gaudens iis, quae in Homero lectitata memoria tenebat.

Iam recensionis Ambrosianae auctor, cum perspexisset utrosque uersus et 937—940 et 945—948 nullo modo ferri posse: ipse discernendi periculum faciens uersus genuinos expulit, putidum centonem retinuit[2]). Ac noli mirari tam infelici eum usum esse iudicio: quem quidem, quamuis recte dittographiae uestigia hoc loco animaduerterit, plane fugerit eundem quaenam intercedat necessitas inter uersus 949—952 et 961—965[3]), scilicet quo euidentius duplicis recensionis exemplum cogitari non potest. Contra ii, qui recensionem Pala-

1) Qua in re mihi non conuenit cum Kiesslingio, qui (l. l. p. 15) Wilamowitzii usus siue auctoritate siue adsensione continuos uersus 945—52 censet 'ab insulso histrione adsutos' esse.

2) Cf. supra p. 82 cum adn. 6. Altera haec dissensionis explicatio, quasi qui absint ab A uersus in utriusque recensionis communi fonte olim interciderint, postea demum in Palatinorum archetypo ex alio quodam et ipso antiquo fonte supplementi instar additi, quam, in quibusdam locis fortasse praeferendam, aequo certe iure defendi posse G. Goetzius benigne mecum communicauit, num plus habeat probabilitatis, dum subtilius exploratae erunt utriusque recensionis rationes, in utramque partem disceptare licebit.

3) Id quod demonstrat u. 961 in ultima palimpsesti membrana extrema felici casu nobis seruatus.

tinam tractauerunt, aut hoc loco geminos legi uersus omnino non senserunt, aut consulto manus a uersibus expellendis abstinentes satis habuerunt antisigmatis nota eos distinguere. Nam ex ipsa antiquitate repetendos esse u. 937—940 uix negauerim [1]): quamquam ab ipso Plauto compositos esse uel hos uel quemlibet eorum, quos expressi, nego quam maxime. Cuius rei argumenta iam aperiam. Omitto, quod neque uu. 937—40. 949—952 neque alterius recensionis uu. 961—65 Plautini ingenii ostendunt uestigia; id quod non de numeris dictum uolo, qui satis commode decurrunt, sed quod in ipso sermone inuenitur pro concinna Plauti uenustate modo tenue quoddam enumerandi genus modo languida uerbositas in comparando: omitto id quoque, quod in salibus nihil inest Plautinarum facetiarum, immo languor quidam et frigus inprimis uersibus 939 sq. conspicuum, licet multo etiam praestent illorum quos cancellis inclusimus insulsitati: ipsum argumentum huius loci a reliqui cantici indole ac compositione longissime abest.

Etenim, si quid uideo, aut totius comparationis constans ratio nulla est, aut, siquidem id consilium inierat poeta, ut una Chrysali persona comprehenderet quidquid esset Achaeis opis ac roboris, quidquid inuictae praestantiae ac uirtutis claris facinoribus enitescentis: res sola spectanda omnique appellatione e singulis Graecorum heroibus tracta abstinendum erat; neque ars admittebat, ut is, cui uni et Palladii raptus et Troili caedes et totius oppidi obsidio atque expugnatio tributa esset, intermisso interdum generali illo comparandi genere sub singulari aut Ulixis aut Agamemnonis aut, si dis placet, Achillis (quippe qui oppressisse proditur Troilum) imagine intellegeretur. Nihil tamen impediebat, quominus Nicobulus ludibunde ex Priamo aurumque eius ex Ilio nomen inueniret. Eo magis uidelicet imitatores res ipsa inuitabat, ut materiam illam latius dicendo prosequerentur, cum Plautus primas modo lineas duxisse uideretur: a uersuum 933 et 973 igitur exemplo profecti

1) Similis rei luculentum exemplum idque ab acerrimis harum rerum arbitris probatum subditiuum habes Andriae Terentianae exitum qui, quamuis uetustus, in deterioris tantum notae libris traditur.

quidquid ex fabulis Troianis quodammodo in Nicobuli deceptionem conuenire uideretur ad exornandam et expingendam illam comparationem putida diligentia congesserunt [1]).

§ 25. At uero uersus illos ne satis commodum quidem in genuino cantico Plautino habere locum tum intelleges, cum nobiscum inuestigaueris, quonam sententiae uinculo cohaereant singulae illius quas supra enumerauimus partes, uel potius quam probabile sit ex poetae consilio olim fuisse eorum dispositionem, quae nunc temporum iniquitate perturbata et incondita iacent. Ac totius comparationis quasi cardinem uerti apparet in enarratione illa trium Ilii fatorum. Quorum prioribus quid significatum sit in propatulo est: tertium quo referatur haud facile inuenias aliud quicquam, nisi respici ad ligneum equum intra moenia Troiana inuehendum. Qui cum immensa altitudine portas oppidi longe superaret, nullo alio modo in arce conlocari poterat nisi diruta superiore parte eius per quam introitus fieri debebat portae [2]). Apertissime autem ipsum Plautum hoc loco ad equum Troianum respicere ostendunt uu. 987 sq.: *Nunc súperum límen scínditur, nunc própe adest exítium Ílio: Turbát equos lepide lígneus* . . . . .

Iam his absolutis uideamus, quomodo Chrysalus tria illa fata Troiana in fraudis suae similitudinem transferat. Mirum profecto, ut propositi subito oblitus est: nam tertium fatum nusquam eum reperio in suam rem accommodare, enumeraturum quidem u. 956 tria, non duo *nostri Ilii* fata. Neque enim latet illud in uersibus 966—969: qui non possunt una cum eo qui praecedit (eiectis nimirum illis, quae inseruit retractator) u. 960 ad secundum fatum referri, cum respiciant aperte ad ea, quae proxima scaena acta erant. Immo, si paulo accuratius inspexeris, facili negotio haec ipsa interpolatione

1) Utpote in loco a posteriore quodam poeta composito relinquendos duxi uersibus 963 sq. numeros trochaicos. Docet enim exemplum Terentii omisso liberiorum metrorum usu multo maius, quam antea, exortum esse studium concitatioris cuiusdam uarietatis efficiendae crebris in eadem scaena iamborum trochaeorumque uicissitudinibus.

2) De tribus illis fatis u. Excursum I.

foedata esse cognosces. Nam is, qui u. 966 *post* particula praemissa quasi noui aliquid narraturus pergit, minus recte uersum 960 se intellexisse ostendit. Cedo, quid tandem fortis eiusdemque utilis rei quaeue cum Troili occisione aliquam reciperet comparationem perfecit Chrysalus, cum epistulam illam priorem ad Nicobulum attulit ipsum uinciri iubentem, nisi hoc ipso *ubi tabellas tetuli* comprehendas statim ea, quae secuta sunt: quod senem de militis uxore mendacio perterritum commouit, ut et ipsum solueret et ducentos nummos aureos se daturum promitteret? Quod quidem sensisse uidetur Kiesslingius, cum p. 17 *post* illud u. 966 in *ibi* mutaret: parum tamen felici successu usus meo quidem iudicio. Immo, si quid sentio, uersum 960 continuo sequebatur u. 968, uersus autem 966 sq. interpolati sunt: quos, postquam uersus illi 961—965 pridem a retractatore additi casu huc, ubi nunc exstant, delati sunt, ne hiaret oratio adscripsit is, qui inde a u. 961 referri simpliciter ea sibi persuaserat, quae superiore scaena post traditas illas litteras acta essent, adsumptis quidem, ut opinor, his, quae haud inuenuste sane dicta sunt: *urbis uerbis qui inermus capit*[1]), aut ex alia fabula nescio qua aut ex huius ipsius ea scaena, qua gloriosae militis iactationes uellicabantur, nunc amissa. Quo emendandi studio interpolator ille id reapse adsecutus est, ut turbae illae genuinorum additiciorumque uersuum miro ordine inter se confusorum usque ad nostram aetatem delitescerent.

Iam u. 969 proferre debebat Chrysalus, quid tertio illo fato significari uellet: ipse enim u. 959 commonefecerat duo etiam restare fata. Quod quale tandem fuisse conicias nisi equi lignei aliquam similitudinem? Ne longus sim: sequebatur post uersum 969[a] *Cepi áb eo spolia* uersus 935, ut nunc legitur is quidem inutili uerbositate languidus, hunc in modum reformandus: *Iam hás tabellas, ópsignatas quás fero*, uersum autem 936, omisso nimirum retractatoris additamento, uu. 941—944, seu potius propter complures easque non reconditas

1) Iam Dousa Centur. siue Explanationum libr. II cap. 25 confert Pyrgopolinicis cognomentum *Urbicape* Mil. Glor. 1055: idem Ussingius.

causas[1]) transpositione facta u. 943 sq., deinde 941 sq. Iam uides optime haec: *ita res successit mi usque adhuc* respondere uersibus 959 et 956. Pronuntiat enim, quid sit tertium illud fatum: quod tamen nondum perfectum, sed *adhuc* praeparatum dumtaxat ad perficiendum est. Quare non mirandum, quod in enarrando et illustrando illo diutius, quam in ceteris, commoratur.

Hi igitur uersus inde a 935 reponendi sunt post u. 969[a], iisdemque absoluta est media cantici pars, quae totius scaenae summa est et argumentum principale. Iam uero, sicut in fine exordii u. 933 sq. ipse Nicobulus sub Priami persona carpitur inrideturque quadringentis nummis emungendus: adsimiliter ad Priamum oratio redit, eademque re paulo uberius illustrata conclusio fit. Quae quidem extrema pars ipsa quoque glossematum fraude non solum interpolata, sed, ut adsolet, iisdem disturbata est.

Ac praemittendum erat, ut opinor, ipsius Priami nomen comparationisque, quae inter illius filios et senis nummos Philippeos instituitur, propositio uersibus 973—975. Iam sequi par erat uu. 969[b] et 970, quibus priorum ducentorum Philippum ratio redditur, dimidiati duo uersus[2]), lenissima uidelicet hac medela in unius speciem reconcinnandi: *Namque is ducentos númmos Philippos dáre promisit míliti*, quem optime excipiunt uersus 971 sq., qui sunt de alteris ducentis. His uero statim continuandus uidetur ultimus scaenae uersus (nisi forte crebris illis interpolationibus genuini aliquid extrusum est; quod si acciderit, minime mehercle sit mirandum). Neque enim uereor ne laudatores inueniant uersus 976 sq., quorum alter est languidissimus et ineptissimus: qui unde orti sint perspexeris conlatis uu. 814 sq.

Unus etiam restat locus, ubi interpolatorem deprehendisse

1) Nec magis latet causa cur, postquam illuc, ubi in libris exstant, delati sunt uu. 935—944, diasceuasta binorum uersuum sedem permutauerit

2) Neque enim ullam fidem habeo dimetro illi clausulae ex nonnullorum sententia instar, ubi minime clauditur sententia: uide infra adn. crit. ad u. 961—969.

mihi uideor, uersus dico 930 sq., quos ut spurios haberem his commotus sum causis: et temporis inaequalitate [1]) et discrepantia, quae intercedit inter uersum 930 et uu. 972. 941. 1071. 1074. Nec latet fraudis fons, cum uix dubitandum sit quin posterior sit glossema uersus 929, prior ad uersuum 927 sq. exemplum insulse confictus.

§ 26. Multis sane opus erat atque adeo fortioribus interdum remediis: quae tamen adhibuisse minime nos paenitebit, si aliquid neruorum Plautinique nitoris huic scaenae longe pessime adfectae redditum esse iudicaueris hac nostra quam iam integram subicimus recensione.

Atrídae duo fratrés cluent fecísse facinus máxumum,
Quom Pérami patriam Pérgamum, diuína moenitúm manu,
Armís, equis, exércitu atque exímiis bellatóribus
Millí cum numero náuium decumo ánno post subégerunt.
Non péius tormentum ⟨hóc⟩ fuit, praeut égo erum expugnabó meum.

Adnot. crit.:

Priorem scaenae partem a u. 925 ad 934 dimetris iambicis compositam esse Kiesslingius comprobare studuit. Equidem quamquam minime spernenda duco neque quae Bergkius ind. Halens. a. 1862/63 p. X praecipit de discernendis accurate duobus octonariorum iamb. generibus, cum 'modo in duas aequabiles partes dirimantur, modo sollemnem caesurae legem seruent ac dispares uersuum articulos ostentent', neque quas de illorum compositione Kiesslingius Analect. Pl. p. 6—14 obseruauit leges: his tamen nondum diluta esse puto tria illa argumenta, quibus G. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 103 (cf. Ritschelii Prolegg. p. 295 et Bentleium in Ter. Eun. II 3, 8, praeterea Hermannum l. l. p. 160) se adductum esse pronuntiauit, ut dubitaret an nunquam Plautus dimetros posuisset continuos. Neque obscurum est fidem illius sententiae minuere quod ipse dimetris suis licentiae concessit Kiesslingius: 'quamquam non tam sibi constans fuit, ut non aliquoties binos synaphiae quodam genere copularet, uelut Baech. 927.' Quare in hac certe scaena ita potius dixerim: iambicis octonariis totam fere decurrere, ac prioribus quidem illis 925—934 asynartetorum instar constitutis, ceteris de altero illo genere, quod dialogo potissimum conuenit. | 926. Perami *nomen ubique pro* Priami *reposui Fleckeiseno duce: uid. ad u. 933.* | 928. milli cum *Herm.: cf. Lucil. u. 297 Lachm.:* milli nummum . . . uno, *u. 425:* milli passum . . . atque duobus, *conl. Gell. I 16, 11—13* (*Macrob. Sat. I 5*), *et uid. Buechelerum Lin. declin. lat. p. 51.* mille cum *BCD.* cum mille *Kiessl., Uss.* et mille *Ritsch., Fleck.* | 929. non penitus (?) *Kiessl.: alia temptauit Uss.; ceterum cf. Seyffertum Stud. Pl. p. 27.* tormentum hoc fuit, *i. e.: 'non perniciosior fuit Troiae interitus, quam . . .' Brn.* tormento fuit *BD.* tormento ruit *C.* tormento ruit *Kampmannus de rebus milit. Plaut.*

1) Perfecti illa importunitas praeter metricas rationes Kiesslingio quoque in causa fuit, cur horum posteriorem interpolatum notaret: u. l. s. s. p. 8 et 14.

Nunc príus quam huc ⟨*noster*⟩ sénex uenit, lubet lámentari, dum éxeat:
O Tróia, o patria, o Pérgamum: o Pérame, periistí senex,
Qui mísere male mulcábere quadrigéntis Philippis aúreis.

Ílio tria fuísse audiui fáta, quae exitió forent:
Sígnum ex arce sí perisset, álterum *autem*st Tróili mors,
Tértium, quom pórtae Phrygiae límen superum scínderetur:
Pária item tria éis tribus sunt fáta nostro huic Ílio.
Nam dúdum primo ut díxeram nostró seni mendácium
Et de hóspite et de auro ét de lembo, ibi sígnum ex arce iam ápstuli.
Iam dúo restabant fáta tunc, nec mágis id ceperam óppidum.
Post úbi tabellas ád senem *t*etuli, íbi ⟨*ego*⟩ occidi Tróilum:
Eum ego ádeo uno mendácio deuíci, uno ictu extémpulo

p. 40 conl. Trin. 265; quod num possit aequare horum sensum: 'in perniciem ruit' (id quod uoluisse uidetur Kampmannus) dubito. idem editt. Ceterum non neglegendum apud Festum p. 365 Muell. exstare termentum, *non* termento, *nec in glossis, quas adfert G. Loewius Prodrom. corp. gloss. lat. p. 264, ablatiui uel datiui exhiberi formam. Versum pro spurio habebat Guyetus. Post hunc u. in libris et editt. exstant interpolati (cf. supra § 25) hi:*

Sine clásse sineque exércitu et tánto numero mílitum
Cepi, éxpugnaui amánti erili fílio aurum ab suó patre.

uersum 931 Kiessl. quoque interpolatum ducit. | 932. prius quam huc noster senex *Brn duce Wilamowitzio (ap. Kiessl.), qui* pr. q. h. sénĕx nostĕr *proponit; ipse Kiessl. de* húc priúsquam sénex *cogitabat, quod uix ferendum.* prius quam huc senex *libri, Uss.* húc prius quám senéx *Ritsch., Fleck.: de puro iambo in sede paenultima prioris hemistichii u. Kiesslingium.* | 933. Perame *pro* Priame *Fleckeisenus Nou. ann. t. 93 (a. 1866) p. 8 adn., cf. Ritschelium Opusc. II p. 497 adn.* | 934. multabere *cum D Uss.: quod etiam minus credam uerum esse, quam* mulcabere *(BC, editt.), de quo u. Ritschelium ad Stich. 420. Versus 935. 936. 943. 944. 941. 942 hoc ordine pone 969ª reposuit Brn: cf. § 25. uu. 937—40. 949—52 a retractatore, 945—48 ab interpolatore additos u. supra § 24.* | 953. illi forent exitio *BCD, Uss.* ILLIFUEREEXITIO *A, Ritsch., Fleck.: utrumque glossemate* illi *adscripto (unde A in uersus principio* ILLI *pro* Ilio, *contrario modo Ca* Ilio, *deinde* illo, *cf. libror. scripturam u. 931 et 965 ap. Ritsch.) corruptum esse ex* exitio forent *suspicatus septenarium troch. effeci, quo suauius transiri uidebatur ad octonarios troch. Herm. uu. 953—56 in iambicorum aequalitatem redegit, u. Ritschelii app. crit.* | 954. alterum fuit *Uss.* 960. tetuli ibi occidi *Lachmannus ad Lucr. p. 387, Darmmannus Obseruu. in c. XIV Ritschelii Prolegomenon Plaut. Regimont. 1865 p. 22, Geppertus Diurn. gymnas. Berol. t. 20 p. 213.* detúli ibi occidi *cum libris (sed cf. Ritsch. Proll. p. 126) Uss.:* tetúli ibi occidi *Spengelius T. M. Plautus p. 230, qualem accentus prauitatem ne Geppertus quidem tulit: cf. Ritschelii Prolegg. p. 224 sq.* | 961—969. *964—65 a retractatore additos u. supra § 24; deinde libri et editt. interpolatos (cf. § 25) exhibent hos:*

Post cúm magnifico mílite, urbis uérbis qui inermús capit,
Conflixi atque hominem réppuli. dein púgnam conserui seni.

Post u. 968 Ritsch., Fleck.:

Cepi ⟨áb eo⟩ spolia, is núnc ducentos númmos Philippos militi,
Quos dáre se promisit, dabit. * * * * * ;

sine ab eo *nec lacuna indicata integram librorum memoriam tuiti trochaicum sept. subsequente dimetro iamb. discribi iusserunt Studemundus de canticis Pl. p. 76, Spengelius T. M. Plautus p. 139, Uss., Kiessl.; de Hermanni sententia u. Ritschelii app. crit.*

Cepi ⟨*áb eo*⟩ spolia. *I*am hás tabellas, ópsignatas quás fero, 969ª. 935
Non súnt tabellae, séd equos, quem misére Achiui lígneum. 936
Atque híc equos non in árcem, uerum in árcam faciet ínpetum: 943
Exítium, excidium, exlécebra fiet híc equos hodie auró senis. 944
Tum quae híc sunt scriptae lítterae, hoc in equo ínsunt ⟨*multi*⟩ mílites 941
Armáti atque animatí probe. ita rés successit mi úsque adhuc. 942

Sed P*é*ramus hic multoílli praestat: nón quinquagintá modo, 973
Quadrigéntos filiós habet atque équidem lectos síne probro:
Eos égo hodie omnis cóntruncabo duóbus solis íctibus. 975
⟨*Namque*⟩ ís ducentos núммos Philippos dáre promisit míliti: 969ᵇ. 970
Nunc álteris etiám ducentis úsus est, qui díspensentur
Ílio capto, út sit mulsum, quí triumphent mílites. 972
Sed P*é*ramum adstantem eccum ánte portam uídeo: adibo atque ádloquar. 978

Versibus 969ᵇ et 970 pone 975 repositis cum 969ª uersum 935, quem talem exhibent cum libris editt., Uss., Kiessl.:

Nam ego hás tabellas ópsignatas, cónsignatas quás fero 935

conglutinauit Brn: cf. § 25. De sequentibus uid. ad u. 934. | 941 sq. *una cum 937—40 expunxit Guyetus.* multi *addidit Muellerus Add. Pros. Pl. p. 124, contra* tot *ante* hoc *Uss.* equod *coniecit Ritschelius Nou. Exc. p. 64 (cf. 66), u. Buechelerum Lin. declin. lat. p. 48.* hoc insunt in equo *Guyeto duce editt. Trochaicum sept. praecedente hypermetro iamb. (940) discripsit Kiessl. l. l. p. 11 adn. 2:* gerúntur ‖ Túm quae hic insunt scriptae lit., h. in eq. ins. mil. *Breuiloquentiam apparet esse, sensum hunc: ‘praeterea milites in hoc equo, ut olim in Troiano, insunt: litterae scil., quae hic scriptae sunt.’ Quod miro errore A. Luchsius Hermae t. VIII p. 123 sq. sic editores praue intellexisse opinatus: ‘in his scriptis litteris, i. e. hoc in equo, insunt milites’: cum ipse coniecit* Tum quae hic sunt scriptae lítterae, hoc in equó ⟨quae⟩ insunt, ⟨sunt⟩ mílites, *parum suaues numeros nec suauiorem effecit sententiam. De uu. 945—52 uid. ad u. 934; de ordine uersuum 973 sqq. cf. § 25.* | 974. atque equidem omnis *libri, Uss.* atque quidem omnis *Spengelius T. M. Plautus p. 78 (contra quem disputantem u. Muellerum Pros. Plaut. p. 294), Kiessl.: ego* omnis, *quod ex uersu subsequente huc inrepsit, sustuli; retinuerunt reiecto* equidem *editiones. ceterum cf. Ritschelii Prolegg. p. 78, O. Ribbeckium de particul. lat. p. 40.* | 969ᵇ. 970. namque is *Brn.* is nunc *libri, editt.: uide ad u. 964—69 et cf. § 25.* | 971 sq. *iambicum octon. hypermetrum insequente trochaico septen. (id quod semel Fleckeisenus quoque duce Hermanno Elem. doctr. metr. p. 173 sq. admisit: in Amphitruonis u. 1067 sq.) cum libris discripsit Kiessl. l. l. p. 11 adn. 2 praeeunte Studemundo de canticis Pl. p. 76: idem Uss. Vide quae God. Hermannus contra Bentleium in Heaut. III 3, 13 conl. Phorm. I 4, 10. Andr. III 4, 2. 3, cuius sententiam probare uidetur Ritschelius ad Pseud. I 2 et ad Stich. II 1 conl. Herm. Elem. p. 184 sqq. et 175, in uniuersum uere, ut opinor, de ‘continuatione numeri’ docuit, inprimis Elem. doctr. metr. p. 170 sq. Non ausus sum tradita sollicitare, in loco quidem, ubi nesciam an poeta uersu quodammodo ad duplam amplitudinem producto adfectarit altius exsultantis significationem simulque adproperantis finem orationis, cum iam foras exiens conspiceretur Nicobulus.* capto Ílio ‖ Qui dispensentur *Acidalius, Ritsch., Fleck.; cf. praeterea Ritschelii Parerg. p. 425 conl. Muelleri Add. Pros. Pl. p. 69. Hermannus quomodo hos uu. cum proximis concinnauerit ex Ritschelii petas app. crit.* | *Ante u.* 978 *libri hos exhibent:*

Nunc Priamo nostro sist quis emptor, comptionalem senem 976
Uendam ego, uenalem quem habeo, extemplo ubi oppidum expugnauero,

quos retinuerunt editt., ego eieci: cf. § 25.

§ 27. Nunc demum ad Kiesslingii reuertor sententiam, cuius quae summa est nondum narraui. Ille enim, etiamsi uersus 945—952 histrico poetae reddit, geminas tamen illorum partes, uersus et 937—940 et 961—965, in Plautinis retinet, nisi quod uersum 961, qui sententiarum ordinem turbet, ex Wilamowitzii sententia expungit p. 17. Quattuor autem qui reliqui facti sunt uersus 962—965 p. 16 iudicat patere, 'quippe quibus Palladii raptus significetur, non suo loco in libris legi, sed pone uersum 958 esse conlocandos'. Chrysalum enim in primo statim mendacio, quod de hospite Ephesio auroque ibi relicto dixisset, quo mendacio signum quasi ex arce iam abstulisse sibi uideretur, detectum et captum esse. Deinde p. 17: cum Troili morte Chrysalum comparare eum dolum, in quo cum ipso milite quasi altero Troilo ei confligendum fuerit. In uersibus autem 960. 966, qui eiecto u. 961 et remotis illis 962—965 sese excipiunt, cum alterum *post* nullo modo tolerari possit, reponit *ibi*.

Hic igitur est ex Kiesslingii recensione genuinorum uersuum in quadripertito, ut illi uidetur, cantico ordo:

I. 925—930. 932—934.
II. 935—944.
III. 953—958. 962—965. 959.
IV. 960. 966—978.

Qui primo obtutu perlegenti haud mirer sane si uehementer adriserit. Equidem uero cognita illius reconcinnandi ratione, quam minime ignoro leniorem mea uideri, cur non adstipulatus illi missa fecerim, quae ipse supra explanaui, in uniuersum iam § 14 significaui: ubi non calidius me de uiri doctissimi lucubrationibus iudicium fecisse spero mox perspectum iri, cum praetermissis leuioribus has indicauero principales causas.

Ac primum frustra exspectatur tertium fatum. Quodsi quis dixerit — Kiesslingius enim silentio hanc rem praeteriit — licuisse poetae huius, praesentis quidem tum maxime, narratione praemissa, scilicet quae uersibus 935—944 contineatur, postulare a spectatoribus, ut posteriore illo loco id recordarentur: restant tamen duo argumenta.

Ulixem enim in raptu palladii ab Helena agnitum esse non ‘nota fabula’ est, sed Kiesslingii *αὐτοσχεδίασμα*[1]). Deinde Chrysalus detecto priore illo mendacio nec *dolis e periclo se extulit* nec *senem decepit*[2]), sed Mnesilochi precibus seruatus est. Sequitur euidenter, ut non possint uersus 962—965 ad primum fatum referri. Qua ratiocinatione patet euerti Kiesslingii sententiam.

CAPUT IV.

§ 28. Iam accedamus ad multo uberiorem illorum exemplorum copiam perscrutandam, quae proprio dittographiarum nomine appellanda sunt. Quo in genere aliquanto difficilius interdum est, quam in additamentis, causam cognoscere, qua retractator adductus sit ut Plautina immutaret. Quamquam enim Goetzius non sine magna ueri specie multis in locis cum alias causas tum breuiandi studium demonstrauit[3]) — quae ratio ita nobis comprobata est, ut in exemplis tantum non omnibus quam recensionem propter internas rationes deteriorem esse intellexissemus, breuiorem eandem reppererimus — restant tamen exempla nonnulla, ubi et hoc argumento destituti simus neque uestigium internae cuiusdam mutandi causae indagare potuerimus[4]). In hisce igitur scaenis num credamus subito abiecto illo aliud nescio quod consilium retractatorem secutum esse? Veri profecto non simile. Quid autem obstat quominus coniciamus, quod hic decurtatio illa conspici iam non

1) Cf. supra p. 101.

2) Cf. uersum 965, unde patet non posse non spectare haec ad eam scaenam, quae praecedit: id quod non minus dilucide ostendit gemellus uersus 952: *Uinctus sum, sed dolis me exemi.*

3) Vid. Acta Soc. philol. Lips. t. VI p. 267 sqq.

4) Spectant huc ex tractatis a nobis scaenis potissimum II 3 et scaenae IV 9^{b} nonnullae partes. Nam in sc. III 1 (item in III 3) suspicari licet argumenti dispositionem retractatorem immutasse. Quamquam ne illic quidem hac re, etiamsi uera sit ualde dubia illa suspicio, iusta causa apparet refingendae ipsius orationis; sufficiebat enim inseruisse unum u. 374.

possit, id detrimento demum factum esse longe grauiorum dittographiae partium?[1]) Immo ne per se quidem quicquam habet probabilitatis, ternos quinosue solos ex una scaena retractatorem — nisi forte in locis, ex quibus penderet grauior argumenti consiliique immutatio — sustulisse, ut aut totidem aut quaternos senosue substitueret deteriores; nec magis breuiantem singulorum uersuum eum aucupatum esse compendium: multo fortiores fieri solitas esse contractiones ex earum scaenarum exemplo conligere licet, ubi amplior utriusque recensionis pars etiamnum exstat. Contra hoc credibile ut quod maxime histricum illum quem fingimus poetam, ubi cum expoliendi, ut illi quidem uideretur, tum breuiandi causa scaenam aliquam aggressus esset, saepenumero ne illas quidem partes intactas reliquisse, in quibus neque contrahendo aliquantum profici poterat neque alia nouandi iusta causa apparebat, immo mero noua fingendi gaudio abripi sese passum esse, ut plura luderet. Veluti in festiuissima scaena IV 9[b], quam infra temptabimus, cur illa retractator refinxerit, quae epistulae recitationem praecedunt, nullo modo me adsequi posse libere fateor; non item in ipsa epistula iisque quae sequuntur. Ergo cogitanda est non singularum partium, sed totius scaenae retractatio. Tum uero qui factum sit, ut nonnullis locis tenuissimae tantum retractati exemplaris reliquiae aetatem ferrent, sescenti excogitari possunt modi: uel tam manifestis reliquas partes deformatas fuisse spuriae originis naeuis, ut ipsi conlectiuorum illorum exemplarium auctores confidentissime respuerent[2]).

Omnino locum illum, qui est de compositione insiticiarum illarum partium siue inter se siue cum genuinis eius-

1) Detrimenti suspicionem nonnullis locis argumentis aliunde petitis stabiliuisse nobis uidemur, uelut in sc. III 1.

2) Nonnulla horum iam apud Goetzium adumbrata sunt: cf. p. 267. 269. 276. Ceterum haec omnia de sola Bacchidibus intellegi uolo: num in omnium fabularum dittographiis — nam additamentorum prorsus alia ratio — item princeps quodammodo fuerit breuiandi consilium, futurae est quaestionis.

dem scaenae partibus iungendarum, qualem uoluerit retractator fieri, admodum lubricum esse expertus sum. Quare sicubi uersiculos quosdam ut communes utrique exemplari notauero, nihil aliud significatum esse scito, quam ultra illos retractationis factae nunc quidem neque uestigium neque causam apparere, ita ut traditae scripturae condicio per se spectata adducere nos uideatur, ut credamus intra illos retractatorem constitisse. Etiamsi enim nonnullis locis uniuersa generis illius indoles ac natura uel maxime commendat contrarium illud, latius reuera olim euagatam esse nouandi histricam libidinem: ars tamen in hac minutiore uniuersae quaestionis parte id imponere uidebatur necessitatis, ut indicarentur termini, intra quos contineretur demonstratio illius rei nunc quidem nobis permissa.

Hisce uero quae disputauimus illud cautum esse uoluimus, ne quis, ubi in uersibus quibusdam, quos retractatori tribuendos censeamus, causa consiliumque retractandi nobis quidem non apparuerit, hac re ipsi coniecturae illi fidem abrogari dicat. Vt exemplo fungar iam omnibus probato: in loco illo e Poenulo desumpto, quem Goetzius commentationis suae p. 252 sq. tractauit (IV 2, 95—107), ostendas uelim, qua re permotus retractator a Plautinis uerbis recesserit. Attamen quis audebit illic ipsam de retractatione coniecturam in dubitationem uocare? Itaque nostrum erat tradita acerrime examinare ac notatis iis, quae aut Plauto parum digna esse aut cum reliquis non satis conuenire uiderentur, quaerere, utrum a retractatione scaenica an a glossematis interpolatorisue insulsitate originem illa ducere credibile esset. Sicubi de ipsius retractatoris consilio totiusque scaenae in retractato exemplari compositione coniecturam facere licuit, tamquam corollarii instar hoc accipiendum duximus. Ceterum non ignoramus, quam dubia de hac re plerumque sit suspicio.

§ 29. Iam uero adeamus ad ipsa Bacchidum exempla temptanda. Ex quibus nonnullorum ea est condicio, ut fraus sponte in oculos incurrens non potuerit nostrae aetatis uiros doctos ludificare. Velut in uno et Teuffelius et Seyffertus eo-

dem tempore retractatoris infelicem operam credulamque diasceuastae inscitiam deprehenderunt. De quo loco quid sit statuendum iam accuratius sis mecum reputa.

Bacchidum specimen VII.

Act. I sc. 2.

Versus enim 166 sq. et 161 sq. prorsus aequales uel adeo alteros alterorum uicarios esse rectissime iudicauerunt quos nominaui uiri docti Seyffertus in Studiis Plautinis p. 10 et Teuffelius in Musei Rhenani t. XXX p. 318. Est tamen cur credam multo latius retractationem patere, ut non mirer, si totius scaenae duae olim exstiterint geminae recensiones; quarum quidem alterius nunc fragmenta tantum seruata sunt. Cuius rei indicia quoniam crebris cum mutationibus tum transpositionibus[1]), quas fecerunt editores, obscurata sunt, optimum duxi unde proficisci oporteat quaestionem ostendere ipsa librorum memoria ante oculos posita. Atque haec fere inde a u. 147 in Vetere exstant[2]):

I 2, 39		Omitte lide ac caue malo Lid. quid caue malo	147 R.
40	Pist.	Iam excessit mi aetas ex magisterio tuo	152
	Lid.	O baratrum ubi nunc es ut ego te usurpem lubens	148
		Video nimio iam multo plus quam uolueram	

1) Quod necessarium iam pridem uisum est acerrimis arbitris, nec id temere, inde a u. 147 turbato uersuum ordini uariis consulere transpositionibus, hoc nunc quidem, ut saepius, retractationis suspicionem auget. Ritschelius quomodo ordinauerit uersus ex numeris in dextera parte appictis intelleges; idem uersum 149 (I 2, 42) insequentis esse interpretationem putabat. Plane illum secutus est Fleckeisenus. Aliquanto fortiore medicina olim Acidalius usus erat: u. Ritsch. app. crit. Contra nuper et Fritzschius (ind. Rost. a. 1877/78 p. 5) et Ussingius nec ueram esse retractationis suspicionem nec in uersuum ordine quicquam mutandum iudicauerunt: extremorum quidem quattuor uersuum iustam conlocationem posterius ostendere Veteris exemplum. Unum u. 153 (I 2, 45) uterque expunxit praeeunte Guyeto.

2) Non curaui interpunctionem nec magis e re esse duxi notare pusillas quasque correctiones siue ab eadem manu siue a Bb factas similesue quisquilias.

Vixisse nimio sacius est iam quam uiuere 150
Magistron quemquam discipulum minitarier
Nihil moror discipulos mihi esse iam plenos sanguinis 153
Valens aflictat me uaciuom uirium
Pist. Fiam ut ego opinor ercules tu autem Linus[1])
Lid. Pol metuo magis ne Phoenix tuis factis fuam
Teque ad patrem esse /mortuum renuntiem
Pist. Satis historiarum st Lid. hic uereri perdidit 158
Compendium edepol haud aetati optabile 161
Fecisti cum instanc //////////nactus inpudenciam[2])
Occisus hic homo est ec quid in mentem est tibi 159
Patrem tibi esse Pist. tibi ego aut tu mihi seruus es 160
Lid. Peior magister te istaec docuit non ego 163
Nimio estu ad istas res discipulus docilior
Quam ad illa quae te docui ubi operam perdidi 165
Pist. Istac tenus tibi lide libertas data st 168
Orationis satis est sequere me hac ac tace
Lid. Edepol fecisti furtum in aetate malum 166
Cum istaec flagitia me celauisti & patrem

post uersum autem 175 R. haec:

60 Edepol fecisti furtum inetatem malus 166
Qum istaec flagitia me celauisti & patrem
58 Istec tenus tibi lida & libertas data st 168
Orationis satis est sequere me kac ac tace[3])

Reliqui codices nisi in pusillis quibusdam a Vetere non recedunt praeter hoc unum, quod in his non repetuntur quattuor illi uu. 58—61; ceterum in u. 54 rell. *an* pro *aut*.

Versus igitur 58. 59 non potuisse scaenam non concludere, itaque uersus 60. 61 his olim exceptos esse, sicut factum uideamus in Vetere posteriore illo exemplo, Ritschelius perspexit; nec minus probabiliter coniecit Seyffertus eosdem 58. 59 utriusque recensionis communes fuisse: quod uero hic putat in altera illis praeiisse uu. 51. 52. 55. 56. 57 — Ritschelium enim sequitur uu. 53. 54 ante 51. 52 transponentem — parum mihi adridet. An Pistoclerus superiores paedagogi castigationes, quae leuiores erant, iniquo animo passus minas adeo

1) *hercules* uoluit Bb: u. Ritschelii apparatum.
2) Ante rasuram *inpudentiamactus*.
3) Lineolis subductis hos uersus delendos esse indicauit Bb.

iactauit: ubi ad maledicta ille progressus impudentiam discipulo obiurgat, silentium tenebit? Vix crediderim. Vide autem quanto melius res se habeat, si uu. 51. 52 eodem modo statim excipiantur uersibus 58. 59, atque ii, qui illorum gemini sunt, 60. 61.

Sed quid fiet interpositis illis 53—57? Ex his priores duos cum proximis male conuenire iam Ritschelius uidit. Tamen non solum carere possumus transpositionis artificio, sed etiam magis concinnum adsequimur sententiarum nexum seruata conlocatione tradita, dummodo ad alteram recensionem illos 53. 54 spectare intellegamus, ita ut non sequantur post uu. 51. 52, sed praecedant uersibus 60. 61. Nam reliqui tres 55—57 neque omnino in hac scaenae parte nisi cum exsangui quadam sententiae tenuitate retineri possunt et pristinam sedem accuratissima uel uerborum in respondendo congruentia satis dilucide ostentant: quos haud facile credam non coniunctos olim fuisse cum uersibus 129—31 et 134 sq., gemellos quidem uersuum 132 sq.: cuius dittographiae minime dubiae[1]), ut opinor, exemplum statim subicio.

Rec. A.

I 2, 21 PIST: Non ómnis aetas, Lýde, ludo cónuenit. 129 R.
Magis únum in mente*m*st míhi nunc, satis ut cómmode
23 Pro dígnitate opsóni haec concurét coquos.

55 LYD: Peiór magister te ístaec docuit, nón ego: 163
Nimió's tu ad istas rés discipulus dócilior,
57 Quam ad illa, quae te dócui, ubi operam pérdidi.

26 PIST: Ibidem égo meam operam pérdidi, *c*ubi tú tuam: 134
Tua dísciplina néc mihi prodest néc tibi.

1) Nam quod horum uersuum altera recensio alieno loco exhibetur interiectis triginta fere uersibus, hoc erroris nec incredibile tibi uidebitur rationum recordato, quas de nostrorum exemplarium ortu ac compositione explanauimus, nec desunt huius rei exempla: uelut Curculionis uu. 389 sq. aperte mihi spectare uidentur ad u. 455 et Lyconis esse uerba, extruso quidem uersu, quo Lyconem incedentem conspiciebat Curculio; alia non pauca inuenies apud Seyffertum Stud. Plaut. p. 10 et apud Goetzium de dittogr. p. 261—266.

Rec. B.

I 2, 21 PIST: Non ómnis aetas, Lýde, ludo cónuenit. 129 R.
Magis únum in mentemst míhi nunc, satis ut cómmode
23 Pro dígnitate opsóni haec concurét coquos.

24 LYD: Iam pérdidisti te átque me atque operám meam 132
Qui tíbi nequiquam saépe monstrauí bene.

26 PIST: Ibidem égo meam operam pérdidi, cubi tú tuam: 134
Tua dísciplina néc mihi prodest néc tibi.

Adnot. crit.:

130. mentemst *Fleckeisenus in praef. editionis Ritsch. p. XII, cf. Ritschelium ad uersum.* mentest *libri, Herm., Ritsch., Uss. Videtur Plautus in hac uerborum coniugatione semper accusatiuo usus esse: cf. u. 159 (ubi in reliquis libris praeter B, ut hic in omnibus, euanuit uetustior illa locutio) et satis multa exempla apud Holtzium in Syntaxis t. I p. 208.* | *Post u.* 133 *male interrogationis signum ponit Uss.* | 134. cubi *Ritsch. Mus. Rhen. t. XXV (a. 1870) p. 307 = Opusc. III p. 137, cf. Bergkium Symb. ad gr. lat. I p. 119.* ubi *libri, Herm., Spengelius T. M. Plaut. p. 221. 236 (contra quem cf. Muellerum in Pros. Pl. p. 537), A. Luchsius in Studemundi Stud. uol. I p. 23 (qui hiatui patrocinatur in 'diaeresi' ante ultimam dipodiam post omnia uerba uel uerborum coniugationes, quae creticum pedem aequant), Uss.* perdidi ubi *dimetitur Darnmannus Obseruatt. p. 22.* ego *ante* ubi *transponendo hiatum euitabat Ritsch. in edit., Fleck., Muellerus l. l.*

§. 30. Sed redeamus ad scaenae exitum. In quo iam plana et perspicua omnia esse apparet, nisi quod uersus 43 sq. nullo modo cum reliquis conciliari possunt: quorum prior uicarius est eorum, qui praecedunt, 41 sq.[1]), posterior et respondet uersibus 45. 46 neque stare potest, postquam ipse Pistoclerus rem praeuertit uersu 40.[2]) Quae cum ita sint, num dubitabis hos quoque eodem referre, quo uu. 60 sq. a Seyfferto Teuffelioque relati sunt, a nobis praeterea uu. 53 sq.[3]): ad alteram huius loci recensionem?

Hoc igitur habemus inde a u. 147 R. dittographiae specimen:

---

1) Versum 42, a Ritschelio expunctum, Teuffelius ad duplicem recensionem adsciscens deteriorem uersus 41 recensionem esse censet Mus. Rhen. XXX p. 318 conl. 480. 633.

2) Haec sine dubio Acidalio, Bothio, Ritschelio transponendi uersus 40 causa fuit.

3) Contendendi hi quidem sunt cum uersibus 48—50, quibus simili modo Lydus discipulum, qui patris commonefactus nihilo setius obiurgantis uocem aspere repudiat, mortuum planeque perditum esse conqueritur.

Rec. A.

I 2, 39 PIST: Omítte, Lyde, ac cáue malo. LYD: Quid? cáue malo? 147 R. (Vet.)
40 PIST: Iam excéssit mi aetas éx magisterió tuo. 152
LYD: O bárat*h*rum, ubi es nunc? út ego te usurpém lubens! 148
Uideó iam nimio múlto plus, quam uólueram. 149
45 Nil móror discipulos mí esse plenos sánguinis: 153
Ualéns adflictat mé u*o*ciuom uírium.
PIST: Fiam, út ego opinor, Hércules, tu autém Linus. 155
LYD: Pol métuo magis, ne Phoénix tuis factís fuam
Teque ád patrem esse mórtuom renúntiem.
50 PIST: Satis hístoriarumst. LYD: Híc uereri pérdidit. 158
Compéndium edepol haúd aetati optábile 161
52 Fecísti, quom istanc nánctu's inpudéntiam.

58 PIST: Istáctenus tibi, Lýde, libertás datast 168
Orátionis: sátis est. seque me hac ác tace.

Rec. B.

I 2, 39 PIST: Omítte, Lyde, ac cáue malo. LYD: Quid? cáue malo? 147

43 Uixísse nimio sátiust iam, quam uíuere: 150
Magístron quemquam díscipulum minitárier!
* * * * *
53 LYD: Occísus hic homost. écquid in mentémst tibi 159
Patrém tibi esse? PIST: Tíbi ego an tu mihi séruos es?
60 LYD: Edepól fecisti fúrtum in aetatém malum, 166
Quom istaéc flagitia mé celauisti ét patrem.

58 PIST: Istáctenus tibi, Lýde, libertás datast 168
Orátionis: sátis est. seque me hac ác tace.

Adnot. crit.:

147. aut caue *pro* ac caue *scribendum esse argutiore quadam interpretatione Teuffelius Mus. Rhen. t. XXX p. 347 demonstratum iuit: si uerum esset, eadem lege mutandus esset u. 463.* | 149. uideo iam nimio *Ritsch. Prolegg. p. 223, Uss.* uideo nimio iam *libri.* uiuo nimio iam *Ritsch. in edit., totum uersum ut interpretationem insequentis cancellis includens.* uiuo iam nimio *cancellis circumdatis Fleck.; idem uoluisse uidetur Teuffelius Mus. Rhen. t. XXX p. 318, retractatori uersum tribuens; cf. Brugmanum 'Quemadmodum in iamb. senario etc.' p. 37. Quodsi* uiuo *uerum esset, uersus et insequentis et superioris parallelus esset.* | 153. moror *BFZ.* morũ *C.* mor *D.* moro *Ritsch. conl. u. 1187, Fleck.; cf. Muellerum Pros. Plaut. p. 203. praeeunte Guyeto uersum delent Fritzschius ind. Rostoch. a. 1846 p. 4, Ussingius.* | 154. afflictat *cum libris Herm., idem conl. u. 450 Fritzschius ind. Rostoch. a. 1877/78 p. 5, Uss.* adflictet *praeeuntibus Acidalio et Bentleio Ritsch., Fleck.* uociuom *Fleck., cf. Ritschelii Nou. Exc. Pl. p. 59 sq.* uaciuom *B, Herm., Ritsch., Uss.* | 156 sq. *cf. Ladewigii Analecta scaenica p. 11.* | 169. seque *H. A. Kochius Mus. Rhen. t. XXV p. 617 prouocans ad Priscian. VIII p. 799 P., cf. Neue doctr. form.*[2] *uol. II p. 320 sq.* sequere *libri, edit., Uss.* me hac *cum libris Kochius.* hac me *Ritsch., Fleck.* me (*deleto* hac) *Herm., Uss.*

Dissutis igitur tantummodo duarum recensionum particulis intra discretae utriusque continuitatem tralaticium ordinem integrum — scil. si recedis a tribus illis post u. 131 R. reponendis — tutati sumus. Quid uero? num mirum uidetur eum, quem uetustissimum huius fabulae exemplar grammaticorum in usum composuisse fingendum est, quas ex alio quodam uolumine histrico haustas adderet partes minutatim[1]) uel subiecisse uel praefixisse similis argumenti uersibus in primario suo exemplari exaratis? Ceterum in recensione B inter uu. 151 et 159 R. unum tantum excidisse opinor uersiculum, cuius haec fortasse fuit sententia:

Em tibi: magisterii hanc habeto grátiam[2]);

breuiasse enim uidetur retractator.

§ 31. Insunt autem in principio quoque huius scaenae quae non debemus praetermittere. Versus enim 125 sq. alieno exstare loco constat[3]). Atque hos quo Ladewigius Philologi t. XVII p. 269 rettulit, pone uersum 131, non satis aptos ibi esse G. Goetzius de dittogr. p. 320 adn. arguit, uerissime suspicatus ad principium scaenae eos pertinere: nec tamen ante u. 113, ubi idem conlocari eos uoluit, ferendos esse crediderim. Nam ne uu. 111. 112 quidem pristino suo loco nunc legi contendo. An habes quo referatur *hic* illud? Num Athenas in-

1) Non semper hanc rationem grammaticos illos instituisse exempla ostendunt continuatarum separatim satis amplarum utriusque recensionis partium: cf. Goetzii dissertationem p. 249—256. Tertium genus, ubi uarie inter se disiecta sine ullius consilii specie inueniuntur genuini et retractati exemplaris membra, non dubito quin aut librariorum socordiae aut uecordiae debeatur diasceuastae: qui etiam plura conturbasset, nisi felici casu aliquantum exemplorum effugisset illius manus fraudulentas simul atque oculos.

2) Cf. adn. crit. u. 154.

3) Ussingio ut largiamur extorqueri posse ex Pistocleri uerbis, quae continentur uersibus 125. 126, *argutias* uersu 127 a Lydo defensas — quamquam uix ac ne uix quidem extorsit —: apparet tamen ad argutias, quae insunt apertissime in uersibus 121—124, hanc obiurgationem tam exquisite respondere, ut pro explorato haberi possit illuc poetam, cum uersum 127 scriberet, respexisse.

tellegit, scilicet ubi a puero educatus erat Pistoclerus? an forte putas plateam, qua ambulabant? Haerebat in his uersibus etiam Ussingius: qui cum *hisce* pro *hic* scriptum ad apparatum luxuriosum referri iussit, effecit aliquid aptius aliquanto, quam illud est quod in libris legitur, aptum tamen ne ipsum quidem.

Neque uero ita difficilis res est. Aduerbium *hic* non possumus interpretari nisi de conciliabulo amatorio, quo tendentem Pistoclerum conspiciunt spectatores. Neque igitur prius paedagogus locum illum intellegens *hic* dicere potest, quam et ipse ex Pistoclero quaesiuerit: *quo nunc capessis ted?* (u. 113) et responderit ille praecise primum *huc* (u. 114), explanatius deinde iterum interrogatus uersibus 115 sq. Iam commodissime integri uersus 111 sq. locum obtinent post u. 117. Neque quicquam concedes desiderari ad horum, quae infra ante oculos posui, integritatem:

I 2, 1 LYD: Iamdúdum, Pistoclére, tacitus té sequor, 109 R.
*Ex*spéctans, quas tu rés hoc ornatú geras.
5 Quo núnc capessis té*d* hinc auorsá uia 113
Cum tánta pompa*d*? PIST: Húc. LYD: Quid huc? quis istíc habet?
PIST: Amór, Voluptas, Vénus, Venustas, Gaúdium, 115
Iocus, Lúdus, Sermo, Suáuisauiátio.
9 LYD: Quid tíbi commercist cúm dis damnosíssumis?
3 Namque íta me di ament, út Lycurgus míhi quidem 111
Vidétur posse hic ád nequitiam addúcier.
10 PIST: Malí sunt homines, quí bonis dicúnt male: 118
Tu dís nec recte dícis: non aequóm facis.

Adnot. crit.:

110. exspectans *Fritzschius ind. Rostoch. a. 1846 p. 4 et a. 1877/78 p. 4: idem Bergkius ind. Halens. a. 1858/59 p. 12.* spectans *libri.* inspectans *editt., Uss. Ceterum cf. Lachmanni in Lucr. comment. p. 232.* | 113. te hinc aduersa uia *libri, quod a sententia stare non posse sensit Ussingius, coniciens* te hinc aliouorsa uia, *i. e.* ‚*a nostris aedibus auersus*', *conl. Aul. II 4, 8: qui locus nihil probat nec* aliouorsum *siue* aliorsum *usurpatur nisi aduerbialiter.* ted hinc auorsa uia *Brn recepta Ussingii interpretatione: cf. Curt. Ruf. V, 3:* auersum ab urbe iter *conl. Plaut. Rud. u. 176. 165. de* auersa uia *cogitauit iam Gulielmius Verisimilium lib. I c. 22, uerum ut probaret* teted hinc aduersa aui. ted hinc aduorsa uia *Ritsch., Fleck.* te istinc aduorsa uia *cum mira interpretatione Umpfenbachius Meletem. p. 29.* | 114. pompad *Ritschelius Nou. Exc. Plaut. p. 78. cf. Muellerum Pros. Pl. p. 503. 644.* | *Versus* 116 *iisdem uerbis redit Pseud. 65: ubi tamen eum expellendum esse euincit contiguorum uersuum indoles Pseud. 64. 66—68, qui singularem numerum respuunt: locus parallelus est ex hac fabula illuc conlatus.* | 111. *de Lycurgo u. Excursum II.* | 112. hisce *pro* his *Uss., uersus cum editt. tradito loco retinens: de transpositione supra dictum.*

Quodsi quis dicat insuauem interstitionem fieri orationis post u. 110: non aegre idem eos tulisse puto, quibus non legendae, sed spectandae in theatro huius scaenae copia facta esset. Pergit uidelicet loqui Lydus, quoniam pergit Pistoclerus institutam uiam tenere, neque quicquam ad priora respondens neque consistens, ubi ad paternas aedes peruentum est [1]). Apparet autem, si hoc loco, ante u. 113, inserantur uersus illi 125 sq.:

> Non híc placet mi ornátus. PIST: Nemo ergó tibi
> Hoc ápparauit: míhi paratumst, quoí placet,

quod uoluit Goetzius: iam aegerrime percipi ex uersu antecedente repetitum uocabulum *ornatus*, praesertim cum statim u. 114 eadem res iterum tangatur. Accedit quod post insolens illud acerbumque responsum consentaneum est non placide aliquid quaerere paedagogum, sed stomachosa castigatione discipulum conripere.

Quid? nonne uersus illi, qui frustra in hac qualis nobis tradita est scaena satis aptum sibi requirunt locum, fragmentum esse uerius existimabuntur ex paulo adstrictiore similis argumenti sermone seruatum, quem non incredibile sit genuini loco eum in huius scaenae capite reposuisse, quem reliquas eiusdem partes constet ualde immutasse neque ueri dissimile sit breuiandi consilio retractauisse?

Nam causa non est cur dubitemus quin quae integra nobis seruata est huius principii recensio ab ipso Plauto profecta sit. De ceteris autem si quaerimus: quod ad extremam scaenam attinet, acquiescendum est in ratione acute ex ipso argumento petita, qua Seyffertus eam recensionem, cuius essent uu. 166 sq. R., (angustiorem igitur, quam B littera signauimus) comprobauit non posse Plautinam esse. Ille enim *satis inepte* ait *Pistoclero probro dari potius quod flagitia sua paedagogum et patrem celauerit, quam quod commiserit.* Quae eadem est Teuffelii sententia. In media denique scaena quae ex fine repetita post u. 131 reposuimus tam arte cum confinibus ab utra-

1) Vid. adnot. crit. ad u. 113.

que parte uersibus cohaerent, ut retractatorem demum ueri similius sit sublatis tribus uersibus 163—165 R. duos de suo addidisse 132. 133.

Bacchidum specimen VIII.

Act. III sc. 1.

§ 32. Sequitur manifestissimum dittographiae exemplum saepius ab hominibus eruditis temptatum, pedetemptim simul succrescente uersuum, quos spectare ad duplicem recensionem cognosceretur, multitudine. De uetere autem quodam poeta fabulam retractante[1]) Ritschelius primus cogitasse uidetur, hac ad uu. 377. 378 in editione notula adiecta: *non possunt ab eodem positi esse, qui uersus 380. 381 scriberet: quamquam iam a Nonio lecti*[2]), *qui priorem affert.* Contra Guyetus uersus 379—381 exturbauerat; eosdemque tres geminam esse recensionem duorum 377. 378 Teuffelius autumauit Mus. Rhen. t. XXX p. 318. Versum 382 quoque sententiae aequalitate conuenire cum 383 Bergkius perspexit Diurn. antiq. stud. a. 1850 p. 330, hac simul proposita utriusque recensionis discriptione:

I. u. 375. 76. 79. 80. 81. 83. 84.
II. u. 375. 76. 79. 77. 78. 82. 84;

quo duce Fleckeisenus uncis circumscripsit et uersus 377. 378 et uersum 382. Ultra etiam progressus Goetzius de dittogr. Plaut. p. 259 sq. uu. 379—82 genuinam huius loci recensionem esse statuit, conlocatam eam quidem in medio retractati exemplaris specimine: ad quod pertinere et uu. 375—378 et 383. 384. Cuius uerba non satis considerauit Ussingius, qui Goetzii se amplecti sententiam professus uu. 379—382 uncis notauit ut retractationem uersuum 375—378[3]).

1) Cf. quam idem de uersibus 393—403 sententiam tulit.

2) Cf. supra § 3.

3) Totam rem rursus in dubium uocare conatus est is, qui omnino aut nondum satis respexisse uidetur aut parum circumspecte considerauisse uniuersam quae est de fabularum retractationibus coniecturam, F. V. Fritzschius: u. ind. Rostoch. a. 1877/78 p. 6 sq.

Nobis uero ex his, quae proposita sunt, nihil plane satisfacit. Ac Bergkii quidem in conglutinandis uersibus licentia cur minus commendetur in uniuersum supra § 7 indicaui: qua hoc in loco me iudice ne nexum quidem sententiarum probabilem adsecutus est. Hoc tamen uere eundem sensisse censeo, uersum 383 coniungendum esse cum 381, adnectendum 382 uersui 378, ratione ductus potissimum hac, quod non temere uideantur et uu. 377. 378 et 382 ualere ad futurum aliquod malum, rursus et 380. 381 et 383 ad damnum quoddam iam inlatum. Praeterea non habeo cur negem uersum 384, quo tota scaena terminatur, utriusque recensionis communem fuisse.

Ergo, si sustinere uolumus legem illam, ut intra utramque recensionem tueamur traditum uersuum ordinem, non aliter hanc dittographiam discribere possumus, quam sic ut infra factum uides:

Rec. A.

Néque mei neque té tui intus púditumst factis, quaé facis, 379
Quíbus tuum patrém meque una, amícos, adfínís tuos
Tuá*d* infamiá fecisti gérulifigulos flágiti. 381
Dé me hanc culpam démolibor iam, ét seni faciám palam, 383

Út *gnat*um ex lutulénto caeno própere hinc eliciát foras. 384

Rec. B.

Égone ut haec conclúsa gestem clánculum? ut celém patrem, 375
Pístoclere, túa flagitia aut dámna aut desidiábula?
Quíbus patrem et me téque amicosque ómnis adfectás tuos
Ad probrum, damnúm, flagitium adpéllere una et pérdere. 378
Núnc, prius quam malum ístoc addis, cértumst iam dicám patri, 382

Út *gnat*um ex lutulénto caeno própere hinc eliciát foras. 384

Adnot. crit.:

379. tui ted *Bergkius Diurn. ant. stud. a. 1850 p. 332, Fleck.: praepositum tamen et intentum ex librorum auctoritate pronomen* te *praestare mihi uidetur et similitudine quadam eorum exemplorum, quae Ritschelius Prolegg. p. 263 sq. tractauit, et rationibus grammaticis.* | 380. *Hunc u. solum in suspicionem uocari Fritzschius uoluit ind. Rostoch. a. 1877/78 p. 6 sq., meram dittographiam esse ratus genuini uersus 377, librariorum incogitantia ortam, non sine ridicula menda* adfines *pro* adflictas *uel* adfectas. | 381. tuad *Ritschelius Nou. Exc. p. 68.* tua *libri, Herm., Lachmannus in Lucr. p. 200, Darmmannus Obseruatt. p. 25, Spengelius T. M. Plaut. p. 204. 207, Uss.:*

cf. Ritschelii Proll. p. 203. tua tu *Ritschelius in edit., Fleck., Muellerus Pros. Pl. p. 707.* quos tua *Fritzschius l. s., totum uersum post 378 conlocans.* gerulifigulos *inauditum formam usque eo retinebo, dum aperta erit probabilior emendandi uia, quam in qua Bergkius acquieuit l. s. s.,* feruligerulos *uocabulum a se conformatum satis probauisse sibi uisus adiecta interpretatione* ναρθηκοφόρους μοχθηρίας. | 384. ut eum ex *libri.* ut ille eum ex *Fleck., Uss.* ut te una ex, *h. e.* 'una mecum', *Fritzschius l. l.; alia proposuit Britzelmayr progr. Landshut. a. 1867/68 p. 7.* | 377. me tecum *conl. adulterino ut ei uidetur, u. 380 Fritzschius l. s. s. Ceterum cf. Epidic. 220.* | 382. malum istoc *Herm.,* málum istoc *Ritsch., Fleck.*

De priore ortu si quaeris: plurimum ad hanc rem ualere mihi uidetur sententiae praestantia, qua contentis uersibus 377. 378 cum 380. 381 commendatur Plautinae non dissimilis rec. A.

§ 33. Sed accedit aliud quiddam. Neque enim priores adhuc de totius scaenae compositione quaestionem aut absoluerunt aut omnino mouerunt. Attamen apertum est uu. 379—81 non posse excipere uersum 374: cui si continuarentur, desideraretur Pistocleri appellatio. Huic autem rei si ita consulere uelis, ut cum Bergkio conicias etiam uu. 375. 376 utriusque recensionis communes esse: uide ne tum in rec. A inter uu. 376 et 380 molestus sit u. 379. Itaque cum causa nulla sit cur inter uu. 374 et 375 aliquid excidisse credamus, haud scio an magis rationi conueniat suspicari qui exstant ante 375 uersus solius rec. B fuisse.

Quae quidem sententia alio praeterea fulcitur argumento. Versum enim 374, quippe quem euidentissime ipsi rei aduersari testibus conuincatur spectatorum oculis [1]), probabilius est credere retractatoris deberi aut neglegentiae aut, quod per se praestare uidetur, diuerso aliquantum ab ea forma, quae in reliqua fabula cernitur, uniuersae compositionis consilio [2]), quam

1) Repugnantiam notauit iam K. H. Weisius in libello cui est titulus 'Die Komödien des Pl.' Ceterum cf. Ladewigium Philol. XVII p. 264 conl. Goetzio de ditt. p. 319.

2) Hoc si uerum sit, conicere liceat dispositionis ordinisque scaenarum mutationem, quam faceret retractator, ipsam in causa illi fuisse, cur omnino recoquere hunc locum aggrederetur. Ceterum una cum his reputanda sunt quae mox ad u. 486 disputabimus: utrumque spectat ad latius illud retractationis genus.

ab ipso auctore huius argumenti dispositionis[1]) incuriose admissum esse illud uitii.

Neque enim argumenti loco proferre par est similitudinem, quae intercedit inter uu. 371. 372 et 53. 471, quamuis recte Fleckeisenus usu doctus Nou. ann. t. 103 (a. 1871) p. 810 ad Truc. II 6, 35 sq. moneat 'dass Plautus keineswegs so verlegen um den Ausdruck zu sein pflegt, dass er in ähnlichen Situationen sich ganz derselben Phrasen bediente', nisi ubi in formulae stabilitatem locutio concreuerit. Etenim arte et consilio poeta illud paedagogi finxisse uidetur ingenium, ut easdem identidem expromeret sententias, simili tenuitate ac Sceledri in Milite Gl.: cf. u. 485 conl. 157 sq., u. 498 conl. 380 sq. Quodsi inde posterioribus illis uersibus (372 conl. 471) praesidium paratum est, ne in priorum quidem (371 conl. 53) propinquitate offendendum, cum appareat Pistoclerum in prima scaena proferre quae a Lydo dictitata teneat; cf. Goetzium p. 318. Ceterum sponte intellegitur his non magis demonstrari Plauti esse uu. 371. 372, quam non esse: minime enim abhorret similitudo illa ab imitatoris ingenio.

Quae cum ita sint, tantum pro certo adfirmare licet: in genuina recensione quae olim exstarent ante u. 379 intercidisse inlatis retractatoris uersibus. Neque tamen quanta fuerint illa amissa adsequi coniectura possumus, neque num forte seruatum sit caput saltem scaenae pristinum, quale Plautus composuerit. Elegantissimi sane sunt primi tres uersus; quibus ut adnexi fuerint inde a principio ambigui illi 371. 372: iam nihil ex his prioribus a retractatore oriundum uideatur praeter uu. 373. 374 — nisi fortasse mutila exstet retractata quoque recensio, abscisso illa quidem capite. Quae quidem ex dubiis apta ipsa iam uides magis dubia esse et, cum concisum abruptumque loquendi genus nullam praebeat diuinationi ansam, incertiora, quam ut is, qui de talibus rebus longius disputationem ducat, non ludere uerius uideri possit quam litteris studere.

1) Hunc Plautum fuisse, non retractatorem, in praesens certe sumere et licet et oportet, quoniam nemodum contrariam sententiam probauit. Utrumque enim per se cogitari potest: cf. Goetzium p. 277 sqq.

Bacchidum specimen IX.

Act. III sc. 3 u. 73—84.

§ 34. Accedamus nunc ad eam scaenam, in qua conspici duplicis recensionis uestigia primum obseruasse nuperum editorem supra commemorauimus. Versibus enim 486—488 spuriorum signo notatis ita Ussingius in commentario sententiam tulit: ‘*quid opust uerbis*: repetitio horum uerborum additamenti et retractationis indicium uidetur. Quod si *pudere* infinitiuus historicus in enuntiatione secundaria et sine subiecto ferri possit, spurios habeam uersus 486—488; si non possit, uersus 483—485 una cum 487; nam hic quidem et ineptus et uitiosus.’

Iam uero, cum ab editionibus in hac scaena proficisci et longum sit et integrae rei existimationi obesse uideatur, statim subicimus quae in Ambrosiano libro G. Loewio apparuerunt integra, additis discrepantibus lectionibus et recensionis Ritschelianae et Veteris codicis omnibus, reliquorum librorum insignioribus:

p. 239

u. 2 ITANEOPORTETREMMANDATAMGEREREAMICISEDULO 477 R.

UTIPSUSDEOSCULANTEMINGREMIOMULIEREMTENEATSEDENS

NULLOPACTORESMANDATAPOTESTAGINISIIDENTIDEM

5 MANUSFERAT ..... PAPILLASLABRAALABRISNUSQUAMAUFERAt 480

NAMALIAMEMORAREQUAEILLUMFACEREUIDIDISPUDET

CUMMANUSUBUESTIMENTAADCORPUSTETULITBACCHIDI

MEPRAESENTENEQ·PUDEREQUICQUAMQUIDUERBISOPUS—

MIKIDISCIPULUSTIBISODALISPERIITKUICFILIUS

477. agere *pro* gerere *B.* | 478. deosculantem *ualde dubium.* in gremio osculantem *Palatini, Ritsch.* | 479. nullo *etiam Ba.* nullon *BbD, Ritsch.* | 480. ad papillas *Pall., Ritsch.* *post* labra *lacuna circa 5 litterar. radendo orta in B.* aut *ante* labra *inseruit Ritsch.* *Loewius adnotat: inter* ferat *et* pap. *plus scriptum fuit, quam ad: spatium commode adaequat* contra: *aperte dimetiendum est* manus fe|rat [con|tra] pa|pillas ‖ labra ab la|bris nus|quam auf. | 482. Cum manu *etiam D.* Qum manum *B.* Quom manum *Ritsch.* tetulit *etiam C.* detulit *BD.* | 483. presente *B.* opust *B, Ritsch.: in A dubium utrum* opust *scriptum fuerit an* opus est. | 484. dispulus *B.* huice *praeter*

I

10 NAMEGOILLUMPERISSEDICOCUIEQUIDEMPERIITPUDOR 485

??????

QUIDOPUSTUERBISSIOPERIRIUELLEMPAULISPERMODO

UTOPINORILLIUSINSPECTANDIMIKIESSETMAIORCOPIA

13 PLUSUIDISSEMQUAMDECERETQUAMMEATQ·ILLOAEQUOMFORET 488

libros Ritsch. | 485. quoi *Ritsch.* quidem *cum Pall. Ritsch.* | 486. uelbis *Ba. correx. man. cad.* opperiri *CD, Ritsch.* | 487 sq. mi *B.* equm *Ba,* ęquum *man. rec. Loewius: fortasse haec olim in margine adscripta erant:* ut opinor 'illius inspectandi mihi esset maior copia.' *Ritschelius sic hos uersiculos conformauit:*

Út illi illius inspectandi mi ésset maior cópia, 487
Plús uidissem opinor, quam med átque illoc aequóm foret.

(*Fleckeisenus priore a Ritschelio recepto posteriorem ita:*

Plús uidissem miser opinor quám me atque illo aequóm foret.

Hermannus traditam scripturam retinuit nisi quod in priore uersu si illum *scripsit pro* illius.)

Atque infinitiui quidem *pudere* (u. 483) indolem Ussingius non satis intellexit: neque enim est infinitiuus historicus [1]), sed ex *uidi* uerbo finito aptus structuram excipit uersus 481, interruptam illam quidem subsequente uersu ad infinitiuum *facere* [2]) explicatiua coniunctione *quom* applicato. Qua in re quid insit quod insolentius uideatur intellegere sane non possum. Recte tamen idem iudicauit uersum 487 certissime spurium esse. Quem ut ego praeeunte Loewio ex interpretamentis conflatum esse censeam, non metri uitio adducor [3]), sed sensus constructionisque enuntiatorum rationibus, quas fieri non potest quin pessum des, si illum seruaueris [4]): qua quidem de causa

---

1) Huic quidem nullo modo hic locum esse confidentissime contendi poterat. Facilius aliquis de inf. exclamationis cogitare possit conl. Ter. Phorm. 1042 *nil pudere*: quo tamen loco *pudesne* scribendum esse duco; neque locorum uelut Phorm. 233 cognata cum hoc est condicio.

2) Quae constructionis forma apud Plautum usitatissima est: cf. Luebberti Studia gramm. uol. II p. 238 sq.

3) Cf. Ussingii commentarios: notum enim est *illius* similesque pronominum genetiuorum formas duas posse aequare syllabas.

4) Nullo pacto stare posse Spengelii (T. M. Plautus p. 64 sq.) explicationem euidentissime Ritschelius euicit Opusc. uol. II p. 699: ipse autem et qui ex parte eum secutus est Fleckeisenus, cum tradita non leniter commutarent, sententiam effecerunt tolerabilem quidem, neque tamen nimis comptam neque concinnitate gratam, sed prorsus redundantem. Dubitare

non par erat in eandem copulam cum retractatoris uersibus eum conicere. Atqui more suo distinguere accurate utrumque genus Ussingius neglexit. Omnino dittographiae rationes non ita occultae, ut opinor, quae tamen latens adhuc in errorem induxit homines doctos, ne illi quidem perspectas esse apparet.

Quodsi praeter interpolati uersus 487 importunitatem omnis difficultas consisteret in repetitione uerborum *quid opust uerbis*, equidem ad retractatorem profecto non recurrerem, sed uno remedio fortiter sublatis mendis omnibus persanatum esse locum censerem, si nihil retineretur nisi unus hic uersus ex glossematum turba expiscandus:

Plús uidissem, si ópperiri uéllem paulispér modo,

qui haud inepte statim excipere poterat uersum 485. Neque insolens esset exemplum trium uersuum ex uariis interpretamentis ad explicandum unum genuinum sensim conlatis a diasceuasta confabricatorum.

§. 35. Quid uero? quae u. 477 et quae u. 479 leguntur qualia esse existimabis? Qui una tamquam uoce eandem sententiam pronuntiare uidentur. V. 480 autem *labra a labris nusquam auferre* num aliud est, quam *osculari*, quod est in u. 478? quae exstant u. 482, quam illa, quae continentur uersus 480 priore parte? Quae omnia si deliberaueris, facile concedes nihil certius esse, quam non cohaesisse antiquitus has eiusdem argumenti geminas partes:

Rec. A.

LYD: Ítane oportet rém mandatam gérere amici sédulo, 477
Út ipsus in gremio aúsculantem múlierem teneát sedens?
Nám alia memoráre, quae illum fácere uidi, díspudet, 481
Quóm manum sub uéstimenta ad córpus tetulit Bácchidi
Mé praesente, néque pudere quícquam. quid uerbís opust?

praeterea licet num Plautus *inspectandi maior copia* dixerit pro *copia diutius inspectandi*; facultas enim uidendi aderat, neque illa ipsa aut maior aut minor proprie dici poterat, cum tempus longius breuiusue significandum esset.

Míhi discipulus, tíbi sodalis périit, huic ⟨*suos*⟩ fílius:
Nám ego illum perísse dico, quoí quidem periít pudor. 485

Rec. B.

LYD: Núllon pacto rés mandata pótis agi, nisi idéntidem 479
Mánus ferat ⟨*contrá*⟩ papillas, lábra a*b* labris nusquam aúferat?
Quíd opust uerbis? si ópperiri uéllem paulispér modo, 486
Plús uidissem quám deceret, quám me atque illo aequóm foret. 488

Adnot. crit.:

A Ritscheliano exemplo ubi recesserim, e notis Ambrosiani specimini subiectis requiras. | 478. ausculantem *Fleck.* | 483. *deletis* quid uerbis opust? *lacunam indicauit Fleckeisenus duce Ritschelio in adnotatione, qui e u. 486 illa huc irrepsisse ac tale quid loco mouisse suspicatus erat:* neque pudere quicquam factis prodidit. | 484. huic suos *Muellerus Add. Pros. Pl. p. 131, Uss.* hoice *Buechelerus Lin. declin. lat. p. 60: cf. Schmidtium Quaestt. de pronom. dem. formis Plaut. p. 48 sq. et 57.* | 479. potis *scripsi suadente Muellero Pros. Plaut. p. 131, cf. Ritschelii ed. Trin.*[2] *u. 80. 352. 730.* | 480. *ita uersum suppleuit G. Loewius duce Ambros.* nisi itém manus ‖ Ád papillas ádferat *Herm.* Manus ferat ad papillas *cum Palatinis Christius Mus. Rhen. t. XXIII p. 574, S. Buggius Philol. t. XXX p. 652, Uss.* Ad papillas manus ferat *Weisius, Brixius Emend. Plaut. a. 1841 p. 37, Fleck., cf. Ritschelii Prolegg. p. 142.* Manum ad papillas adferat (?) *Muellerus Pros. Pl. p. 200 conl. 246, languidis sane et insuauibus numeris.* labra á labris nusquam aúferát *cum libris Fleck., Muellerus, Herm.* a labéllis lábra n. au. *conl. Pseud. 1259 Buggius,* nisi labra á labris n. au. *Uss.*

Hoc specimine duplicis recensionis considerate examinato ne tantillum quidem, ut confido, dubii relictum erit quin Plautina sit prior illa. Alterius enim uersum extremum legens non immerito quaeret unusquisque, quantulum tandem illarum rerum, quae in superioribus dicantur, facere Pistoclerum decuerit aequomue fuerit. Simili igitur modo atque in uersibus 166. 167 factum esse uidimus retractator Lydum sententiam fecit pronuntiantem humilem ac subturpem et qualis ab acerrimo eiusdem calore, parum quidem efficaci, quem in praecipiendo honesta ostentare adsuetus risum in aliis locis mouet, ridicule abhorreat. Ac uero in sententiae tanto uitio formae molestiam fastidire non consentaneum esse arbitratus uersum 488 intactum reliqui[1]).

Sat memorabile autem est, sicut in illa scaena, quam ante hanc explanauimus, ita in hoc quoque loco argumentis aliunde

1) Cf. Ritschelium Opusc. uol. II p. 698. Ceterum simile loquendi genus habemus in u. 551, ad retractatorem illo quoque referendo.

petitis effici ut, quae repugnent aperte ipsi fabulae argumento, scilicet Lydum simulare inde continuo sese egredi, unde eum post CC fere uersuum interuallum exeuntem demum conspexerint spectatores, non ipsi Plauto illa, sed retractatori tribuenda esse pateat.

CAPUT V.

§ 36. Exhausta omni exemplorum copia, in quibus indagandis retractationis uestigiis praeiit uirorum doctorum acumen, iam proprio Marte ad reliqua nobis progrediendum est. Nam, sicut in illis quae absoluimus non deerant, quibus uel augeri uel confirmari priorum possent inuenta: ita eorum locorum reliqua facta est non exigua copia qui, quamquam pertinent ut qui maxime ad hoc corruptelae genus, latentes tamen adhuc intacti iacent.

Veluti — placet enim ut a leuioribus capiamus initium — nullius adhuc coniectura in retractationis suspicionem incidit in festiuissima ea scaena, in qua Chrysalus ficta illa de Archidemidis hospitis fraude et de auro in aede Dianae Ephesiae deposito narratione erum decipit.

Bacchidum specimen X.

Act. II sc. 3.

Hac in scaena prae ceteris illud teneamus oportet, quod felicissime seruus, quo certius fidem commentis suis paret, ad narrandi quoddam genus sese applicat ab illis maxime in cotidianae uitae usu adhiberi solitum, qui, quod ipsi breui ante aut experti sint aut gesserint, cum iactatione quadam grauitatisque specie exponunt. Itaque, cum simplicissimae cuiusque rei pusillis rationibus diligenter explicatis accuratissime ut quidque actum sit describit crebrisque repetitionibus amplificata oratione totum illum ad accipiendam rei summam intendit, subaudire quodammodo risum ipsius nobis uidemur, gau-

dentis, quod hac ipsa loquacitate effecerit, ut senex, simul iacturae formidine plane captus, uel ab umbra suspicionis longissime absit.

Unde apparet, si quis resecare uelit quaecunque superuacanea uideantur, uerendum esse ne simul propemodum omnem huic scaenae abstergeat urbanissimum quo exsplendescit candorem. Itaque in illa narrationis parte quae continetur uersibus 286—293 etiamsi cum multo latiore quam opus erat Chrysalus utitur uerborum circuitu, tum dubitationem sane adferre possunt uerba *quae res gereretur* (u. 291) insolentius paulo e u. 287 repetita: tollere tamen uu. 287 sq. uix ausus sim. Aegrius fero inutiles uersuum 315—24 ambages, cum nihil sit et facilius et lenius, quam in unum contrahere uu. 319 et 320 hoc exemplo:

Nec quoíquam uoluit: uérum haud permultum áttulit ,

uersum autem 323 minime sane inepte pridem expunxerit Guyetus. Quamquam confidenter contendere insiticios esse ne hos quidem uersiculos audeo.

§ 37. Verum, ut adsolet, quod modice arteque temperatum poeta instituerat, cum idem effrenata libidine posteriores augerent: non solum oppressos absona uerbositate non paucos locos, sed etiam difficultate necessarii sententiarum nexus impeditos reddiderunt. Quos tamen si quis purgare conetur pannis aliena industria adsutis, cauendum est ne, quae aut interpolatoris cuiusdam impudentiae aut insulsae credulitati diasceuastae debeantur, eorum culpam conferat in retractatorem.

Veluti, cum uix dubitandum sit quin u. 299 supra quam ferri possit languide claudicet post ea, quae et plenius et nitidius dicta erant uersibus 297 sq., quo accedit quod illa *eo animatus fui*[1]) incommode seiunguntur a u. 300 *capimus con-*

1) Sic enim uersum 298 et aptius scribi duco (*animatus* non tantum cum aduerbiis, uelut *probe* Bacch. 942, coniunctum, sed etiam solum aequare notionem *fortiter animatus* exempla comprobant Accius 427. 308,

silium continuo hoc, cum nihil aliud Chrysalus dicere uideatur quam hoc: *ideo audaci quodam consilio continuo praedam illis praeripiendam esse intellexi*: in hoc quidem loco neminem spero de retractatione scaenica suspicionem moturum.

Haud secus res comparata est in u. 307, in quo quidem iam offenderunt et Bothius et Bergkius (Diurn. antiq. stud. a. 1850 p. 331). Illi enim cum perspexissent Nicobulum, ubi comperisset sacerdotem esse Theotimum Dianae Ephesiae, satis inepte u. 308 generali uti quaerendi formula hac: *Quis istic Theotimust?* [1]), utriusque uersiculi sedem commutauerunt. Atqui tarda hoc modo euadit duarum enuntiationum relatiuarum coniugatio. Quid igitur? Num ueri dissimile est hiantem illum uersum manasse ex huiusmodi adnotatiuncula: *sacerdos est Dianae Ephesiae*? Quam quidem ad interpretandum nomen *Megalobyzi* [2]) in margine adicere litterato nescio cui homini uideri sane poterat non abs re esse. Quo nisi falsi sumus, eximendus rursus ille est ex numero eorum uersuum, quos Ritschelius Nou. Exc. p. 114 sq. tractauit.

Sed restant alia. Negari enim non potest uu. 337 sqq. e uersibus 331—334 [3]) potius, quam ex duobus illis, qui in libris praecedunt, nectendos fuisse. Ergo uersus 335. 336, cum et

---

cf. 319 Ribb.), quam, quod Bothius et Hermanno et Ritschelio probauit, ut ipse *exanimum* se pauisse narret Chrysalus, et lenissima medela emendatum, si tradita scriptura *eo exanimatus* (*eo ex animatus* B) e dittographia uoculae *eo* oriunda a longe usitatissimo librariis peccandi genere repetatur. Ceterum cf. Fleckeisenum Nou. annal. t. 61 (a. 1851) p. 47 conl. Miscell. crit. p. 6 ad Cas. III 5, 10 et Muellerum Pros. Pl. p. 313. Guyetus totum uersum expunxerat, non sine graui sententiae detrimento.

1) *quis* pro *qui* (libr., Ritsch., Fleck.) praeclara iudicii subtilitate usus substituit Hermannus: unice illud conuenire usui Plautino postmodum exemplis confirmauit Seyffertus Stud. Pl. p. 27 adn. 20.

2) De hoc uid. Ritschelii Parerga p. 406 sqq. conl. Opusc. III p. 323 et Fritzschio ind. Rostoch. a. 1845/46 p. 5: librorum scripturae *Megalobuli* patrocinium suscepit Bergkius l. s. Anceps Ussingii est sententia.

3) Fatendum est etiam aptius aliquanto illos statim excepturos esse uersum 332. Ac ne uu. 333. 334 quidem magnopere desideraremus, nisi luculentum illis praesidium paratum esset a rationibus ex historia petitis, quas docte exposuit Ladewigius Philol. t. XVII p. 267.

turbent iustum sententiarum ordinem neque ipsi quicquam adferant noui — nisi forte aliam rem esse censes, quam supra u. 313 attigerat — uereor ne interpolationis crimen non effugiant.

Iam uero loquacem illam sermonis ubertatem etiam eo interpolator contulit, ubi ex ipsa actionis natura prorsus nihil excusationis nasci poterat: in extremam scaenae partem. Ac res quidem euidentissima. Nam cui crederes adridere potuisse tales uersiculos, quales post u. 357 uno tenore continuatos uenditant libri:

> Sed quíd futurumst, quom hóc senex rescíuerit? 358
> Quom se éxcucurrisse ílluc frustra scíuerit
> Nosque aúrum abusos, quíd mihi fiet póstea?

In quibus cum sententiae molestia iunctum est grammaticum uitium, cum in secundo uersu pro *sciuerit* forma requiratur aut *scibit* uel *sciet* aut illud ipsum, quod in priore u. legitur, *resciuerit*. Itaque totam illam quae continetur posterioribus duobus uersibus simplicis pronominis *hoc* explicationem non dubito inutili imputare scioli nescio cuius subtilitati: quibus sublatis euidens quanto neruosius procedat oratio. Praeterea impedit mutuas sententiarum rationes u. 364. Confinium enim utrimque uersuum (quos infra attuli) cum hoc sit argumentum: *Si domi me quaeritabit iratus erus, rus aufugero: si ruri, iam domum rediero*: apparet alienissimam esse ab his medii sententiam:

> Si eró reprehensus, mácto ego illum infortúnio. 364

Quem recordatum fortasse similis nescio cuius loci grammaticum quendam adscripsisse puto.

§ 38. Hos omnes igitur uersus, qui additicii uidebantur, aut interpolatoris fraudi deberi aut, si minus fraude ortos, inscitia diasceuastae librariorumue in Plautinorum uersuum contextum receptos esse suspicor: confidenter adfirmare non audeo, quandoquidem nemo demonstrabit non posse ex his nonnullos dispersas esse reliquias ex retractati exemplaris naufragio seruatas. Expertam enim esse hanc quoque scaenam retractatoris manum, hoc sine ulla dubitatione contendo.

Documento est hic ipse quem modo tractabamus scaenae exitus. Ubi etiamsi duplicis quaestionis quae inerat in uersibus 358—360 incommodum remouimus, restat tamen ipsius quod consequitur uu. 361—365 responsi anceps natura: cuius utraque pars quanto aptius per se sola consistat, uel extrinsecus indicatur bis posita interiectione *hercle*, qua effertur ex se sola apta et prior et posterior enuntiatio. Attamen utriusque ea est uirtus, ut ualde ambigi possit, utra potius ipsum Plautum auctorem habere credenda sit: de interpolatore igitur in his prorsus abicienda est suspicio. Quare ad retractatorem scaenicum uerius alterutrum uersuum par referentes sic discribemus extremos huius scaenae uersus:

Recc. A et B.

Senéx in Ephesum *bítet* aurum arcéssere: 354
Hic nóstra agetur aétas in malacúm modum,
Siquidem híc relinquet néque secum abducét se*mul*
Med ét Mnesilochum. quás ego hic turbás dabo.
Sed quíd futurumst, quom hóc senex rescíuerit? 358

Rec. A.

Credo hércle, adueniens nómen mutabít mihi 361
Faciétque extemplo Crúcisalum me ex Chrýsalo.

Rec. B.

Aufúgero hercle, sí magis usus uénerit: 363
Si illí sunt uirgae rúri, at mihi tergúm domist. 365

Recc. A et B.

Nunc íbo: erili fílio hanc fabricám dabo 366
Super aúro amicaque eíus inuenta Bácchide.

Adnot. crit.:

354. bitet *G. Loewius in Analectis Plaut. p. 215.* ibit *libri, Spengelius T. M. Plaut. p. 190, Uss.* hinc ibit *Camerario duce editt., Muellerus Add. Pros. Pl. p. 110.* | 356. semul *Brn.* senex *libri, editt.* | 357. med et *cum libris Ritsch.* (*uid. Nou. Exc. p. 28*), *Fleck., Buechelerus de decl. p. 25: cf. Umpfenbachii Meletem. Pl. p. 32, Muelleri Pros. Pl. p. 732.* | 359. 360 *et* 364 *interpolatos uid. § 37.* | 361 sq. *cf. Poen. IV 2, 64.* | 366 sq. *Hos uu. uncis circumdatis suspectos notauit Ussingius, cum neque zeugmatis figuram* (*quid sit significatum, uu. declarant 391 sq.; similem breuiloquentiam poeta saepius ausus est, uelut Mil. 340*) *satis perspectam haberet neque locutionem* fabricam dabo

(dare *h. l. idem fere ualet ac* subicere *Phorm. 387: cf. ibid. u. 877, Mil. Gl. 770 sqq.*) *nec denique uniuersam sententiam. Decepto enim credulo sene aurum tamen nondum comparatum erat, neque perfici fabrica ullo modo poterat nisi adsumpta ipsius Mnesilochi opera: id quod euidentissime res ipsa, ut euenit postmodo, demonstrat.*

Ceterum, si quis segregatis uersibus 363. 365 in rec. A aliquid lenimenti existimet desiderari, quod proposita uu. 361 sq. crudelissimae poenae exspectatione ad confirmationem animi ualeat: hac re non sollicitabitur qui pernorit seruulorum Plautinorum ingenia et sermones; e. c. confer simillimum locum qui est in Epidico u. 310 sqq.

Ut in huius scaenae exitu, ita in primis eiusdem uersibus satis tenues, at certissimae eaedem nouatae recensionis reliquiae residere mihi uidentur. An habes qui ad hanc rem pertinere neges apertissimam hanc dittographiam:

Adíbo hunc, quem quidem ego hódie faciam hic árietem 241
Phrix*i*: íta *de*tondebo aúro usque ad uiuám cutem.

Extéxam ego illum púlcre iam, si dí uolunt. 239
Hau dórmitandumst: ópus est chryso Chrýsalo.

Quo in loco grauissimae offensioni hoc mihi est, quod et uersus 239 et 241 natura unice eius condicioni apta esse uidetur, qui, ubi conspexerit accedentem Nicobulum, tum primum incipiat de illo loqui. E quo efficitur neque ab eodem poeta utrumque posse scriptum esse et, qui in scaena Chrysali partes ageret, facere eum non potuisse quin suscepto altero alterum auersaretur[1]).

De priore ortu iterum difficilis quaestio. Quodsi supra recte uu. 361 sq. ut Plautinos littera A notauimus, ueri similius hoc loco retractatorem nominis *Chrysali* ueriloquio ludere. Accedit quod res mythologicae parcius a posterioribus poetis usurpatae uidentur, de quo dictum in Excursu priore. Ceterum tangebatur Phrixi fabula in Ennii *Medea exsule* (cf. fr. I 6 u. 210 Ribb.), unde cogitari potest aurei uelleris memoriam hausisse Plautum.

---

1) Tali quadam ratione adductum esse Guyetum suspicor ut uirgula censoria uersum 239 notaret.

Bacchidum specimen XI.

Act. IV sc. 9b.

§ 39. Iam sequatur huic cognata ea scaena, in qua iterum exsultat δὶς ἐξαπατῶντος callida perfidia. Quae tamen ita ab illius indole distat, ut etiamnum latissime pateant passim uicariae recensionis reliquiae.

Ac primum quidem qui exstant post 988 uersus, ut in libris leguntur, etiamsi recedas a metri corrupta specie, ob sententiarum grauissimas turbas nullo modo concoqui posse uerissimo sensu pridem Ritschelius perspexit. Quam rem luce clariorem non defuit tamen qui membranarum rursus patrocinatus auctoritati in dubium uocaret, hac quidem usus explicatione, quasi bis de integro seruus a Nicobulo secedere conaretur [1]). Quod si significare uoluisset Plautus, qua erat inexhausta fere sermonis ubertate, certissime non bis iisdem usus esset sententiarum confirmationibus loquendiue adeo cumulatis simillimis figuris. Ex quibus indiciis ubicunque usu ueniunt (nisi forte singularis quaedam facetia inest in ipsa repetitione) facili nec fallaci coniectura efficias aut impudenti interpolatione locum deformatum tradi aut in retractatoris fraude nos uersari.

In hunc autem locum quin posterius illud cadat iam non dubitabis, si comparaueris inter se Veteris exemplum in Ritscheliana editione expositum [2]) et quam ipse probauit horum uersuum recensionem: qui glossematum turbam expellere sibi uisus ita contempsit librorum auctoritatem, ut ipse refinxisse potius totum locum quam emendatione expoliuisse uideatur. Tamen, qualem ille et qui eum secutus est Fleckeisenus effecerunt machinis istis sermonis simplicitatem, ei mirum quantum praestat propemodum integra eorum sinceritas, quae ipsi libri suppeditabant, bifariam nimirum digerenda in geminae recensionis specimen. Nempe uersu 5 illorum, quos ex Vetere

1) Ussingius probare uidetur, quae olim Studemundus de cantic. Pl. p. 77 disseruit, primi tamen uersus altera parte Ritschelio duce expuncta.

2) Ab hoc commode proficiscetur uniuersa nostra disputatio.

repraesentauit Ritschelius, iam ad finem res perducta est: quae sequuntur omnia auctore posteriore quodam poeta ruminantur Plautinas sententias.

Plana et aperta res est, ac ne in secundo quidem uersiculo, qui et insuauiter producit primi enuntiationem neque, si de transpositione forte cogites, per se consistere potest, iudicium haerebit. Quos cum in hanc speciem perscripserit Veteris librarius:

CRI Quid me tibi ad esse opus est? NIC̄ Volo ut quod iubebo facias·
r
Vt scias quae hic scipta sient.

habesne quod magis conueniat isti conformationi, quam pro duobus accipiendos esse integris septenariis [1]), pariter nimirum incipientibus a uerbis *Quid me tibi adesse opus est?* :: *Volo*; a quorum quidem altero in altera recensione initium fiat totius altercationis? Quid? quod hac ratiocinatione extrinsecus quodammodo petita quas consecuti sumus uersuum consociationes, easdem uel suo nomine requirit ipsius retractati speciminis indoles. Quod non potuisse exordiri a u. 6 euidenter comprobat *inquam* uocula uerbis *nolo* et *uolo* adiecta: cuius ea est notio, ut repetitae alicuius uel uocis uel sententiae uis efferatur [2]) Ceterum, quod in primo uersu solus Vetus seruauit *quod iubebo facias* (reliqui et Bc reposuerunt iteratum deinde *iubeo*), ne repeti idem aegre feras statim u. 6 *id quod te iubeo facias*: prius illud ad futurum aliquod mandatum spectat, quod seruo se imperaturum dicit Nicobulus, ubi litteras perlegerit; posterius praesentem poscit oboedientiam, scilicet ut maneat Chrysalus. Quamquam etiam cogitari potest glossemate ex sequentibus inlato uerum extrusum esse. Elegantior sane eloquendi uarietas est, qua alter ille ornatur uersus, quem recensionis A principem esse uoluimus. Quae quidem iam una cum retractatoris opere in conspectu ponenda quanto omnino sit illo prae-

1) Vel potius redintegrandis: qua potissimum ratione, post uidebimus.
2) Velut Mil. Glor. 218 conl. 215, Capt. 572. 838. 1017 Fl., ut in his subsistam.

stantior non puto reconditum latere. Praecedunt autem haec, quorum prima Chrysali:

Recc. A et B.

Nósce signum: estne éius? NIC: Noui: lúbet perlegere has.
CHR: Pérlege. 986 R.
Nunc súperum limen scíndĭtur, nunc ⟨*própe*⟩ adest exitium Ílio:
Turbát equos lepide lígneus. NIC: Chrysále, ades dum ego has pérlego.

Adnot. crit.:

Hunc locum quia liberius tractauit Ritschelius, ego non ubi ab illius recensione, sed ubi a tradita in B scriptura recesserim, testatus sum: uide Ritschelii exemplum. De metri discriptione infra exponetur. 987. *Ussingius hiare uersum mauult: quodsi intercidisse* prope *uoculam Acidalio Ritschelioque credere nolebat, at fidem habere fas erat librorum scriptorum auctoritati in simillimis uu. Pseud. 60, Aul. II 2, 8.*

Rec. A.

1. 2 B (exempl. Ritsch.) CHR: Quíd me tibi adesse ópus est? NIC: Volo ⟨*ego*⟩ ut sciás, hic scripta quaé sient. 989 R.
3 CHR: Níl moror neque scíre uolo ⟨*ego*⟩. NIC: Támen ades. CHR: Quid ópus est? NIC: Taceas: 990
4 Quód ⟨*te*⟩ iubeo, id fácias. CHR: Adero. NIC: Eúge litterás minutas. CHR: Quí quidem uideát parum; 995
5 Vérum qui satis uídeat, grandes sátis sunt. NIC: Animum aduórtito. 996

1. 2. *in libris scriptis quae tradita sint supra narratum est.* ego *addid. Brn.* quae *in libr. ante* hic *exstat.* Nic: ⟨Tute⟩ ut scias, hic scripta quaé sient *dubitanter Muellerus Add. Pros. Pl. p. 28.* ⟨quaeso⟩? Nic: Vt scias, quae scripta sint hic *Ritsch., Fleck.* | 3. ego *addid. Ritsch., Fleck.* | 4. *duos uersiculos in unum contraxit B.* te *insertum in editt.* Euge *B, editt.* Eu *cum CD Uss.: cf. Bacch. 1105. Truc. II 6, 22. Rud. 164. Mil. Glor. 215. Cas. II 6, 34. Most. 686. Ter. Andr. 345; omnino accuratius examinato particularum* eu *et* euge *apud comicos usu prorsus commenticiam esse intelleges cum quam Ussingius in comment. statuit interesse differentiam.* oculis *post* parum, *ut octonarium explerent, addiderunt editt.* | 5. igitur *in libr. et editt. exstat post* aduortito: *deleuit Brn.*

Rec. B.

1 B CHR: Quíd me tibi adesse ópus est? NIC: † Volo ut quod iubebo facias.
6 CHR: Nólo, inquam. NIC: At uolo, ínquam. CHR: Quid opust? NIC: Át enim id quod te iúbeo facias. 991 R.
7 CHR: Iústumst, tuos tibi séruos ⟨*ut*⟩ tuo árbitratu séruiat. 992
8 NIC: Hoc áge sis nunciam. CHR: Vbi lubet recita: óperam tibi dico aúrium. 994
9 NIC: Cerae *é*quidem haud parsit néque stilo: *at* perlégere certumst, quícquid est. 993

1. iubeo *BcCDFZ, Herm.* *Mancum uersum supplere licet hoc exemplo:* Volo ⟨ego⟩ ut fácias quod ⟨ego túm⟩ iubebo. opus ést adesse? Nic: Vólo ⟨ego⟩ ut quod ⟨te⟩ iúbeo facias *Herm.* *Glossema alterum hemistichium ducunt Ritsch., Fleck., Uss.* | 6. id *non abest a libris: erratum in Ritschelii ex.* | 7. ut *addidit Brn duce Hermanno, qui inseruit illam uoculam post* est *transposito simul* seruiat *ante* tuo: *cf. Rud. 1230. Bacch. 142. Ter. Hec. II 2, 1 al., uid. Votschium de infin. usu Pl. p. 18. Repudiatis additamentis septenarium troch. discribere sibi uisi sunt Studemundus de cantic. Pl. p. 77, Uss.: cf. Brixium in Nou. annal. t. 91 (a. 1865) p. 66. Ceterum cf. Muelleri Add. Pros. Pl. p. 62.* | 8 sq. *Nostrae discriptionis rationes infra inuenies expositas.* iam nunc *CDFZ.* equidem *F, Lindemannus Nou. ann. t. 19 (a. 1837) p. 155, Gertzius, Uss.* quidem *libri ceteri, Studemundus l. l.: deleuerunt uocem editt.* at perlegere certumst, quicquid est *Brn.* sed quicquid est pellegere certumst *libri, editt.* *Licebat praeterea ad uersus 7 similitudinem duos efficere troch. sept. sic conformatis uersuum principiis:* Hóc age sis nunc. :: Vbi .... *et* Cérae haud parsit néque ...., *seruatis ceteris, ut supra scripta sunt.*

§ 40. Addenda pauca sunt de metri discriptione. Ac septenario quidem trochaico 986 ab octonariis transitus fit ad iambicum rhythmum. Inde a u. 989 autem octonarios rursus trochaicos continuauit Hermannus[1]): quem ita secutus est Ritschelius, ut unum uersum 994 *ut bonum per se octonarium iambicum interim seruaret*[2]), probans tamen praefat. p. XIII quam Fleckeisenus paulo post proposuerat troch. octonarii conformationem:

Hóc age nunc iam. :: Vbi lubet, recitá sis: tibi dico aúrium operam.[3])

Nos uero ne in hoc quidem genere adeo spernendam esse arbitrati Veteris fidem, ut uisum sit editoribus, memores tamen eorum, quae de iambicorum trochaicorumque uersuum uicissitudinibus certis quibusdam legibus temperatis et Ric. Bentleius compluribus commentariorum suorum in Terentii comoedias locis et God. Hermannus Elementorum doctr. metr. libri II cap. XVIII docuerunt[4]), metrum modica uarietate distinctum ita

1) Ceterum ille et retinuit traditum uersuum ordinem neque de glossematis expellendis suspicionem mouit.

2) Eundem nos, sicut in libris exstat, retinuimus.

3) Trochaicos numeros si efficere uis, praestabit cum Herm. *iam* delere, quam uoculam post *nunc* B, reliqui ante *nunc* exhibent. Praeterea autem quicquam nouare non opus erat: nec fauet siue Hermannianae siue Fleckeisenianae emendationi, quod eundem in quem hic u. desinit uerborum ordinem *operam tibi dico* in cognati quoque habemus uersus Ter. Phorm. 62 exitu.

4) Nuperus editor uel uitiosos uersus librorum auctoritate tutatus

discripsimus, ut interrupta aptissime in utraque recensione post uersum 988 dipodiarum perpetuitate retractator uideatur ilico per totum locum uno tenore numeros usque ad senariorum exordium continuauisse; contra recensionis A primo uersui, qui est septenarius troch., eiusdem generis adnecti uersum Nicobulus, ut erat stomachosus animoque commoto, non patiebatur, sed concitatius uerbis emissis plenum tetrametrum effecit subsequente clausula trochaica, mox quidem extremis uersibus ad septenariorum sedatius profluentem rhythmum reuersus. Neque enim causam uideo cur respuamus clausulam illam, quam, ut saepius, propter breuitatem praefixit proximo uersui librarius [1]); tuetur enim, ut fas est, utrimque continuationem rhythmi [2]). Quod autem u. 5 delere *igitur* malui quam cum Ritschelio praecedenti adfigere *oculis*, id secutus sum consilii, ut ante senariorum seriem in arsim desinat uersus [3]). Eadem de causa

---

est. De iis, quae Studemundus de cant. Pl. p. 76 sq. olim autumaue rat u. Brixium Nou. ann. t. 91 (a. 1865) p. 66.

1) Cf. Studemundianae dissertationis saepius laudatae p. 5.

2) Vid. Carolum Conradt de metrica compositione fabularum Terentian. p. 15—22 conl. Ric. Bentleii Schediasmate de metris Terentian. p. X sq. edit. Lips. et God. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 181—84. Ceterum uocabulum *euge* Hinckio auctore in B incipit a grandiuscula littera (quod ubique fere factum est in hac pericopa post personarum mutationem), ut ne ab hac quidem parte quicquam obstet, quominus a uoce illa initium fiat noui uersiculi; cf. Ritschelii Prolegg. p. 29 conl. Parerg. p. 439.

3) Verissime enim me iudice Bentleius ad Ter. Andr. II 1, 7 (cf. Eun. II 1, 12. Ad. II 1, 11) obseruauit: octonario troch. pleno iambicum subici uersum esse prorsus contra artem et, si aurem quis consulat, ipsius rhythmi et musices rationes. Octonarios semper excipit trochaicus, nunquam iambicus. Cf. Conradtium de metr. comp. fab. Ter. p. 106 conl. Hermanno Elem. p. 169 sq. Quodsi qui reperiuntur uersus proposita lege non comprehensi, confidenter imputa aut librariis aut editoribus. Nec sunt sane multi. Velut in omnibus fabulis a Fleckeiseno editis exempla hoc in genere peccantia non inueni nisi haec: Rud. 218. Pseud. 169. 185. Stich. 278. 282. 303 et ex Bacchidibus hunc ipsum in quo uersatur nostra disputatio locum: u. 997; ex Terentianis praeterea Eun. 558. Haut. 575. Hec. 769. Nam uersui Rud. 938 excusatio parata est a nouae scaenae initio; Stichi autem uersus 3 ut uitio careat efficitur Reiziani metri, quod per complures uersus continuatur, indole ac natura, cuius constans est et legitima a ce-

noni uersus, qui in libris est hypermetrus [1]), exitum in iambicum flectere rhythmum satius uidebatur quam expellere *quidem*; retineri hoc modo potuit iambicus u. 8 optime continuato superioris uersus numero [2]).

Simillimam igitur habemus in utraque recensione sententiarum rationem ordinemque: bis quominus remaneat recusat Chrysalus, postremo officii admonitus obsistere desinit; senex dein queritur longitudinem epistulae. Nam illud quoque idem est, quod legitur uu. 4 et 9: nempe apertum est, qui multa in tabella cerata scribere uelit, opus esse litteris eum uti minutioribus.

§ 41. Quodsi cuius religioni nondum plane superiore disputatione satisfactum sit: respiciamus proxima; ipsius enim

teris trochaeorum iamborumque schematibus abhorrens licentia. (Ceterum Ritschelius hoc loco primos quoque duos uersus Reizianos discripsit, in ceteris quidem, quos et ex hac fabula et ex Pseudulo Bacchidibusque attuli, una cum Fleckeiseno contra legem peccans.) Atque uniuersus ille locus, qui continetur iambicorum trochaicorumque uersuum, quos non temere profecto miscuerunt poetae, uicissitudinibus, uehementer desiderat accuratam subtilemque disputationem. Nam qui fundamenta iecerunt Ric. Bentleius (spectant illuc praeterea adnotationes ad Haut. I 2, 13. Andr. I 3, 20. Haut. III 3, 13, al.) et Godofredus Hermannus (Elem. d. m. libr. II cap. XVIII conl. p. 91), diuinitus uterque aure callens, ab altera alter parte ad quaestionem aggressus mancam tamen quodammodo et incohatam rem reliquerunt; Ritschelius autem, quem nusquam inuenio de hoc loco sententiam pronuntiantem (ceterum cf. § 26 adn. crit. ad u. 971 sq.), in hoc quidem genere non satis sibi constans aut, si constans, at parum seuerus fuit. Studemundus denique quae de cantic. Pl. cap. III, V § 1 (u. inprimis p. 73 et 75 sq.) disputauit, et nimis parca sunt — id quod ipse non ignorabat, u. p. 76 — et qua in re totius quaestionis quasi cardo uertitur, eo animum illum non intendisse produnt: aut continuationem dico perpetuam dipodiarum trochaicarum aut certis legibus adstrictam interruptionem siue constantem siue semel admissam. — Ceterum cum epistula recitatur a septenariis troch. ad senarios iamb. transitur etiam Pseud. 998 et Persa 520: cf. Ritschelium Opusc. uol. III p. 16 adn. 34 conl. p. 45.

1) Cf. Hermanniana Elementa p. 169—171 conl. Bentleio in Ter. Haut. III 3, 13. Phorm. I 4, 10. Andr. III 4, 2. 3.

2) Aliam eamque elegantiorem fortasse metri restituendi uiam in adnot. crit. aperuimus, ut ad recensionis A similitudinem in altera quoque extremi uersus troch. fierent septenarii.

epistulae duplicem exstare magnam partem contendo. De quo facile, puto, inter nos conueniet, ubi inter sese comparaueris uu. 997—1006 et 1025—1027. Versu enim 1025 uel praeparari intendique uidetur lectoris animus ad noui aliquid accipiendum: sequitur nihilominus idem, quod iam in ipso epistulae principio oratum erat: ut ducentos Philippos pater det. Quid? quod Chrysalus quoque, ubi illud audiuit, eodem modo quo priore loco legentem interpellat uehementer rem dissuadens, senex iterum tacere eum iubet, dum perlegerit. Atque etiam uu. 1007—1012 et 1013—1018 parallelae partes uidentur esse: concludentes certe utrumque colon uersiculi plus habent adfinitatis, quam quos eundem credas ita posuisse poetam. Contra haud longe a uero nos aberraturos puto, si ita ut infra in rec. A factum uides Plautina elegantia dignum existimemus recuperari in hac priore epistulae parte sententiarum ordinem.

Rec. A.

IV 9, 74 'Patér, ducentos Philippos, quaeso, Chrýsalo —' 997 R.
77 CHR: Non príus salutem scripsit? NIC: Nusquam séntio. 1000
75 'Da, sí esse saluom uís me aut uitalém tibi.' 998
83 CHR: Inde á principio iam ínpudens epístulast. 1001
76 NIC: Malúm quidem hercle mágnum. CHR: Tibi dicó.
NIC: Quid est? 999
78 CHR: Non dábis, si sapies. uérum. si das máxume, 1002
Ne ille álium gerulum quaéret, si sapiét, sibi:
Nam ego nón laturus súm, si iubeas máxume.
Sat sic suspectus súm, quom careo nóxia.
82 NIC: Auscúlta porro, dum hóc, quod scriptumst, pérlego. 1006
90 'Stulté fecisse fáteor: sed quaesó, pater, 1013
'Ne me, ín stultitia sí deliqui, déseras.
'Ego ánimo cupido atque óculis indomitís fui: 1015
'Persuásumst facere, quoíus me nunc factí pudet.'
Prius cáuisse ergo quám pudere aequóm fuit.
95 CHR: Eadem ístaec uerba dúdum dixi illi ómnia.
NIC: 'Quaeso, út sat habeas íd, pater, quod Chrýsalus
'Me obiúrgauit plúrumis uerbís malis 1020
'Et mé meliorem fécit praeceptís suis,
'Vt te éi habere grátiam aequom sít bonam.'
CHR: Estne ístuc istic scríptum? NIC: Em specta, túm scies.
101 CHR: Vt, quí deliquit, súpplex est ultro ómnibus! 1024

Rec. B.

IV 9, 84. 'Pudét prodire me ád te in conspectúm, pater, 1007 R.
'Tantúm flagitium té scire audiuí meum,
'Quod cúm peregrini cúbui uxore mílitis.'
Pol haú derides: nám ducentis aúreis 1010
Philippís redemi uítam ex flagitió tuam.
89. CHR: Nihil ést illorum, quín ego illi díxerim. 1012
102. NIC: 'Nunc, sí me fas est *hóc precari* aps té, pater, 1025
'Da míhi ducentos númmos Philippos, te ópsecro.'
104. CHR: Ne unúm quidem hercle, sí sapis. NIC: Sine pérlegam. 1027

Adnot. critic.:

A Ritscheliana rursus, ut solemus, profecti sumus recensione. De transpositione uersuum IV 9, 77 et 83 infra dictum. Quam ordinandi rationem praeeunte Acidalio Ritschelius et Fleckeisenus instituerint, intellegitur ex additis uersuum numeris. Vulgatae numeri indicant traditum in libris ordinem. 999. *Etiam priorem uersus partem cum interpol. libr. et Vulg. Chrysalo tribuunt edd.: nos cum Ussingio CD secuti sumus. B haec praebet:* NIC̃ (*praemissa enim erat uersui 74 nota* EPL̃A) Malum quidem hercle magnum ..... Tibi dico. CRI Quid est, *ubi grandiuscula littera mutationis personae in archetypo ante* Tibi *significatae indicium: pleniores solitis personarum notas in ipso Vetere passim librarius exarauit, uelut uu. 235. 275. 276. 536. 627. De locutionis* tibi dico *usu cf. Ussingii comment.* | 1003. quaeret *Brn, ut u. 1002* non dabis si sapies, *cf. Rud. 1391. Pers. 565 sq. Trin. 559 conl. Ter. Haut. 748; licuit praeterea dicere aut* quaerat si sapiat, *cf. Capt. 596 sq. Fl. Men. 603. Rud. 96. Amph. 904 sqq. Merc. 376. 801, conl. Poen. I 2, 138 et Truc. II 1, 21 sq., aut* quaeret si sapit, *cf. Cas. IV 2, 1. Men. 122. Mil. Gl. 476 sq. Poen. III 3, 62, conl. Pers. 367 sq.: nullo modo illud, quod est in libris, probatum ab editoribus omnibus:* quaerat si sapiet. | 1017. té caûisse érgo *cum libr. Spengelius T. M. Plaut. p. 95.* cauisse (= causse) te ergo *H. A. Kochius Nou. ann. t. 103 (a. 1871) p. 828.* ergo *quam* te *delere mauult Uss.: cf. Amph. 944.* | 1018. illi dixi *cum libr. Uss., cf. Muellerum Pros. Pl. p. 340.* | 1020. me obiurigauit *Ritsch. Opusc. uol. II p. 428 sq., Muellerus Pros. Pl. p. 728.* med obiurgauit *Ritsch. ed., Fleck.* me obiurgauit *cum librariis Uss.* | 1022. te ei *cum libr. Fleck., Uss.* ei te *Herm., Ritsch.: illud defendi posse docet Ritsch. Opusc. II p. 420 et Lachmannus in Lucr. p. 164, postulari rationibus grammaticis locorum comparatio, quos tractauit Mahlerus de pron. pers. ap. Pl. conlocatione cap. II B 1.* | 1023. om *ex B reposuit O. Ribbeckius de particul. p. 32.* en *Ritsch., Fleck.* | 1025. hoc precari *Gertzius apud Ussingium.* obsecrare *ex u. seq. libri; defendunt Bergkius Symb. ad gramm. lat. p. 43, Uss.* orare etiam *Ritsch., Fleck.*

In hoc exemplo quod uersibus 77 et 83 transpositis traditum ordinem disrupi, tantum moneo hoc audaciae tum non minus admittendum esse, si ab uniuersae coniecturae modo propositae audacia abhorreas; quorum quidem uersuum posteriorem alieno loco in libris exstare iam Acidalius senserat: priorem item docebit uersus 76 consideratio. Ceterum quod uersum 83 cognoui multo plenius conuenire cum uersuum 74. 75 argumento quam, pone quem Acidalius et Ritschelius illum reposuerant, cum

u. 77: debeo hoc O. Ribbeckii comitati. Praeterea ex illorum ratione coniunctis uersibus 77 et 83 apparet perincommode interrumpi multo grauiorem de auro dando quaestionem, ut alia omittam. Pristinum uersuum ordinem consulto puto a correctore quodam mutatum esse.

Retractator num tam fortem contractionem instituerit, ut in nouem illis uersiculis acquiesceret, an auxerit recensionem suam interpositis inter uersus 89 et 102 aliis quibusdam, uersibus fortasse 96—101 uel 90 sq. e genuino exemplo receptis, haud facile diiudicabis.

De reliqua si quaeris epistulae parte: apparet ad retractatum tantum exemplar illam accomodatam esse. Quodsi conicias post u. 101 haec fere Plautum posuisse:

> Ego iúsiurandum uérbis conceptís dedi
> Datúrum me hodie múlieri ante uésperum.
> Ducéntos Philippos. núnc, pater, ne périerem e. q. s.:

in propatulo sane sit et qua de causa retractator paululum hos uersus immutauerit et fieri uix potuisse, ut duplex in grammaticorum exemplaribus epistulae finis seruaretur. Certi apparet nihil nos adsequi posse, quoniam argumentis hac in re destituti sumus.

§ 42. Iam quae consequuntur epistulae recitationem, ne illa quidem uacant retractationis uestigiis. Quae ut in lucem protrahantur, disputatio aptissime exordium capiet a uersibus 1045 sq.:

> Si plús perdundum sít, perisse suáuiust
> Quam illúd flagitium uólgo dispaléscere.

quos Nicobulo tribuendos esse persuasissimum habeo. Pecuniae enim iacturam deplorare eius erat, qui possidebat; neque uersus 1046 sententia colorue cum serui persona satis apte conuenit: patris prodit curam de sua filiique fama solliciti. Nicobulus uidelicet his uersibus rem secum deliberat iamque animum inducit ad faciendum id, quod orauerat filius.

Qua re nisi falsi sumus, iam apparet post hos uersus

enuntiatorum nexus aut pessimos aut nullos esse[1]). Quid? quod etiam uu. 1041—1043 male se habent post 1036—1040, quibus paulo plenius eaedem fere sententiae iam propositae sunt. Ne diutius disseram: ueri non dissimile uidetur uersus 1041—1046 retractatorem reposuisse pro uersibus 1036—40 et 1047—49; deteriores illos quidem cum aliis rebus tum numerorum languore, quo laborantes aegre decurrunt uersus 1041 et 1045[2]). Utrosque infra discretos habeto:

Recc. A et B.

(NIC:) 'Vale átque haec cura.' Quíd nunc censes, Chrýsale? 1035

Rec. A.

CHR: Nihil égo tibi hodie cónsili quicquám dabo, 1036
Neque ego haúd committam, ut, sí quid peccatúm siet,
Fecísse dicas dé mea senténtia.
Verum, út ego opinor, égo si in istoc sím loco,
Dem pótius aurum, quám illum corrumpí sinam. 1040
NIC: Ne ille édepol Ephesi múlto mauellém foret, 1047
Dum sáluos esset, quám reuenissét domum.
Quin égo, istic quod perdúndumst, properem pérdere? 1049

Rec. B.

CHR: Duae cóndiciones súnt: tu utram accipiás uide: 1041
Vel ut aúrum perdas, uél ut amator périeret.
Ego néque te iubeo néque uóto neque suádeo.
NIC: Miserét me illius. CHR: Túus est, non mirúm facis.
NIC: Si plús perdundum sít, perisse suáuiust
Quam illúd flagitium uólgo dispaléscere. 1046

Recc. A et B.

Binós ducentos Phílippos iam intus écferam. 1050

Adnot. crit.:
1038. te de mea *dubitanter Muellerus Add. Pros. Pl. p. 124.* | 1039. si ego *cum libr. Uss.: cf. Ritschelii Prolegg. p. 256.* | 1049. Quid istic? ⟨ut⟩ quod per-

1) Chrysalo relictos uu. 1045 sq. tamen propter sententiae importunitatem pone 1048 conlocauit Uss.

2) Vide Ritschelii Prolegg. p. 285.

dúndumst properem pérdere, || Binos ..... ecferam *H. A. Kochius Emend. Pl. p. VIII.* Quid ergo istic? Quod perdundumst properem perdere *sine interrogationis significatione Decurtatum secutus Uss., cf. quae Fleckeisenus proposuit in praef. ed. Ritschelianae p. XIII, in ed. ille quidem reuersus ad Ritschelii sententiam.* | 1041. tu utram *Acidalius, Muellerus Pros. Pl. p. 176, Uss.* utram tu *libri.* tu *deleuere praeeunte Guyeto edd.* | 1042. perieret *Usenerus Nou. ann. t. 91 (a. 1865) p. 227, cf. Corssenium 'Aussprache etc.' uol. I p. 648. uol. II p. 205. 515. 423; ceterum uid. Ritschelium in Trin.*[2] *201 et G. Loewium Anal. Plaut. p. 171. 214.* periuret *libri.* peieret *edd.* | 1045 sq. *uersus Chrysalo dant et libri et editt.: u. supra.* suauiust *libri; quod num iure editt. in* satius est *conuerterint dubito: cf. Pers. 540. Asin. 640 sqq. conl. Capt. 498.*

Cui sententiae mirum quantum fauet non latens, ut uidetur, ipsius retractatoris ratio consiliumque. Qui, praeterquam quod breuitati studuit, inconstantiam, nisi fallor, fastidiuit, qua deformata illi uidebatur Chrysali oratio u. 1036—1040; qua in re quantum inesset uel urbanissimae facetiae ille non sentiebat[1]).

§ 43. Cum interpolatore quam cum retractatore rem nobis esse multo probabilius est in u. 1054:

Sciui égo iamdudum fóre me exitium Pérgamo[2]);

qui ut redundat praecedente hoc:

Fit uásta Troia, scíndunt proceres Pérgamum,

ita aures respuunt absone repetitum in uersus exitu nomen Pergami.

Confidentius iudico retractatoris operam prodere hanc manifestam dittographiam:

---

1) Tamen haec huius loci discriptio nondum plane mihi adridet; quae quidem res nihil attinet ad uersuum 1041—1046 a ceteris seiunctionem. Haereo enim in uersibus 1048 et 1049, inter quos hiare quodammodo uidetur sententia. Aptissima esset breuis serui interlocutio ad similitudinem uersus 1044 hoc loco interposita: qualis quaedam haud scio an casu intercíderit. Ceterum si quis suspicetur ex Veteris memoriae singularitate quamuis inepta erui tamen coniectura posse, qualis fuerit in codicis illius archetypo personarum distributio: ille ex portentorum illorum accuratiore consideratione nihil quicquam fructus percipiet nisi ut intellegat praeter consuetudinem inter perpetuas fere oscitationes hunc locum transscripsisse optimi libri librarium: uid. Ritschelii app. crit. u. 1039. 1042 (ubi Hinckio auctore *perdā* man. ead. ex *perdas*) 1043. 1044. 1046. 1047 sq.

2) Misellum uersum qui procudit respexit ad uu. 987. 944. 947.

Rec. A.

CHR: Non équidem capiam. NIC: At quaéso. CHR: dico, ut rés
se habet. 1063
NIC: Moráre. CHR: Nolo, inquam, aúrum concredí mihi;
Vel, mé qui seruet, da áliquem. NIC: Ohe, odiosé facis.

Rec. B.

CHR: Non équidem accipiam, proín tu quaeras, quí ferat: 1061
Nolo égo mi credi. NIC: Cápe uero, odiosé facis.

Recc. A et B.

CHR: Cedo, sí necessest. NIC: Cúra hoc: iam ego huc reuénero. 1066

Adnot. crit.:

1065. Vel me qui seruet da aliquem *Muellerus Pros. Pl. p. 63, quae uerborum conlocatio optime conuenit cum probabili interpretatione, quam idem proposuit Nou. ann. t. 83 (a. 1861) p. 268.* Vel da aliquem qui me seruet *B (a ceteris libris haec uerba prorsus absunt): idem Ritsch., Fleck., deleta interiectione* ohe, *quam uix crediderim interpolatam esse; cf. Ussingium in comment. (qui quidem recepit transpositionem* seruét me. :: Ohe *ab Hermanno olim propositam, ignorans, ut uidetur, pridem illam a Ritschelio reiectam esse Prolegg. p. 219 conl. 222.)* | 1062. nolo ego mi *Fleck.* nolo ego mihi *libri omnes cum B, in quo omissam primo uoculam* ego *addidit man. ead.* nolo mihi *Herm., Ritsch., Uss.* | 1066. iam ego huc reuenero *cum libr. Fleck., cf. Nou. ann. t. 61 (a. 1851) p. 36, et dubitanter Uss.* ego *delebat Ritsch.,* huc *Bergkius Diurn. antiq. stud. a. 1850 p. 532; cf. praeterea Muellerum Pros. Pl. p. 399.*

Quod exemplum aperte docet non in singulis nos uersari dittographiis, sed totius scaenae duplicem compositam fuisse recensionem; quoniam quae in altera hoc loco leguntur *proin tu quaeras qui ferat* (u. 1061), paulo uberius in altera eadem supra dicta erant uersibus 1003—1005 [1]).

Valde incertum rursus uidetur num uersus 1070 sq.:

Salúte nostra atque úrbe capta pér dolum
Domúm reduco ⟨*iam*⟩ íntegrum omnem exércitum.

ego *inter* reduco *et* integrum *inseruit Herm.; hiatum (qui seruandus uidebatur Darnmanno Obseruatt. p. 29, Spengelio T. M. Plaut. p. 191, Ussingio) transponendo tollere malebat Fleck. Nou. ann. t. 61 (a. 1851) p. 37* exercitum int. omn. reduco domum *scribens. alia diuersa coniecit Muellerus Pros. Pl. p. 497.* | *Vu. 1068 ad 1075, qua erat audacia, cunctos expulit Guyetus. Ceterum cf. Pers. 753 sqq. Men. 134.*

1) Hanc ob causam probabilitate aut nulla aut satis infirma altera commendatur quae cui in mentem uenire potest emendandi uia haec, ut seruatis reliquis pro interpolato expungatur uersus 1062 posterior pars cum sequentis priore.

pro retractatione habendi sint uersuum 1068 sq.:

Hoc ést incepta effícere pulcre: uél mi uti.
Ouáns incedam praéda onustus éuenit.

Ita optime utrique uersui consuli iudico: libri ueluti mihi ‖ Euenit ut ouans praeda onustus incederem. *Coniunctionem* uti *in uersus fine ponere (ut exstat Trin. 120. Amph. 214. Mil. Gl. 768) in hac certe enuntiati consecutiui conlocatione non reformidaui: uid. Ritsch. Prolegg. p. 295 sq. Recte Hermannum* ueluti ⟨nunc⟩ mihi *scripsisse deleto* pulcre *C. Fuhrmannus Nou. ann. t. 101 (a. 1870) p. 687 comprobasse sibi uisus est exemplorum auctoritate horum: Aul. III 4, 3. Curc. 682. Most. 159. Merc. 227 sq. Pseud. 771 sq. conl. Poen. IV 2, 2. Rud. 595 sq. Truc. II 1, 35 sq. 7, 19 sqq.: quae tamen ad unum omnia euincunt particulae* ueluti *hic non locum esse; neque enim, ut in illis, a sententia generaliter et absolute proposita transitur ad singulare unum exemplum, quo illa comprobetur confirmeturque. Contra ad enuntiati conformationem quam h. l. habemus* (Hoc est inc. p. eff.) *praeclare aptam esse particulam* uel *subtilis docet C. F. G. Muelleri quaestio de huius uoculae usu Plaut., quae inest in Nou. ann. t. 83 (a. 1861) p. 262—271: ex exemplorum quae congessit p. 269 sq. multitudine attulisse satis habeo Men. 872 sq. Rud. 565 sq. Mil. 58 sqq.* pulcre *seruato* uel uti mihi (= mi) *retinuit Uss.;* uel mihi *Bothius, Ritsch., Fleck.* uti mihi *Bentleius in Hor. Epist. II 1, 67.*

In seq. u. seruatis ceteris cederem *pro* incederem *scripserunt Scaliger, Bentleius, Herm., Ritsch.: cum pro historico tempore praesens requireretur, seruata simul composita uerbi forma (uerbum simplex aptius esse neque Goellerus probauit ed. Trin. p. 131 neque Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 41: defendi posse non nego) Fleckeisenus Nou. ann. t. 61 (a. 1851) p. 37 uerba* incedam éuenit *exitum uersus constituere uoluit: sed u. Spengelii adnotationem T. M. Plautus p. 157. Coniunctionem* ut *omnes illi in posteriore uersu retinuerunt. Praeterea cf. Muellerum Pros. Pl. p. 76 sq.*

Commodius sane alterutro pari uersuum caremus.

Bacchidum specimen XII.

Act. V sc. 2.

§ 44. Ad scaenam peruenimus omnium, quae in hac fabula exstant, longe turbatissimam, totius fabulae ultimam, quae qualis in libris traditur conscissam laceratamque, tristem ac re uera miserabilem prae se fert speciem. Quocirca haud sane mirandum, quod iis, qui restituendae huic scaenae operam nauarunt, saepissime longius a librorum memoria recedendum pauloque audacius nouandum fuit.

Tota autem scaena tripartita est. In prima parte senes a Bacchidibus inluduntur: quo irati minitantes postulant, ut et filii et seruus emittantur (u. 1120—1148). Altera pars complectitur duplex et sororum et senum secretum conloquium (1149—1165). In tertia Nicobulus et Philoxenus Bacchidum

blanditiis ad turpitudinem adducti ipsi intro inliciuntur (1166—1206).

Ac prima quidem pars manifesta deformata est dittographia. Cuius rei grauissimum indicium hoc est, quod inter u. 1133 eosque qui cum illo cohaerent et uu. 1149—1153 tam mira intercedit discrepantia, ut dubitari prorsus nequeat quin ab alio poeta aliud consilium secuto hi, ab alio illi compositi sint. De qua quidem re paulo post accuratius dicendum erit. Apertius etiam patet alterum argumentum in ipsis illud quidem exordii uersibus positum. Earum enim rerum, quarum similitudine ludibriosa illa senum cum ouibus comparatio probatur, bis nonnullae, nec tamen quasi iteratae posteriore loco adferuntur, sed ut nouae. Velut aperte hoc uitium inhaeret Sororis uerbis *non uides, ut palantes grassentur?* e. q. s. (u. 1136 sqq.) conlatis, quae u. 1123 dixerat: *quom eunt sic a pecu palitantes.* Versu autem 1134 *quae nec lacte nec lanam habent* et quae sequuntur num aliud sunt quam amplior quaedam circumscriptio et uelut interpretatio rarioris illius uocis, quam sagacissima eademque certissima coniectura ex absurdo quod in libris exstat *thimiame* Colerus elicuit: *Vetulae sunt minae ambae*? Unde iam conligi potest, utram credibile sit recensionem priorem fuisse.

Atque haec similiaque alia, quae enumerare longum, ne quis aut casui aut neglegentiae cuidam tribuere animum inducat satis cautum est duabus rebus. Primum, quod omnia[1])

1) Calidius enim quam uerius iudicauerit, qui offendat in frequentata uu. 1125—1128 uerbi *tondendi* repetitione: qua in re aliquid inest uel delicatissimi leporis. Altera enim Bacchis dixerat ideo sordidas illas oues uideri, quod attonsae essent. Iam respondet altera in hanc fere sententiam: *Tum sane miserrime apparet illas detonderi solitas esse, nec credendum est semel uel bis in anno hoc factum esse, sed ter: ita foedus illarum est adspectus.* Quod statim excipiens illa: *Ter in anno, inquit, tune dicis? Pol in hoc uno die altera iam bis detonsa est*, suauissimo iocandi genere binos illos significans ducentos Philippos, quibus Nicobulus emunctus erat; quae quidem res etiam uu. 242 et 1095 non inlepide ex tondendo nomen inuenit. Absolutissima igitur est maximeque concinna sententiarum ratio.

illa paucorum eorum uersuum finibus continentur, quos infra littera B signauimus. Quo accedit hoc, quod plane absurdum esse apparet illud, quod Soror dicit u. 1138: *aetate credo esse mutas*, siquidem quater in prioribus ab illis uerba facta sint. Quibus de causis haud cunctanter sic tradita dispono:

Rec. A et B.

BAC: Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me?
⟨*Quis hás*⟩ pultat aédis? NIC: Ego átque hic. BAC: Quid hóc est } 1120
Negóti? ⟨*SOR:*⟩ Quis hásce huc nam amábo ouis adégit? } 1121

Adnot. crit.:

1120. 1121. *Tres tetrametros bacchiacos constituit Hermannus, duos hexametros bacchiacos Ritsch., Fleck.* quis has pultat aedis *Herm.* atque pultat aedes *libri.* atque tam pultat aedis *Ritsch.* atque pultat hasce aedis *Fleck.* Negoti? SOR: Quis hasce huc nam amabo ouis adegit? *Brn coni. Schmidtii dissert. de pron. dem. formis Pl. p. 37;* ouis *cum editoribus (cf. Muellerum Pros. Pl. p. 205 et Add. p. 23) monosyllabum esse uolui, item* oues *u. 1140.* negotii? || Nam amabo quis has huc ouis adegit? *pro traditu scriptura habendum est: quod Schmidtii causa moneo, qui l. l. p. 33* quis hasce ouis *librorum memoriam suadere dicit.* Negóti nam, amábo? quis ouis huc adégit? *Herm., Fleck.: idem Ritsch., nisi quod deleto* huc *uel* hás ouis *uel* ouis has *scribi iubet. Et* has *et* huc *seruari usui Plautino maxime conuenit.*

Rec. A.

NIC: Ouís nos uocánt pessumaé. *BAC:* Pastor hárum 1122
Dormít, quom eunt sic a pecú *p*alitántes.
SOR: At haúd pol nitént, sordidae ámbae uidéntur.
BAC: Attónsae quidem ámbae usque súnt. PHIL: Vt uidéntur 1125
Derídere nós. NIC: Suo sine úsque arbitrátu.
SOR: ⟨*Hem,*⟩ rérin tu in ánno ter hás tonsitári?
BAC: Pol hódie alterá iam bis détonsa cértost.
⟨*SOR:*⟩ Vetulaé sunt *minae ámbae.* BAC: At bonás fuisse crédo.
SOR: Vidén limulís, opsecro, út *co*ntuéntur? 1130
⟨*BAC:*⟩ Ecástor sine ómni arbitrór malitia ésse.
PHIL: Merito hóc nobis fít, qui quidem húc uenerímus. 1132
SOR: Reuórtamur íntro, sorór. NIC: Ilico ámbae }
Manéte: haec oués uolúnt uos. } 1140

1122. *Bacchidis notam ex CDFZ reposui: Sororis cum B exhibent edd.* | 1123. haec *ante* eunt *seruato* sic *deleuit ad Charisii testimonium prouocans Uss.: aut utrumque retineri contracto quidem in unam syll.* eunt, *aut* sic *potius quam* haec *omitti Schmidtius uoluit l. l. p. 42; cf. Fleckeisenum Nou. ann. t. 61 (a. 1851) p. 49 et quae nos infra de hoc uersu disputabimus.* | 1124. SOR: *pro* BAC: *Brn.* haud *cum libr. ante* sordidae *conlocatum Uss. exhibet praeeunte Studemundo de cantic. Pl. p. 28.* | 1125. BAC: *pro* SOR: *Brn.* hae, *quod post* attonsae *exhibent libri, deleri aegre tulit Schmidtius l. l. p. 44.* | 1126. sine suo *libri, edd., Uss.* suo sine *Seyffertus de bacch. uers.*

us. Pl. p. 21; cf. Muellerum Pros. Pl. p. 311 adn. 1. | 1127. SOR: *pro* BAC: *Brn ceteris ab Hermanno sumptis.* ter in anno tu has *libri, Studemundus l. l. p. 50, Uss.* tute in anno ter has *Schmidtius l. l. p. 35 sq.* ter tu in anno has ouis *Ritsch., Fleck.* | 1128. BAC: *pro* SOR: *Brn.* alterā *seruaui cum Buechelero de declin. p. 9, Brixio Nou. ann. t. 91 (a. 1865) p. 63, Uss.; uid. Fleckeiseni Miscella crit. p. 11 sqq.* alterast — certo, *quod iam Herm. proposuerat, Plautum praetulisse putat Muellerus Pros. Pl. p. 9, cf. eundem in Diurn. gymnas. Berol. nou. ser. uol. I (a. 1867) p. 559. Ritschelius et Fleck. in ed.* haec *post* altera *inserebant.* | 1129. SOR: *addidit Brn,* BAC: *cum interpolatis libr. edd.* nimis ambae *e tradito* thimiame *eruisse sibi uidetur Uss.* BAC̃ At *B.* SOR: At *edd., Uss.* | 1130. SOROR *B.* BAC: *edd., Uss.* intuentur *seruant Stud. de cant. p. 45, Seyffertus de bacch. p. 46, Uss.; cf. Spengelium T. M. Plaut. p. 232 et Lachmanni commentar. in Lucr. p. 387.* | 1131. BAC: *cum Z addidit Brn,* SOR: *edd.* | 1140. *Vetere duce tetrametrum bacch. cum subsequente clausula iamb. effeci cum Lomano, Spengelio de cretic. uers. usu Pl. p. 23 sq. adn., Studemundo de cant. p. 34, Muellero Add. Pr. Pl. p. 23, Christio doct. metr. p. 455, Seyfferto de bacch. p. 36: in tetrametri integritatem alterum u. suppleuit Herm., unum hexam. bacch. constituit Ritsch. probante Fleckeiseno.* SOR: *pro* BAC: *Brn.* haec *Schmidtius l. l. p. 42 et ante eum Lomanus, Muellerusque in Add. Pr. Pl. p. 23.* hae *libri, edd.* ouēs *delebant Ritsch., Fleck.; cf. ad u. 1120. 1121.*

Rec. B.

BAC: Cogántur quidem intro. SOR: Hausció, quid eo opús sit, 1133
Quae néc lacte néc lanam habént: sic sine ádstent.
Exóluere, quánti fuére: omnis fructus
Iam illís decidit. Non uidés, ut *p*alántes 1136
*G*rasséntur? Quin aétate crédo esse mútas: 1138
Ne bálant quidém, quom a pecú cetero ábsunt. } 1139
Stultae átque hau málae uidéntur. }

1135. exsoluere *cum BCDa Uss. ad Lambini prouocans interpretationem.* | 1137. Solaé libére grasséntur *seruato glossemate Seyffertus de bacch. uers. usu Pl. p. 25 et 40, dimetrum anapaesticum (subsequente trimetro bacch.) efficiens.* | 1139. *Recepta Veteris discriptione tetrametrum bacch. cum clausula iambica constituerunt Lomanus, Spengelius de cret. uers. usu Pl. p. 23 sq., Seyff. de bacch. p. 36, Christius doctr. metric. p. 455, Muellerus Pros. Pl. p. 195, Wagnerus ed. Aulul. introd. p. 25 adn. 4, Uss.: tetrametro seruato reliqua ex interpretatione orta esse Herm. putabat: hexametrum bacch. discripserunt Ritsch., Fleck.* atque hau malae *ex B, ubi* haud *in mrg. additum post* atque *inseri iussit prima manus, reposui:* atque malae *libri rell., Spengelius, Christius, Uss.* ac malae *Lomanus, Ritsch., Fleck., Muellerus.*

§ 45. Harum recensionum utra sit Plautina in propatulo est. Longe alteram uincit rec. A faceta ludendi proteruitate concinnoque nitore ac multo suauior est sermonum uarietate: ut altera uerbis, ita haec uberior est argumento. Accedit, quod in recensione B paene nihil inest, quod non uel nitidius dictum sit in illa.

Metri si requiris rationem: diuersissima atque eadem pleraque peruersissima a uu. dd. proposita sunt; quae enumerare

in superiore adnotatione longum erat [1]). Equidem totum locum tetrametris bacchiacis conscriptum esse persuasissimum habeo. Bacchiacum enim rhythmum uerborum sonus manifestissime prodit: eiusmodi autem exempla, qualia olim conformauerunt Studemundus et Seyffertus, nuper Ussingius, ex diuersissimi generis metris mixta, praesertim in dialogo nullo modo probari possunt, nisi cui religio sit non pulcherrima Plautoque dignissima ducere, quae eum scripsisse conclament librarii. De hoc uno dubitari poterat, num primi scaenae uersus ita disponendi essent, ut duobus tetrametris bacch. singulis subicerentur clausulae iambicae: neque tamen recipiunt tradita uerba iambicum numerum [2]). Itaque, cum hexametris bacchiacis aut nunquam aut rarissime Plautum usum esse uere obseruasse uiderentur Seyffertus de bacch. uers. us. Plaut. p. 34—36 et Studemundus de cant. Plaut. p. 34, Hermanno duce tres tetrametros quam cum Ritschelio Fleckeisenoque duos hexametros constituere malui. Optime autem in utraque recensione bacchiacorum series in iambicam desinit clausulam, quibus in locis hexametros bacch. iterum Ritschelius et Fleckeisenus discripserunt: quamquam, prout e u. 1140^{b} Hermannus supplementis additis tetrametrum effecit, ita non magni erat operis in rec. B uel hoc exemplo tetrametros continuare:

Stultae écastor átque hau malae ésse haec uidéntur.

Quo quidem in uersiculo, qui est 1139^{b}, quidquid de metro statuis, temeritatis crimen uix effugies, si omittere uelis *haud* illud, quod in Vetere Hinckio auctore manus eadem addidit: quae uocula ut retineatur suadere uidetur cum usus Plautinus

1) Si quis harum rerum habeat usum, ipse inspiciat Studemundi libellum de cantic. Pl. p. 85. 34. 44. 28. 33. 50. 45, Seyffertum de bacch. uers. usu Pl. p. 32. 36. 45. 46. 25. 40, Spengelium de cret. uers. us. Pl. p. 23 sq. et T. M. Plautus p. 119 sq., conl. iis, quae Muellerus in Pros. Pl. p. 205. 195 et Add. p. 23 et Christius in libro de doctr. metric. p. 455 sq. disputauerunt, Ussingii denique commentarios.

2) Cf. Spengelium et Christium ll. ll. conl. Schmidtio de pronom. dem. form. Pl. p. 25; parum placebant quae Lindemannus proposuit Nou. ann. t. 19 (a. 1837) p. 158.

— saepissime enim *malus* uocabulorum *astutus, callidus, uersutus* uim aequat — tum uersus 1131 analogia.

Aliquantum licentiae nobis sumpsimus in eo genere, quod continetur sermonis partibus inter dialogi personas distribuendis: eam tamen, quam unusquisque ultro nobis concedet, qui quantula sit hac in re uel Veteris fides incredibili peccatorum frequentia doctus pernouerit[1]). Quo magis id uidendum erat, ut firmum aliquod fundamentum nobis pararemus, unde proficisceretur disputatio.

Ac uersu quidem 1131, quem libri omnes (scilicet si recedis a correctrici manu Db) ei continuant, cuius erat u. 1130, multo aptius ad hunc responderi iam Ritschelius perspexit; similique de causa idem ante u. 1129 personarum mutationem significauit. Quod si iure factum esse concedis: quale illud esse censebimus, quod u. 1131 ineunte ceteri libri sine dubio recte *Ecastor* exhibent, solus B *Haec castor*? Nonne credibile est olim haec scripta fuisse: *BACECASTOR*? Quod quidem quam facile in *HAECCASTOR* transire potuerit nemo non uidet: ut iam euanescentis pristinae scripturae corrupta uestigia, sed eadem non mutila Vetus tradere uideatur, cum in reliquorum archetypo plane iam exstincta fuerit personae significatio, ipso quidem orationis principio fidelius seruato. Hoc si probabiliter suspicati sumus, inueteratum illud uitium iam exoptatissimam suppeditat nostrae quaestioni ansam: in uetustissimo enim quodam libro — scilicet quem grandiusculis litteris conscriptum fuisse apparet — uersus ille Bacchidi tribuebatur. Ab hoc igitur uersu profecti cetera et quae antecedunt et quae sequuntur in rec. A omnia disposuimus. Atque in tertio ab initio uersu (1121[b]) ut Sororis quoque aliqua

1) Nec neglegendum quantum in hac potissimum scaena ipsi libri inter se differant. Accedit, quod plerasque notas prorsus omiserunt C et Da: quas peruersissimas saepe addiderunt F et Z, longe ineptissimas ubique fere Db. Unde conligere licet iam archetypum Palatinorum satis graues in hoc genere turbas passum esse. Quae quidem fieri non potuisse quin uel plurimae ex ipsa nascerentur duarum recensionum confusione tam apparere sua sponte puto, ut non uerendum sit ne, qui modeste iudicare didicerit, temeritatem nobis obiciat.

fiat oratio admirationisque significatio, ipsa sententia si non flagitare, at certe commendare uidebatur: quo loco cum omissa esset notula, quae sequerentur deinceps omnes a rubricatore permutari consequens fuit, quoad u. 1129 inuito sane librario, qui oscitans iterum notam exarare neglexit, error errore sublatus pristinusque ordo restitutus est.

Quae quidem nostra distributio praeterea apta est ex interna quadam ratione atque ea quidem aliquanto grauiore: quae posita est cum in ipso alternorum sermonum argumento necessariisque successionibus, tum in ingenii diuersitate, qua duae inter se differunt sorores. Quae qualis sit satis perspicue ex prima huius fabulae scaena cognoscitur: eodem autem modo in hac extrema sororum partes inter se distinguì et consentaneum erat neque hoc in genere peccauit retractatae recensionis auctor. Bacchis enim mirum quanto alacrior est et agilior: huius est arripere quamque occasionem atque etiam quae aduersa primo obtutu uideantur in suum conuertere usum. Difficiliore quadam natura tardioreque ingenio Soror praedita cunctatur grauaturque: huic conuenit, cum nondum sentiat quam luculenta ultro sese offerat lucri faciendi occasio, abnuere primo consilium a Bacchide propositum neque quicquam prae se ferre nisi taedium fastidiumque [1]). Quae si consideraueris, iam intelleges unice ad Sororis personam apta esse quae legantur u. 1124, nec minus uersuum 1129 et 1140 priores partes.

Ceterum excidisse personae notam etiam in medio uersu 1123 ipsa Vetèris scriptura ostendere uideri potest, quae hanc habet speciem:

Dormit quom hae /// eunt sic a pecu balitantes ;

unde haud inepte conicias in archetypo exstitisse tale quid:

BAC: Pastor harum
Dormit. SOR: qdum? BAC: eunt a pecu sic palantes ;

quod per uarias deprauationis gradus abiisse in illud, quod B exhibet. Maxime enim est e comicorum consuetudine eiusmodi iocos aliasque sententias absolute primo proponere: postea de-

1) Similiter animatam illa se ostendit u. 1152.

mum addere explicationem interposita quidem alterius personae breuicula interrogatione, quales sunt: *quidum? qui, amabo? quor tandem? dic quomodo?* similesque audientis admirationem exprimentes [1]). Potest tamen, ut rasuram illam trium litterarum a dittographia uoculae *hae* repetendam esse ueri non dissimile est, ita spatium ante *hae* uacuum a librario relictum mero casu ortum simulare tantum detrimenti accepti speciem.

§ 46. His absolutis transeamus ad difficillimam tertiam huius scaenae partem. Quae quidem qua in exemplari Ritcheliano legitur facili concinnitate aliquantum sane abest a turbatissima forma, quam libri praebent. Quare, cum eas potissimum offensiones, quae hac in quaestione ad calculos uocandae sint, Ritschelius mutando aut sustulerit aut ab oculis remouerit: ut firmum nostrae disputationi subiciamus fundamentum, neque operae neque chartae parcendum esse iudicauimus quin integram hanc partem, qualis exstet in Vetere Codice, secundum Hinckii testimonium [2]) diligenter perscriptam ante oculos ponamus. Accedit, quod ipsa mira quae tradita est uersuum discriptio non spernendam nonnullis locis praebere uidebatur restituendi ansam. Numeros adscripsimus et huius scaenae ipsius quidem Veteris numerantes uersiculos et editionis Ritschelianae. Additae sunt ceterorum librorum discrepantes scripturae quae quidem insigniores uidebantur e Ritschelii apparatu critico delectae.

1) Ex. c. cf. Men. 161. Most. 733. Ter. Hec. 319; saepius respondentis oratio incipit a coniunctione *quia*, uelut Mil. Gl. 325. Amph. 1032. Trin. 166. Ceterum simile est loquendi genus, quod habemus in Bacch. u. 317: ubi cum Bothio scribendum uidetur *Qui nescis?* :: *Quia* ... seu potius, ut seruetur tradita uetustior ablatiui forma, *Quid nescis?*, non cum Ritsch. et Fleck. *Quid? nescis?*

2) Pusillas quaslibet res non anxius hoc loco curaui quam supra § 29; nonnulla praeterea in hoc genere ex conlatione illa dilucide cognosci nequibant. Sed sciendum, ubi interpunctionem significauerim, ibi Hinckii me uti auctoritate; contrario modo non interpunxisse librarium reliquis locis ex silentio conligere non licet. Similiter grandiusculae litterae initiales in hoc exemplo non expressae nisi ubi in membrana exaratae sunt; neque tamen contenderim uel *philippis* u. 68 uel *mel* u. 84 similiaue a minuscula incipere littera.

Vetus Codex Camerarii fol. 86r.

Vet.

BAC Sequere hac NIC Eunt eccas tandem probri perlecebrę et persuastrices 1166b. 1167a R.
Quid nunc? etiam redditis nobis filios et seruum. an ego
Experior tecum uim maiorem? PHIL Abin hinc
Non homo tu quidem es qui istoc pacto tam lepidam inlepide appelles
BAC Senex optime quantu st interra sine hoc exorare abste 1170
Vt istu/c delictum desistas tanto opere ire oppugnatum
NIC Ni ab eas quamquam tu bella es·
Malum tibi magnum dabo iam BAC Patiar
Non metuo /nequid mihi doleat quod ferias NIC Vt blandiloqua st
Ei mihi metuo SOROR kic magis tranquillust
I i hac mecum intro atque abi siquid uis filium c̄castigato 1175
NIC Abin ame scelus BAC sine mea pietas exorem NIC exores tu me
BAC Ego quidem abhoc certe exorabo PHIL immo ego te oro ut me intro abducas
SOR Lepidum te PHIL at scin quo pacto me ad te intro ab ducas mecum ut sis
BAC Omnia quę cupio: cōmemoras NIC Vidi/ ego nequam
Hominem uerum te neminem deteriorem PHIL Ita sum 1180
BAC I i hac mecum intro ubi tibi sit lepide uictibus uino atque unguentis
NIC Satis satis iam uostri st comiuii me nihil penitet ut sim acceptus
Quadringentis philippis filius /me et Chrisalus circumduxerunt
Quem quidem ego ut non excruciem·
Alterum tantum auri non meream
BAC Quid tandem si dimidium auri redditur / isne in hac mecum intro? 1185
Atque ut eis delicta ignoscas PHIL Faciet
NIC Minime nolo nil moror sine sic malo illos ulcisci ambo
PHIL Etiam tu homo nihil dii dant boni caue culpa tua amissis
Dimidium auri datur accipias potesque et scurtum accumbas
NIC Egon ubi filius corrumpatur meus ibi potem? PHIL Potandum st 1190
NIC Age iam idut ut est etsi est dedecorum patiar facere inducam animum 1201

52. uim maiore *D.* uim maior *C.* | 53. tu *omis. C.* | 54. quantus est (*uel* quant' ẽ) *CDF.* | 55. *erasum* n. | 60. *prius* i *om. CD.* habi *Da.* abi *Dc cum vell.* c̄ *addid. Bb.* | 64. cō *superscr. m. ead.* *ante* Vidi *spatium.* Vi *e corr. Bb.* | 66. I hac *D.* E hac *C.* | 67. conuiui *C.* | 68. quadrigentis *C.* *erasum* &. | 69. ergo *C.* | 70. Alterum *Ba.* merear *superscripto* r *rubricator.* | 71. isne *om. CD.* | 73. sint *D.* ill *in ras. Bb.* | 74. *post* nihil *superne* q *adscrips. Bb.* nihili quod *CD.* | 76. Ergo nubi *C.* potest *C.* | 77. iã admteſt *C.*

Egon cum haec cum illo accumbet inspectem? BAC̃ Immo equidem pol tecum accumbam 1191
Te amabo et te amplexabor NIC̃ Caput prurit perii uix negito 1199b. 1192a
BAC̃ Nontibi uenit inmentem amabo· si dum uiuas tibi bene facias
Iam pol id quidem esse haud plonginqum
Neque si hoc hodie amiseris post in morte id euenturum esse unquam
NIC̃ Quid ago PHIL quid agas rogitas etiam NIC̃ libet et metuo PHIL̃ quid metuis 1195
NIC̃ Ne obnoxius filio sim et seruo BAC̃ mel meum amabo istęc fiunt
Tuus est unde illum censes sumere nisi quod tute illi dederis
Hanc ueniam illis sine te exorem NIC̃ Vt terebrat satin offirmatum
Quod mihi erat? id me exorat 1199a
Tua sum opera et propter te improbior BAC̃ Ne is qũa mea mauellem 1200
Satin ego istuc habeo offirmatum Quod semel dixi 1202. 1203a
Haut mutabo BAC̃ It dies ite intro accubitum
Filii uos ecspectant intus NIC̃ quam quidem actutum emoriamur
BAC̃ Vesper hic est sequimini NIC̃ Ducite nos quo lubet tãquã quidẽ addictos 1205
BAC̃ Lepide ipsi hi sunt capti suis qui filis fecere insidias; Ite

84. ob *addid. Bb.* | 88. neisquã Meã uellẽ *CD.* | 92. *incipit fol. 86v.* quidem tamquam addict' *C.* | 93. ipsi *omis. C.* filii *Bb.*

Ac primum quidem, ut rudem hanc inconditamque molem aliquatenus digeramus, uersiculis illis quid faciendum sit uideamus, qui miro modo aut mutili aut dimidiati exstant. E quo numero aliorum simplicissima est condicio: uersum enim 56 una cum sequenti itemque 69 cum sequenti aut aequare aut aequare debere septenarios anapaesticos librarii modo quodam lusu inutili dispestos nemo non uidet: alii quomodo in septenariorum numerum ordinemque redigendi sint adhuc disceptatur, nonnullis in locis ut uerum nondum uideatur perspectum esse. Nam hoc in dubitationem uocari omnino non potest, num totam scaenam inde a u. 1149 anapaestico metro decurrere poeta uoluerit, neque de breuioribus uersiculis inter

septenarios insertis cogitandum est, nisi forte de clausulis item anapaesticis [1]). Quod quidem genus cur respuamus in uu. 64. 65, quippe ad quorum integritatem nihil desideretur, si agnoscas dimetrum anapaesticum catalecticum continuatione numeri cum octonario nexum, equidem non uideo, praesertim cum ad sententiae conclusionem clausula metrica percommode hoc loco se applicare uideatur; quamquam Ritschelio Fleckeisenoque lacunam a se significatam Hermannus probauit [2]). Dubito tamen num praeter hunc uersum futurum sit ubi ista metri conformatio probabiliter reuocari uideatur [3]).

---

1) Spengelius (T. M. Plautus p. 133 sq.) cum sibi persuasisset ad libidinem Plautum septenariorum continuitatem singulis dimetris anapaesticis tum plenis tum catalecticis interrupisse, librariorum nugas magis quam sententiarum incisiones continuandique numeri qua coercetur clausularum licentia, legem curans dimetros catalecticos esse uoluit hos: u. 79ª, 87 (?), 90ᵇ; acatalectos: u. 59, 64ª, et, si cui magis probetur quam tradita discriptio uersus 87 cum antecedentis posteriore parte copulatio, 86ª. Aliquanto etiam religiosius anno ante Studemundus (cantic. p. 53 sq.) Veteris fidei patrocinatus erat, qui binos ternosque catalexi adeo inter se differentes dimetros continuabat. Velut u. 56 sq. catalectico subiecit acatalectum (quod probari uidetur Muellero Pros. Pl. p. 122 adn. 2) eodemque modo 69 sq., acatalecto rursus catalecticorum par u. 89 sq.; singulos autem dimetros hos, quos etiam Spengelius, constituit: 59 (duce Weisio), 64ª, 87. Octonarios praeterea nonnullos admiscuit; atque illos quidem non solum ea lege, ut clausula subsequente sine interuallo exciperetur dipodiarum tenor — id quod haud inepte u. 51 sq. effecit — sed praeter hanc condicionem uersibus 1152. 1153 R. acatalectorum tetrametrorum integritatem concessit: qua quidem in re praeierat Bergkius Philol. t. XVII p. 53, adscito adeo in illorum societatem proximo uersu superiore. Octonarii accesserunt postea auctore Spengelio (T. M. Plaut. p. 232 et 90) uu. 1192 et 1193 R. (79 sqq. B): cui, quod ad metri genus attinet, adsentire uidentur et Muellerus Pros. Pl. p. 91 sq. et Seyffertus Stud. Plaut. p. 14. Ussingius uero Veteris exemplum tantum non integrum formis exprimendum operariis tradidit. Unde prodierunt uersiculi uelut 90: nempe 'quinque anapaesti uel potius dimeter cum clausula trium breuium syllabarum'.

2) Lacunam etiam Studemundus Spengeliusque aspernati dimetrum acat. septenario praemiserunt.

3) Etiam in uu. 51. 52, quos Studemundus l. l. ita disposuit:

Quid núnc? etiam reddítis nobis filiós et seruum? an ego éxperior
Tecúm uim maiorem? :: Ábin hinc?

Difficillima autem extremae scaenae est tractatio. Ubi qui integros uersus orationemque neque mutilam neque turbatam tradi censebant[1]) procul a uero aberrauerunt. Immo uel externa scripturae species, in qua ipsius librarii quodammodo angustiae et haesitationes conspiciuntur, docere poterat luxata disiectaque uu. 87—90 iacere et uersuum et sermonum membra. Quae ut reconcinnarentur et leniorem facile et probabiliorem per se, quam Ritschelium, Hermannum iudico uiam iniisse, qui hos quattuor constituit uersus:

1 Hanc uéniam illis sine te éxorem. NIC: Vt terebrát. satis offirmátum 86 B.
2 Quod mi érat, id me exorát. tua ⟨iam⟩ sum opera ét propter te impróbior. 87. 88ª
3 BAC: Nae tís quam mea uellém. satin' ergo istúc habeo offirmátum? 88ᵇ. 89ª
4 NIC: Quod díxi semel, haud mútabo. BAC: It dies, íte ⟨huc⟩ intro accúbitum. 89ᵇ. 90

acquiescerem in hac ratione, si sanum sensum elicere possem e uerbis *experior tecum uim maiorem*. Apparet enim alienam esse ab hoc loco eam notionem, qua inuenitur *uis maior* apud Plinium n. h. XVIII 28 et apud Cic. pro Planc. 42, 101, ubi de fato casibusque improuisis dicitur; neque quicquam proficimus eorum locorum comparatione, quibus Gulielmius Quaestt. in Bacch. cap. 3 et Dousa Explan. lib. II c. 25 scripturam *ui maiore* probabant: Cic. pr. Quinct. 11, 38. Plaut. Cist. II 1, 11. I. Langlaei autem quis laudabit interpretationem, quam adferunt Taubmannus et Gronouius: accipiendum esse de ui aut uindicta publica, quam maiorem esse priuata iurisconsulti doceant? Cui non praestat sententia nouissimo commentatori probata, qui de aedilibus aduocandis cogitari uoluit. Equidem confidenter negandum puto aliud quicquam posse aut intellegi aut significatum fuisse istis uerbis nisi minari Nicobulum statim se uim et manus Bacchidibus inlaturum esse; rectissime igitur Taubmannus: uersuum 1147 sq. recordatione rem explicari. Atqui desidero tam insolitae breuiloquentiae exempla. Ergo excidisse aliquid suspicatus duos redintegrandos duco septenarios hoc exemplo:

Eho, quíd uos? nunc etiám nobis reddítis filios et séruom,
An ego éxperiar tecum, úter habeat pugnís uim maiorem? :: Ábin hinc?

cf. Stich. 311 conl. Amph. 390. 396. Nam coniunctiuum reponere uulgati adhuc *experior* loco quin necesse sit uix dubitabitur: cf. Ter. Adelph. 128. Eun. 603 sqq. Plaut. Trin. 968. — Ceterum ad clausularum locum pertinent praeterea quae mox de uu. 1158 sq. disputanda erunt.

1) Vid. Spengelium et Studemundum ll. s. ss. conl. Muellero Pros. Pl. p. 140.

Ex his Ritschelius exteriores quidem recepit in suam recensionem, nisi quod et in primo retinuit *satin'* neque inseruit in quarto *huc*: medios ita immutauit, ut ad supplenda haec *Quod míhi erat, ⟨nunc⟩ id me éxorat* uersus 79 huc adscisceret priorem partem: *BAC: Te amábo et te amplexábor*; dein post uersum 88 neque dispestum illum quidem et plane ex Schneideri coniectura scriptum, a qua Hermannus eo recesserat, quod *uellem* substituit pro *mauellem* — pone hunc conlocatum totum insereret uersum 77; postremo lacunosum scilicet uersum 89 talem quem olim fuisse suspicaretur:

⟨BAC:⟩ Satin' égo istuc habeo offírmatum, ⟨ut illís iratus né sis⟩?

Cuius quidem sententiam plane amplexus est Fleckeisenus.

Atque omnes illi, et qui septenarios continuauerunt et qui talis aequalitatis curam deposuerunt[1]), quae supra sunt uersus 3 posteriora uerba Bacchidis esse existimabant: quae sequerentur, Nicobuli ad illa respondentis. Quod tamen quominus probemus impedimur uerbi *offirmare* ui et usu. Cuius quae sit propria notio apertissime ostendunt haec quae léguntur apud Apuleium[2]): *pertica offirmare stabuli fores*: est igitur *occludere et aduersus omnia, quae extrinsecus inuadant, stabilire.* Unde satis facile fluxit locutio *animum offirmare*, quam habes Merc. prol. 82. Amph. 646. Pacuu. 293 Ribb., cf. Cic. Att. I 11; a qua non multum differt *se offirmare*, quod exstat Ter. Haut. 1052. Accius 372 Ribb. Iam cum infinitiuo coniunctum *offirmare* significat *aduersus omnia quae deterreant detrahantue (preces potissimum alicuius) constanter tenere propositum consilium aut faciendae alicuius rei aut non faciendae*: uelut legitur Pers. 222 *offirmastin' occultare*, quod eodem fere redit ac in u. qui praecedit *certumnest celare*; cf. Ter. Eun. 217. Hec. 454 (quo loco Donatus interpretatur *aduersus omnia obstinate agere*). Simili ratione in Sticho u. 68 dicitur *si offirmabit pater*

1) Ad eos, quos supra nominaui, adde Ussingium, qui u. 89 supplet *offirmatum ⟨quod dixti? NIC:⟩ Quod semel dixi* ||.

2) Metam. VII cap. 28 p. 200 Elm.

aduorsum nos, ubi animo supplendum (cf. uersum seq.) *istuc facere*[1]).

Optime igitur u. 86 sq. se habent haec: *satin' offirmatum quod mihi erat id me exorat?*: offirmatum enim Nicobulo erat non intro sequi; tamen exorasse iam uidebatur Bacchis idem illud ut sequeretur. Nam de uenia danda haec non dicta esse satis dilucide declarare mihi uidentur quae statim sequuntur: alienam uidelicet sedem obtinent, quae metrum eadem insequentium uersuum conturbant, priora uersus 86 uerba. Iam uero uideamus de posteriore illo, num satis apte ipsa Bacchis dicere uideatur *Satin' ego istuc habeo offirmatum?* Quorum duplex fingi potest interpretatio: aut in talem sententiam: *satisne certum illud est, quod modo impetraui, scilicet ut illis ignoscas?* aut quod in eandem fere partem ualet: *satisne diu in constantia ego perseueraui perstitique in orando, ut nunc omne iam depulsum sit ab illis periculum?* Nam aliam sententiam hic quidem intellegere uix possumus, quae est in recensionibus et Hermanniana et Ritscheliana enuntiationum cohaerentia, ut possit Nicobolus non inepte ad illa respondere: *Quod dixi semel, haud mutabo*: quae si eo referre uelis, quod ipse Nicobulus in corruptelam conlapsus intro sequi animum induxerit, mirum quantum tenuis et ieiunitate frigida euadat sententia. Atque ex his quidem rationibus etsi iterum cognoscitur uix ac ne uix quidem consistere haec uno tenore cum prioribus illis coniuncta: istae tamen interpretationis subtilitates nihil ad nostram rem: nunc quaerimus hoc, num omnino offirmandi uerbum ad rem possit ualere, quae utrum fiat necne apud aliam quandam personam sit arbitrium. Quodsi in omnibus exemplis is est constans huius uerbi usus, ut rei aut faciendae aut non faciendae penes ipsum offirmantem sit potestas[2]): cum accedat, quod hoc ipsum unice in uocis illius propria ui ac notione positum est: num quis dubitabit negare uerba illa, de quibus

1) Tamen hoc in loco nescio an propius ad uerum accedamus, si suspicemur excidisse *se* ante *aduorsum*.

2) Etiam in Stichi exemplo ne umbram quidem dubii relinquit qui sequitur u. 69.

quaerimus, Bacchidi tribui posse. Sunt igitur eiusdem personae eandemque habent uim et significationem ac priora illa, quae exstant u. 86ᵇ. 87; nec possunt coniungi cum iis, quae amplae quidem lacunae intercessu in ipso Vetere segregata consequuntur: *Quod semel dixi, haud mutabo*: quibus exemptis percommode cum reliqua uersus 90 parte in unius septenarii integritatem coalescunt. Illa autem ipsa, quae turbabant sanam sermonum rationem, quid tandem inuenietur quod aut lenius sit aut magis ex ipsa rei natura aptum, quam ut conglutinentur cum hemistichio illo uersus 86 priore, quod et ipsum tollere uidebatur sincerum et necessarium sententiarum nexum, hoc quidem exemplo:

⟨BAC:⟩ Hanc uéniam illis sine te éxorem. ⟨*NIC:*⟩ Quod sémel dixi, haut mutábo.

Quem uersum ab huius loci argumento prorsus abhorrere apertum est: ubi pristinam suam sedem recuperare uideatur, nunc non curamus. —

Atque hoc quidem in loco satis comptam consequi licuit septenariorum integritatem, neque opus erat cum Ritschelio ad ultimum illud et extremum recurrere, ut lacuna statueretur: non pari lenitate alii loci castigandi sunt. Etenim, cum uel magis quam librorum auctoritas respicienda esset ipsius Plauti ars et consuetudo, quem quidem quantum fieri posset, singula enuntiata singulorum uersuum finibus comprehendere solitum esse non opus est exemplis probare: aegre tuli dispesci hunc elegantissimum septenarium:

BAC: Immo équidem pol tecum áccumbam, te amábo et te amplexábor.
78ᵇ. 79ᵃ

Accedebat, quod quae sequerentur in principio uersus conlocanda esse et uerborum rhythmus docebat neque alio pacto uu. 80 sq. septenariorum, ut par erat, mensurae conciliari poterant: contra quae praecedunt (uersus 78 dico principium) aequo iure prius ac posterius septenarii membrum constituere uidebantur. Itaque ante haec dimidiam uersus partem exci-

disse notaui [1]): cui suspicioni num conueniant sententiae rationes posterioris erit disputationis.

Haud multo secus res se habet u. 50 sqq.: ante quos excidisse unum hemistichium mihi quidem Hermannus non probauit [2]). Retinendum potius duxi quem integrum B exhibet septenarium 50: [3]) ergo sequentes duos uersus, quorum quidem exitus uerbis *filios et seruom* et *maiorem*. *PHIL: Abin hinc?* constitui uidebantur, ut potui suppleui [4]). Supplendi item erunt soli coniecturae confiso quicunque etiam restant mutili septenarii: scilicet praeter uersus 78 priorem illam partem nostra distributione posteriorem factam uersus 59 et 72 [5]). Ex quibus de prioribus illis tum demum iudicare licebit, cum mutuas sententiarum rationes perpensauerimus: tertii (u. 72) cognata cum u. 52 ea est indoles, ut manca appareat ipsa orationis species. Etenim, quamquam illius generis enuntiationes coniunctione *ut* praemissa absolute positae cum in optandi tum in exsecrandi formulis passim inueniuntur: desidero tamen exemplum secundae personae ita usurpatae. Cum in hac igitur re ab Hermanno dissentiam, ne Ritschelio [6]) quidem adstipulatus intactum relinquendum duco sanum huius uersus prius hemistichium: itaque tale quid intercidisse conicio:

Atque út eis delicta ignoscas ⟨potin' ánimum inducere?⟩ PHIL: Fáciet.

Ceterum in his omnibus quae addiderim exempli tantum causa

1) Eandem de coniungendis hemistichiis 78[b] et 79[a] rationem Hermannus iniit, longe diuersam de redintegrandis iis quae praecedunt (u. infra adnot. crit.): quo quidem in negotio parum feliciter illi rem cessisse haud immerito Ritschelius iudicat. Quamquam non multo felicius, nisi fallor, ipsi Ritschelio: qui non dispesto u. 78, ut lacunae importunitatem euitaret, sustulit et sequentis uersus caput et totum superiorem reponenda scil. in extrema illa particula, in quam paululo ante inquisiuimus. Audaculam coniecturam probauit Fleckeiseno.

2) Probatum est Ritschelio Fleckeisenoque.

3) Seruarunt hunc etiam Studemundus Spengeliusque, opinati quidem sequentia quoque sana esse.

4) Qua in re quas secutus sim rationes supra aperui.

5) Mancum esse utrumque et Vetus ostendit et consentiunt editores.

6) De horum coniecturis u. adn. crit.

addita esse, quo facilius cognoscatur quamnam censeam olim fuisse sententiarum sese excipientium integritatem, non opus est disertis uerbis monere.

§ 47. Iam cum restet grauissima huius disputationis pars, cuius sit inquirere in argumentum scaenae ac compositionem: quo expeditior reddatur loci illius explanatio, proponemus eiusdem tertiae scaenae partis, quam ex Veteris fide supra perscripsimus, exemplum emendatius tale, a quali proficiscendum nobis uideatur, i. e. quod nihil sit nisi uestigiorum pristinae scripturae temporum iniquitate multis modis turbatorum tamquam interpretatio. Quo quidem exemplo et comprehendetur uno conspectu quidquid effecerimus superiore disputatione et ratio reddetur uariarum quae de ipsa scriptura propositae sint, coniecturarum; ut legentibus ipsis potestas sit iudicandi, et satisne conuenienter artis criticae rationibus nos instituerimus ipsius traditae scripturae emendationem, et num fieri possit, ut sententiarum argumentique rationibus reputatis in tali exemplo acquiescamus, denique existimandi num forte in iis offensionibus difficultatibusque, in quas inquiret posterior nostra disputatio, sint quae iam satis apte dilutae esse uideantur alius cuiuspiam coniectura.

Librorum memoria emendatior.

I | 50 *Vet.* BAC: Sequere hác. NIC: Eunt eccas tándem probriperlécebrae et persuastríces. 1166b. 1167a R.
〈*Eho,*〉 quíd 〈*uos*〉? nunc etiám nobis reddítis filios et séruom, 1167b. 1168a
An ego éxperiar tecum 〈*iúter habeat pugnís*〉 uim maiorem? PHIL: Ábin hinc? 1168b
Non hómo tu quidem es, qui istóc pacto tam lépidam inlepide appélles.
V | BAC: Senex óptume, quantumst ín terra, sine 〈*me*〉 hóc exorare áps te, 1170

Adnot. crit.:

In hac adnotatione sciendum non a Ritschelii recensione, sed a libris me profectum esse: ille tamen qualem probauerit uersuum dispositionem ex numeris quos addidi cognoscere licet. | I. probriperlecebrae *cum editt. uno uerbo comprehendi, ne soluta quarta arsi diaeresis fiat; sed cf. Ussingii commentarios.* | II sq. *De his uu. in § 46 uberius dictum est.* quid núnc? iam redditis nóbis ‖ Filiós *edd.* | V. me *inser.*

55 Vt istúc delictum désistas tanto ópere ire oppugnátum.
56. 57 NIC: Ni abeás, quamquam tu's béllа, malum tibi mágnum dabo iam. BAC: Pátiar: 1172
Non métuo ne quid míhi doleat quod férias. NIC: Vt blandíloquast:
Ei, míhi metuo. SOR: Hic magis tránquillust * * * 1174a
X 60 ⟨*BAC:*⟩ I hac mécum intro atque íbi, sí quid uis, filiúm concastigáto. 1175
NIC: Abin á me, scelus? BAC: Sine, méa pietas, te exórem. NIC: Exores tú me?
SOR: Ego quídem ab hoc certe exórabo. PHIL: Immo ego te óro, ut me intro abdúcas.
SOR: Lepidúm te. PHIL: At scin quo pácto me ad te ĭntro ábducas? ⟨*SOR:*⟩ Mecum út sis.
64. 65a *PHIL:* Omnía quae cupio cómmemoras. NIC: Vidi égo nequam homines, uérum te 1179a. 1180a
XV 65b Nemĭnem deteriorem. PHIL: Íta sum. 1180b
BAC: I hac mécum intro, ubi tibi sít lepide uictíbus, uino atque unguéntis.
NIC: Satis, sátis iam uostrist cónuiui: nil paénitet, ut sim accéptus.
Quadrigéntis Philippis fílius me et Chrysálus circumduxérunt:
69. 70 Quem quídem ego ut non ⟨*hodie*⟩ éxcruciem, tantum áltrum auri non méream. 1184
XX BAC: Quid tándem, si dimídium auri reddítur: in' hac mecum íntro?

Ritsch., Fleck. | VII. bella's *Ritsch., Fleck.: transposui cum Hermanno, ne soluatur arsis ante diaeresim; cf. Muellerum Pros. Pl. p. 122 adn. 2.* | IX. Hei *edd. Bacchidis nota, quam exhibet Db, reposita orationis alteram partem excidisse (fortasse tale quid:* tu quóque tranquillus fíto *Herm.) significant edd.: retinuerunt Sororis notam prima quidem huius uersus uerba Bacchidi tribuentes Acidalius, Ussingius.* | X. *Bacchidis esse uerba editores consentiunt.* ibi *pro* abi *Pylades.* | XII. *Sororis notam reposuit Acidalius.* | XIII. SOR: *ante* Mecum *Acidalius.* | XIV sq. *de metro § 46 dictum.* PHIL: Omnia *Vulg., edd. post* commemoras *intercidisse hemistichium edd. significant; supplet Ritsch.:* SOR: Omnía quae cupis euénient *uel* SOR: Lepide áput me tu eris accéptus. homines *Lambinus, Ritsch., Fleck.* nemĭnem, *ut elidatur* i, *Fleck., cf. Christium metr. p. 270 et Hasperum de dupl. exitu Poenuli Pl. p. 22: quod si quis fieri posse negabit, ei cum Herm., Ritsch., Spengelio l. l.* nullum *substituendum erit.* neminem *Studemundus l. s.* nĕminém *Muellerus Pros. Pl. p. 441.* | XVI. *Duplex* i, *quod et u. 66 et 60 solus exhibet B, non dubito quin ortum sit ex antiqua scriptura* ei (*unde fortasse C h. l.* E hac), *quam librarii permutauerint pronominis demonstr. forma* ii. | XVII. nil *pro* me nihil *edd.* | XIX. hodie *addid. edd.* alterum tantum auri *seruauit Fleck.* auri *om. Ritsch.* bis tantum auri *Herm.* tantum altrum auri *Brn, cf. Ribbeckium fr. comic. lat. praef. p. X, Ritschelium Opusc. II p. 458. Ceterum cf. Men. 247 R.* | XX. in'] *uide Ritschelii adn.* | XXI sq. *Ritschelius hoc exemplo uersum XXI suppleuit:* Atque ⟨induces animum, haéc⟩ ut eis delicta ignoscas. :: Fáciét, *quod praeter Fleck. probauit Uss.; Herm. uersus exi-*

Atque út eis delicta ignoscas ⟨*potin' ánimum inducere?*⟩
PHIL: Fáciet. 1186
NIC: Minumé, nolo, nil móror, sine sic: malo íllos ulcisci ámbo.
PHIL: Etiám tu, homo nihili, quód di dant boni, cáue culpa tua amíssis.
75 Dimídium auri datur: áccipias potésque et scortum accúmbas.
XXV NIC: Egon, úbi filius corrúmpatur meus, íbi potem? PHIL: Potándumst. 1190
NIC: Age iam, útut est, etsist dédecor*i*, patiár: facere inducam ánimum. 1201
78ª * * * ⟨NIC:⟩ Egon, quom haec cum illó*c* accubet, inspéctem? 1191ª
78ᵇ. 79ª BAC: Immo équidem pol tecum áccumbam: te amábo et te amplexábor. 1191ᵇ. 1199ᵇ
79ᵇ. 80ª NIC: Caput prúrit. perii. uíx negito. BAC: Non tíbi in mentem⟨*st, te*⟩ amábo, 1192
XXX 80ᵇ. 81 Si dúm uiuas tibi béne facias, pol id quídem esse haud perlongínquom, 1193
Neque, si hódie amissis, póstid in morte hoc éuenturum esse úmquam?
NIC: Quid agó? PHIL: Quid agas rogitás etiam? NIC: Lubet ét metuo. *BAC:* Quid métuis? 1195

tum abscissum esse ratus post ignoscas *haec exhibet:* PHIL: Faciét. NIC: Minime. PHIL: * * *, *adscito huc* minime *ex u. seq., quem* istuc *post* moror *inserto supplet: u. § 46.* moro *Ritsch., Fleck.* | XXIII. tua culpa *Muellerus Pros. Pl. p. 417 et 458.* | XXIV. *Veteris scripturam* scurtum *cum Fr. Schoellio Anal. Plaut. p. 46 et hoc loco seruare et sine librorum praesidio restituere u. huius fabulae 72 cur neque necessarium neque probabile sit docebit G. Goetzius in iisdem Analectis p. 114 adn. 15.* | XXVI sq. id utut est *cum libr. Uss.* id *deleuerunt Ritsch., Fleck.* dedecori *Ritsch., Fleck., Uss.* dedecŏrum *Muellerus Pros. Pl. p. 406 et, ut uidetur, Herm.* illoc *Brn.* accubet *FZ, edd. Versum XXVI a Ritschelio transpositum huc reduxit Uss., continuata Philoxeni oratione et ab initio* Ego *pro* Age *substituto. Hermannus hos conformauit septenarios:* NIC: Age iám id, ut ut est, etsi ⟨satis⟩ est ⟨hodié⟩ dedecorum, pátiar? || Facere inducam⟨ne⟩ animúm ⟨meum⟩ ego ⟨ut⟩, quom haec cum íllo accubet inspéctem? | XXIX sq. *uersus praeclare restituit Fleck., nisi quod Ritschelio duce cum FZ Philoxeno tribuit quae Bacchidis esse* (*ut est in B: idem Vulg., Herm. et postea Uss.*) *comprobauit Seyffertus Stud. Pl. p. 1 sq.* num in mentem uenit amabo *Herm.* non iam tibi uenit in mentem *deleto* amabo *Ritsch.; cf. praeterea Spengelium T. M. Plaut. p. 232 et Muellerum Pros. Pl. 91, qui octonarios constituunt.* iam pol id quidem *cum libr. Spengelius ibid. p. 90, Muellerus l. l.* pol id *Herm., Ritsch.* tam (*i. e.* tamen, *quod scripsit Weisius*) *pro* iam *conl. Stich. 44 substitutum Ussingio probauit Seyffertus Stud. Pl. p. 14.* | XXXI. hoc *ante* hodie *retinuerunt edd., Uss.* hoc *pone* morte *conlocato* id, *quod illic exstabat, cum* post *coniunxit Brn.* amissis *edd.* amiseris *seruat Uss.* id post in morte euenturum *sine* esse *Herm.* post in morte euenturum esse *sine* id *Uss.* id post mortem euenturum esse *Ritsch., Fleck.* | XXXII. sed metuo, BAC: *Uss., sensu iubente, ut illi quidem uidetur; sed cf. Ballas de partic.*

NIC: Ne obnóxius filio sim ét seruo. BAC: Mel méum, amabo, istaec *sínito*.

85 Tuost: únde illum sumére censes, nisi quód tute illi déderis?

XXXV 86ª. 89ᵇ. 90ª — ⟨BAC:⟩ Hanc uéniam illis sine te éxorem. ⟨*NIC:*⟩ Quod sémel dixi, hau mutábo. — 1198ª. 1203ª

86ᵇ. 87 NIC: Vt térebrat: satin' offírmatum quod míhi erat, id me exórat? 1198ᵇ. 1199ª

88 Tua sum ópera et propter te ínprobior. BAC: Ne *tís* quam mea mauéllem. 1200

89ª. 90ᵇ ⟨*NIC:*⟩ Satin' égo istuc habeo offírmatum? BAC: It diés, íte intro accúbitum: 1202ª. 1203ᵇ

Filíi uos expectánt intus. NIC: Quam quídem actutum emoriámur. 1204

XL BAC: Vespér hic est: sequi*te* ⟨*hac*⟩. NIC: Dúcite nos, quo lúbet, tamquam quidem addíctos.

93 *SOR:* Lepide hí sunt capti, fíliis qui fecére insidias. ⟨*BAC:*⟩ Íte. 1206

cepulat. p. 11. BAC: *pro* PHIL: *uulgatur, haud inepte meo iudicio: idem edd., qua in re Veteris dissensus Ritschelium praeteriit; de prioribus item Philoxeno eripiendis in adnot. Ritschelius cogitans mihi suspicionem illam non probauit.* | XXXIII. *pro uulgato adhuc* fiunt, *quod certissime corruptum, ad sensum quidem satis apte* mitte *coniecit Seyffertus Stud. Pl. p. 14:* sinito *dubitanter Brn. frustra est Uss. adscito u. Curc. 673 scripturam* fiam *comprobasse sibi uisus.* | XXXIV. sumere censes *edd.; traditam conlocationem seruat Uss.* | *De uersibus* XXXV *ad* XXXVIII *satis copiose supra disputauimus.* | XXXVII. tis *C. E. Ch. Schneidero auctore Ritsch., Fleck.; qua coniectura num sanatus u. sit dubito:* eius, *i. e. Philoxeni, quem intuitus priora Nicobulus loculus sit, mira quadam et contorta interpretatione addita Uss.* | XXXIX. *Non interrogare Nicobulum, quod significauerunt Ritsch. et Fleck., recte monet Uss.* | XL. iam *praemis. Ritsch.* sequite hac *Brn: cf. adn. crit. u. 169 § 30.* séquimini *c. libr. Muellerus Pros. Pl. p. 119 conl. 446, Uss.* ite sequimini (ite *ex seq. u.*) *editores, cum in altera uersus parte alius alia deleret.* NIC: *cum BF Brn.* PHIL: *DbZ, Vulg., edd., Uss.* | XLI. *sublato* ite *et* ipsi hi *et* suis qui filiis *retinuerunt edd., Uss.* hi (*cum C*) *et* filiis qui *seruato* ite *Bothius. Priorem notam mutauit, alteram addid. Brn, personarum mutationem ante* Ite *olim significatam fuisse colligens ex grandiuscula littera, a qua in B illa uox incipit: Bacchidi uersum cum libris tribuunt edd. omnes.*

Hoc huius scaenae exemplo accurate perlustrato unusquisque sentiet quae nunc tradantur ab ea sententiarum sermonumque sana et necessaria concinnitate, ab argumenti potissimum actionisque expedito illo eodemque constanti progressu, in quo uel mediocris acquieuerit poeta, longissime abesse.

Ac u. IX quidem iam Acidalio dubitationem iniecerat: qui Diuin. p. 218 de uerbis *Ei, mihi metuo* 'Diutiuscule, inquit, constat adhuc in suo rigore. Magis credam meretricis ipsius ea uerba: quae cum minas senis et uerbera nihil se me-

tuere dixisset, ad sororem iam conuersa tamen metuere fateatur, siue ne ab irato sene uapulet, siue ne frustra conetur eum labefactare. Cui opportunissime subiunxerit altera mox: *hic magis tranquillus est.*' Atque ille quidem quod non uacare offensione ista uerba putauit, rectissime; qua emendatione offensionem remoueri sibi persuasit, parum feliciter meo quidem iudicio. Eandem autem et uitii comprobationem et de medela adferenda coniecturam nuper prompsit Ussingius. Addit tamen: 'Bacchis haec dicit Nicobulum aut pugno aut sublato baculo sibi minantem timere se simulans; sed uerisimile est ante haec excidisse minax aliquod Nicobuli uerbum.' Sed ut largiamur per se ferri posse aliquo modo uel tale uersus IX supplementum:

⟨*Iam cáput hoc faxo ego sénserit. BAC.*:⟩ Ei, mihi métuo. SOR: Hic magis tranquíllust:

qui conuenient haec cum eiusdem Nicobuli iis uerbis, quae praecedunt: *Ut blandiloquast*? Itaque et haec et temptata illa a criticis uerba *Ei mihi metuo* Philoxeno tribuo, cui coniecturae etiam illud fauere uidetur, quod statim Soror nudo *hic* pronomine Philoxenum significat. Post illius autem uerba excidisse puto Bacchidis responsum, cuius haec fere fuisse potest sententia: *Iam ego illum aéque placidum réddam*; quibus dictis percommode statim ad ipsum Nicobulum conuersa pergit[1]) blandiri atque orare: *I hac mecum intro e. q. s.* Ceterum, si quis obiciat illa *Ei mihi metuo* modestius dicta esse pro eius adfectu, qui u. 1155—1165 ultro sese turpissimo amore plane captum esse fassus sit, mox nihil se magis cupere, quam ut Soror amori suo morem gerat, sine ullo pudore pronuntiet: equidem, cum in scaena haec agerentur, talia nemini in mentem uenisse puto; ubi Philoxenum ad spectatores uerba illa non sine uehementi aliquo gestus motu dixisse suspicor.

Omnino dici nequit quantum ad intellegendas eas potissimum scaenas, in quibus non sedata narratio aut deliberatio,

1) Ita apparet cur non exstet ante u. X Bacchidis nota.

sed concitatior quidam inest motus et dialogi et actionis, contulerit gestus uocisque artificiosa uarietas. Quae qualis fuerit nos quidem suspicari tantum possumus [1]). Veluti frustra sit qui offendat in uersuum X. XVI. XX aequalitate, quam consulto nec sine arte adfectasse uidetur poeta. Quodsi iterum iterumque illud *i hac mecum intro*, in quo summa posita est totius scaenae, iisdem fere uerbis elatum cum suaui quadam uocis gestusque uariatione ex cuiusque loci condicione apta recitabatur, in hac ipsa re uel summa actoris ars conspici poterat. Simili de causa ille locus, quem modo tractauimus, uersusque qui utrimque proximi sunt (V—XII), etsi tam multis uerbis non opus erat, tardioris tamen ubertatis uitio carere uidentur: cumulantur enim cum gradatione quadam ut meretricum preces ac blanditiae, ita abnuentis senis minae fastidiosique horrores.

Sed uereor ut omnes offensiones, quae inter legendum suboriuntur, ab his rationibus satis aptam inueniant explicationem. Uelut haeremus in u. XXXVIII: non quin cogitari possit senem, ubi obsistere inlecebris desierit uictusque iam manus dederit, statim tamen huius rei paenitere atque denuo pungere subnatis haesitationibus aculeos: at ineptissimum esse concedes, quam modo abiecerit ipse rem (u. XXXVI), totidem uerbis eandem uno uersiculo intermisso iterum renouare. Quo accedit, quod altera quoque huius uersus pars inutilis est,

1) Quam quidem rem in canticis potissimum, quae mutatis modis composita sint, obseruandam esse a Goetzio Ribbeckioque monitus sum: quae credendum esse comparationem aliquatenus recipere cum illis fabularum partibus, quae in nostris theatris inter crebras saepe iterationes cantari ab actoribus soleant. Qua de causa, ut exemplo fungar, in ea scaena, quae huic praemissa est, etiamsi subtilis singularum enuntiationum consideratio rationumque reputatio earum, quae intercedunt inter illius et inter superioris scaenae exitum, suadere potest uideri, ut uu. 1108—1111 uersuum 1112—1115 loco a retractatore confictos esse credamus: poetam tamen subtiliores logices rationes rhythmicae cuidam qua sermonum cola distinguerentur responsioni eorumque, quae alternis uicibus inter similes gestus species miserrimi senes uociferarentur, aequalitati postposuisse puto. Ad spectandum enim, non ad legendum compositae sunt Plauti comoediae.

quoniam eadem inest in u. XL[a] sententia. Quid? uersus ille XXXV, quem apparebat non suam obtinere sedem, cum satis idoneum locum inuenire nequeat nisi in uersibus alicubi XX—XXII — praecedere enim oportet, quibus definite ueniam illam deneget Nicobulus — illic tamen ubiuis eum conlocaueris, uide ne molestior euadat sententiae cum uicino u. XXI adfinitas.

Atqui suspicetur forte quispiam interpolatum esse et u. XXXV et XXXVI eorumque in loco reponendos esse XXXVIII sq. Audacula uidetur talis in his uersibus suspicio. Tamen ista missa faciamus et transeamus ad examinanda alia.

Grauissimas enim dubitationes adfert totius loci XXIII —XXXVII condicio. Ubi ut ab offensione satis defensam esse concedamus uersuum XXIII sq. et XXIX—XXXI propinquitatem, quibus bis idem illud, ut diem carpat, Nicobulo suadetur: ut id, quod potest sane suspicionem mouere, ferendum iudices, quod in uersibus XXV et XXVII ad sententiarum similitudinem summa accedit formae aequalitas: quam tandem censes esse in toto loco rerum sententiarumque cohaerentiam? Nonne Nicobulus, cum labefactus paulatim Bacchidis inlecebris tum amici cohortationibus fractus, iam deposita omni religione descenderat ad turpissimum obsequium disertisque uerbis u. XXVI id pronuntiauerat? Nihilominus continuo u. XXVII pergit aspernari, abnuere, cunctari. Attamen, si ipse experrecta quodammodo uirtute a turpitudine subito animum reuocauerat: at ab iis, qui in permulcendis redintegratis illius scrupulis operam consumunt, animaduerti certe oportebat miram illam uoluntatis mutationem: cuius quidem rei nullum usquam apparet uestigium. Mehercle, cum haec legimus, non solum crebris interstitionibus testudineo gradu procedere, sed quasi pede retracto nostra iterum premere uestigia nobis uidemur.

At fortasse aliquis dixerit ex hac ipsa re intellegi quam bene Ritschelius turbatum apertissime sententiarum ordinem restituerit: multum enim abesse, ut iam inclinatus fractusque sit Nicobuli animus; itaque unius uersus XXVI transpositione sublatam esse omnem difficultatem. — Age uero uideamus

num uere salutaris Ritschelius [1]) huic causae exstiterit patronus. Omitto, quod etiam aegrius sic accipitur simillima sententiarum in uu. XXV et XXVII conformatio: omitto illud quoque, quod ipse u. XXVI etiam in exitu scaenae, quo eum rettulit Ritschelius, redundat: respice sis mecum reconditiores ipsorum enuntiatorum rationes; quae quidem, si a Plauto ita composita sint, credendum est non fortuito externoue contineri uinculo, sed arte et consilio intimaque quadam sententiae necessitate inter se nexa esse atque ita ex alio aliud aptum, ut nihil inutile dictum, nihil non suo loco positum uideatur.

Quodsi uidemus in iis, quae antecedunt, plurimum ualere rerum inopinatarum cum multitudinem tum celeritatem, qua opprimatur imprudentis animus ipsaque praeoccupetur quodammodo cogitatio, cum undique praeter exspectationem omnia in eum inuadere uideantur: suauissimae Bacchidis blanditiae, quibus obtunduntur ipsius minae; amici uixdum ad proelium sese expedientis turpissimum transfugium, quo percellitur animus; auri recuperandi iucundissima spes, qua ad ceteros indulgentiae suasores in ipsius pectore adsciscitur auaritia: quid? cum his omnibus paratus et iam paene captus sit eius animus, abhorreat tamen quod pudoris in eo relictum sit [2]) a filii cum scorto accubantis adspectu: num temere credis ita rem institutam esse, ut subito totus consternatur fucata atque impudentissima meretricis simplicitate, cum de filio iam non agi dicat, immo cum ipso sene sese accubituram esse? Ita ille, dum quasi ad propugnacula se parat defendenda, iam de ipso oppido miserrimus certamen esse uidet. Atqui hanc uel Plautinissimam uersuum XXVII sq. festiuitatem nonne apparet misere detrahi seu potius plane exstingui, si praepropere Philoxenus eandem illam rem quasi praeripiat u. XXIV?

Ergo Ritschelium censeo iniuria uersum XXVI ex eorum

---

1) Nam qualia sint et Hermanni et Ussingii commenta, quae attuli in adn. crit., unusquisque facile iudicabit.

2) Praeclare ad ultimum certamen enixe omnis uires corripientis adfectum exprimit concitata abruptorum membrorum cumulatio, quae inest in u. XXII.

qui praecedunt consortio exemisse, quippe in quibus non lenius lateat offensum, quam quod manifestum in oculos incurrit in illo; nec aut transpositione aut interpolationis forte indagatione, si quid superiore disputatione effecimus, huic certe loco patet consulendum esse, sed cum retractatoris rem nobis esse industria: hunc uidelicet, fortiter quidem contrahentem, quae Plautus composuisset, uersus XXIII—XXVI substituisse eorum loco, qui essent in germano exemplari XXVII—XXXVII. Qua certe coniectura apparet et plenissime nec non, ut nobis quidem uidetur, praesertim in scaena, quam passam esse retractatoris operam aliunde demonstratum sit, lenissime tolli omnem de qua quaesiuimus difficultatem.

Hac uero opinione nisi falsi sumus: quoniam aliis praeterea haec scaenae pars deformata uidebatur compositionis uitiis atque iis quidem, quibuscum coniuncta esset molesta earundem sententiarum locutionumque iteratio: num quibus istae tollantur offensiones alia circumspiciemus artificia, quam eandem illam et simplicissimam et efficacissimam explicationem, quae posita est in duarum recensionum confusione? Ergo retractatori tribuentur praeter illos XXIII—XXVI uersus XXXV et XXXVIII, quorum quidem cum posteriore coniunctissimus tollendus simul uidetur qui sequitur u. XXXIX.

§ 48. Iam his remotis satis apte conueniunt inter se quae reliquae factae sunt partes, neque quicquam disputationem etiam requirere uideo, nisi mancum adhuc uersum XXVII.[1]) Cuius quae seruata sunt Nicobulum ad Philoxenum conuersum dicere, illius igitur fuisse, quae praecederent, nunc amissa, intellegitur e tertiae personae usurpatione *haec accubet*. Quae quidem possunt accessisse ad huius sententiae similitudinem: *uiden ut scit fastidire?* nimirum ut eodem modo ac u. XXI ad Bacchidem pergens dicere ludibrio haberet sua aliquantulum

1) Sicubi in ipsis potissimum duarum recensionum praue mixtarum commissuris cum grauiora uitia inrepserunt tum intercidit aliquid: hoc quidem ex ipsa rei natura consequens propositaeque sententiae emolumento magis quam detrimento esse duco.

pertinaciorem illius uirtutem. His ita reconcinnatis non metuo ne supra quam credibile sit subitariam fieri iudices uoluntatis conuersionem, siquidem et informes animo adsurgentes pedetemptim, quos ostendere paulo ante conatus sum persuasionis quasi gradus, et in ipso legendo adsumpseris, ut par est, totam quae praecedit sermonum partem.

Itaque iam summam eorum, quae superioribus effecisse nobis uidemur, supplementi instar exempli supra expressi ante oculos ponamus.

VII. NIC: Ni abeás, quamquam tu's bélla, malum tibi mágnum dabo iam. BAC: Pátiar:
Non métuo, ne quid míhi doleat, quod férias. *PHIL:* Vt blandíloquast:
Ei, míhi metuo. SOR: Hic magis tránquillust. ⟨*BAC: Iam ego illum aéque placidum réddam.*⟩
X. I hac mécum intro atque ibi, sí quid uís, filiúm concastigáto.

XX. BAC: Quid tándem, si dimídium auri reddítur: in' hac mecum íntro?
Atque út eis delicta ígnoscas ⟨*potin' ánimum inducere?*⟩ PHIL: Fáciet.
NIC: Minumé, nolo, nil móror, sine sic: malo íllos ulcisci ámbo.
XXVII. ⟨*PHIL: Viden út scit fastidíre? NIC:*⟩ Egon quom haec cum illóc accubet, inspéctem?
BAC: Immo équidem pol tecum áccumbam, te amábo et te amplexábor.
NIC: Caput prúrit. perii. uíx negito. e. q. s.

XXXIV. Tuost: únde illum sumére censes, nisi quód tute illi déderis?
XXXVI. NIC: Vt térebrat: satin' offírmatum quod míhi erat, id me exórat?
Tua sum ópera et propter te ínprobior. BAC: Ne tís quam mea mauéllem.
XL. Vespér hic est: sequíte ⟨*hac*⟩. NIC: Dúcite nos, quo lúbet, tamquam quidem addíctos.
SOR: Lepide hí sunt capti, fíliis qui fecére insidias. ⟨*BAC:*⟩ Íte.

Restat ut quaeramus quomodo inter se conectendae sint disiectae quas expulimus alterius recensionis reliquiae. Quae quidem res incertissima est. Neque enim quantum ex

Plautinis in suum usum conuerterit retractator satis certa coniectura adsequi possumus, neque scimus num omnia, quae ille nouasset, aut omnino recepta sint in grammaticorum exemplaria aut nobis seruata. Tamen impetrare a me non potui ne iis, quae in potestate essent, ita uterer, ut intellegeretur quaenam fuisse possent sententiarum uices.

Teneamus igitur cum in exordio huius scaenae tum in ipsa extrema parte satis uiolenter uideri retractatorem quasi amputando in angustum coegisse sermones. Quodsi causa non est cur negemus priores XX uersus intactos retractatorem reliquisse: quae restant haud mirer si ad hanc fere speciem composita fuerint:

XX. BAC: Quid tándem, si dimídium auri reddítur: in' hac mecum íntro?
XXXV. Hanc uéniam illis sine te éxorem. ⟨*NIC:*⟩ Quod sémel dixi, hau mutábo.
XXIII. PHIL: Etiám tu, homo nihili, quód di dant boni cáue culpa tua amíssis.
Dimídium auri datur: áccipias potésque et scortum accúmbas.
XXV. NIC: Egon, úbi filius corrúmpatur meus, íbi potem? PHIL: Potándumst.
NIC: Age iam, útut est, etsist dédecori, patiár, facere inducam ánimum.
XXXVIII. Satin' égo istuc habeo offírmatum? BAC: It diés, ite intro accúbitum:
Filíi uos expectánt intus. NIC: Quam quídem actutum emoriámur.
XLI. *SOR:* Lepide hí sunt capti, fíliis qui fecére insidias. ⟨*BAC:*⟩ Íte.[1])

Cuius exempli si non dissimile erat retractatoris opus, ad compendium conlata scaena seruatae tamen erant omnes res in pleniore exemplari adumbratae: uelut uersu XXXIX respexerit ad ea, quae in altera recensione dicta erant uu. XXXIII sq.

Ceterum, ne quid erres, de u. XXXVIII moneo ita rem intellegendam esse, ut senex, postquam satis breui persuasione

1) In hoc igitur exemplo uu. XX et XLI utriusque recensionis communes sunt.

se induci passus sit ad faciendum illud, quod suaderet mulierecula: cum iam ad rationem cogitationemque se reuocet: admiratus rei suo ipsius adsensu comprobatae incredibilem turpitudinem cum dubitatione quadam suorumque sensuum quasi diffidentia quaerat: *Hocine uerum est tam turpiter me captum esse? Nonne satis offirmatum mihi erat aspernari meretricias inlecebras? Num perinde adfectum nunc etiam gero animum?* Quos tamen scrupulos facile statim intercipit persuastricis scitule erudita impudentia.

§ 49. Non pari modo uariis et intricatis quaestiunculis impedita est de media hac scaena quaestio. Quae et librorum auctoritate sanam praebet, ut summatim dicam, sententiam satis apte eam quidem conuenientem cum iis quas restituere conati sumus Plautinae scaenae partibus, neque improbabiliter uidetur Hermanni Ritscheliique beneficio expolita esse. Nisi quod hoc illi nullo modo mihi probauerunt, excidisse aliquid in uersibus 1158 sq.: facilius interpolatoris impudentia in sequentibus accessisse nonnulla crediderim. Quocirca resectis quae redundare uidentur ad hoc potius exemplum probauerim uersum 1159 cum 1161 conglutinatum:[1])

1) Alioquin hypermetrum cum clausula aut hoc modo discribere licuit:

PHIL: Tactús sum uehementér uisco: cor stímulo foditur. NIC: Tíbi
*ede*pol 1158
Multo aéquius coxendícem.
Sed quíd istuc est? etsi égo iam ips*us* quid sít prope scire putó me, 1160
Verum aúdire etiam ex té studeo. PHIL: Viden hánc? NIC: Video. PHIL:
Haud malast múlier,

aut, ut integram in prioribus uersibus tueremur librorum memoriam, conlatis quidem, quae disputat Hermannus Elem. doctr. metr. p. 172 sqq. de iambicis octonariis, qui elisione facta ultimam syllabam in sequentem uersum conicerent, sic:

PHIL: Tactús sum uehementér uisco: cor stímulo foditur. NIC: Pól tibi
multo
Aequíus est coxendícem.

Ceterum cf. Studemundum de cantic. Pl. p. 5, Spengelium T. M. Plaut. p. 134. In u. 1160 *ego iam ipsus* scr. Ritsch., Fleck. *iam ego ipsus* Muellerus Pros. Pl. p. 360. *ipse ego iam* Herm. *iam ego ipse* cum libr. Uss.

PHIL: Tactús sum uehementér uisco: cor stímulo foditur. NIC: *Ede*pol 1158
Tibi múlto aequius coxéndicem. PHIL: Viden hánc? NIC: Video. PHIL:
Haud malast múlier. 1159/1161

Quodsi additicia sunt ista, certo de retractatione scaenica nemo in his suspicionem mouebit.

Attamen dubito num etiam haec media pars histrionum effugerit effrenatam nouandi libidinem. An consulto putemus ita Plautina immutasse retractatorem, ut, quae ipse substituisset, aliis locis repugnantibus perturbarent spectatorum animos? Atque non potuit non offendere, quod Soror, quam uu. 1133—1139 retractator fecerat auersantem consilium a Bacchide propositum, u. 1152 sq. idem eadem non solum non grauate accipit, sed etiam promptum et paratum ad efficiendum illud prae se fert animum. Aegre non ferremus, si cognita re, quam esset opportuna, inuadentibus adeo ultro senibus, quamuis antea oblocuta esset, iam tacens ipsa una cum Bacchide ad inliciendos illos se compararet: at, si modo iterum in rem illam inciderat meretricum sermo, neque silentio praetermittere poeta debebat priorem illam dissensionem et prospicere, ut, qua re commota Soror consilium mutasset, cognoscerent spectatores.

Cui quidem rei quomodo satisfecerit retractator complures cogitatione fingi possunt rationes. Atque ut aperiam paucis quid sentiam: etiamsi omnia in hoc genere perobscurae ac ualde dubiae sunt quaestionis, tamen, quandoquidem histrio ille comoediarum confector praecipue elaborasse uidetur, ut quantum effici posset breuissime ad finem fabulam perduceret:[1]) quoniam condicionem illam a Bacchide latam, quam Plautus posteriori sororum consilio omnem reseruauit, ipse sponte in exordium scaenae contulit: cum accedat huc, quod compilasse ipsum hanc mediam in qua uersatur nostra disputatio partem documento est tertiae huius scaenae pericopes uersus XXXV[2]):

1) In exitu potissimum nonnullas fabulas obseruatum est decurtatas esse: cuius quidem rei in causa fuisse quae fieri solitae essent spectatorum praepropere ex theatro ambulantium concursiones, de Epidico disserens haud inepte coniecit Leop. Reinhardtus Nou. ann. t. 111 (a. 1875) p. 198.

2) Versui 1153, ad quem hic respicit, molestam hanc similitudinem

mihi quidem ueri haud dissimile uidetur simplicissima longe omnium ratione usum interemisse illum aut totam illam mediam scaenae partem aut sororum certe illud secretum conloquium.

Neque uideo cur non sit credibile ita eum praecipitasse rei exitum, ut post uu. 1133—1139 interiectis tantum 1142—1148 statim consequi iuberet uersum 1170, qui nostri exemplaris est quintus. Quod si fecerit, ut ad calculos uocatis rationibus supra propositis numeros uersuum computem, quam scaenam Plautus LXX uersuum amplitudine luculenter excellere uoluisset, eam ad XXXVIII uersuum angustias ille reuocauerit, ita tamen, ut in tenui illa epitoma, si minus ornata, at scita omnia et perspicua essent.

---

§ 50. His, quae disputatione absoluimus, propositae sane quaestioni nondum ita satisfactum est, ut eorum, quae huc pertineant, iam nihil restet intactum. Immo additamentum ab histrione quodam adsutum inrepsisse suspicor in eam scaenam, quae est ex uulgata numerandi ratione secundi actus secunda; dittographiam a duarum recensionum mixtura repetendam latere in difficillimo Chrysali cantico IV 4; dittographiae reliquias in scaenae III 3, in quam supra inquisiuimus, parte superiore; longe grauissimas autem e retractatione turbas passam esse primam ex seruatis huius fabulae scaenam, illius, quam modo pertractauimus, simillimam: in qua cum praeter glossemata manifestae appareant dittographiae, tamen, quam late patuerit retractatoris opera, cum permagnae difficillimaeque est quaestionis tum cum perscrutando latiore illo retractationis genere coniunctissimae.

---

mutando detraxerunt editores tres: quamquam nihil lenius erat quam expuncta una syllaba *taceas* in *tace* conuerso hunc efficere septenarium:

BAC: Facito út facias. SOR: Tace. tú tuom facito: ego, quód dixi haud mutábo;

id quod fecit Muellerus Addend. p. 55, cf. Pros. Pl. p. 417. Mutationem defugientes octonarium retinuerunt Bergkius Philol. t. XVII p. 53, Studemundus de cantic. Pl. p. 53, Ussingius.

Atque uti uniuersus hic locus, in quo operam studiumque consumpsimus, natum ex ipsa rei indole id habet dubitationis, ut, qui religiose exerceat artem criticam, ei perpensis ab omni parte probabilitatis numeris ambigua tamen non pauca in medio relinquenda sint: ita haud mirandum, si quae sunt exempla prae ceteris ita comparata, ut ad certum quendam finem firmis argumentis quaestio perduci nequeat.

Itaque cum metuentes ne incertorum admixtione iis quoque fidem abrogaremus, quae, si minus demonstratione absoluta, at certe ratione aliquatenus stabilita uiderentur: tum id ueriti, ne immodestius cresceret huius dissertationis ambitus, quae reliqua essent nunc quidem in schedis retinentes iam finem facere disputandi satius duximus.

EXCURSUS I.

ad §§ 24. 25.

Bacch. u. 953 sqq.: Ilio tria fuísse audiui fáta, quae exitió forent:
Sígnum ex arce sí perisset: álterum autemst Tróili mors:
Tértium, quom pórtae Phrygiae límen superum scínderetur.

Cogitandum est de iis fatis, quae Heleni indicio Graeci compererant: id quod probant Cononis *Narrat. XXXIV* (Mythograph. gr. ed. Westermann. p. 138) haec: *Ὡς μετὰ τελευτὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Πάριδος . . . . . κατὰ συμβουλὰς Κάλχαντος οἱ πολιορκοῦντες Τροίαν Ἕλληνες λόχῳ τὸν Ἕλενον συλλαμβάνουσι· καὶ . . . . . ἀποκαλύπτει αὐτοῖς Ἕλενος, ὡς ξυλίνῳ ἵππῳ πεπρωμένον ἐστὶν Ἴλιον ἁλῶναι, καὶ τὸ τελευταῖον, ἐπειδὰν Ἀχαιοὶ λάβωσι τὸ διοπετὲς Ἀθηνᾶς παλλάδιον, πολλῶν ὄντων τὸ σμικρότατον. στέλλονται οὖν ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ Παλλαδίου Διομήδης καὶ Ὀδυσσεύς . . . . .* Adde Sophocl. Philoct. u. 603—614. 1337—1342 et cf. Prellerum in *Mythol. gr.* p. 443 uol. II. Nam quaenam fuerint et quot

fata illa quoque se exceperint ordine, de his omnibus multa et diuersissima apud ueteres circumferebantur; quod cognoscere licet e Seruii commentariis, qui ad Vergil. Aen. II 13 sq. . . . . *Fracti bello fatisque repulsi Ductores Danaum tot iam labentibus annis Instar montis equum* . . . . . haec adnotat: *Oraculis. Secundum Plautum tribus: vita scilicet Troili, Palladii conservatione, integro sepulcro Laomedontis, quod in Scaea porta fuit: ut in Bacchidibus lectum est. Secundum alios uero pluribus: ut de Aeaci gente aliquis interesset, unde Pyrrhus admodum puer euocatus ad bellum est; ut Rhesi equi tollerentur [a Graecis]; ut Herculis interessent sagittae, quas misit Philoctetes [quibus Paris peremptus est], cum ipse non potuisset afferre morte praeuentus.*[1]) Quod uero tertio loco Seruius adfert fatum recedens aliquantum a Plauti uerbis explicationem habet ex aliis duobus Seruii locis: ad Aeneid. II 241: *Nouimus (integro) sepulcro Laomedontis, quod super portam Scaeam fuerat,*[2]) *tuta fuisse fata Troiana* et ad Aen. II 612: *Fatum fuit ad exitium Troiae per has (scil. Scaeas) portas equum introduci.*

Eam autem huius rei memoriam, quam Plautus hoc loco amplexus est, probabile est Naeuii *Equo Troiano* Romanis innotuisse, ad quam tragoediam hanc scaenam rettulerunt Welckerus *de tragoediis graecis* p. 523, Ladewigius *Analecta scaenica* (progr. gymn. Nouae Strelitiae a. 1848) pag. 11, O. Ribbeckius *de tragoedia romana* pag. 48. Quorum sententia, si non poterat argumentis refelli, at certe non silentio praetereunda erat Kiesslingio, qui *Analect. Plaut.* p. 14 sqq. ex ipsa Menandrea fabula omnia illa fluxisse autumat. Menandrum enim graecam quandam tragoediam tetigisse, cuius argumentum accessisset ad *Ἰλίου Πέρσεως* similitudinem. Ex hac tragoedia hausta fuisse quaecunque ad res Iliacas spectantia in hac scaena legerentur. Praeter exemplaris fidem Plautum nihil adiecisse nisi uersus 941—944 et 976—978.

1) Reddidi Seruii uerba ex H. A. Lionii editione Gottingae emissa a. 1826.
2) De hac re uide Kiesslingium Anal. Plaut. p. 16.

Fuisse autem graecam illam tragoediam eandem, quam Ennius uertisset barbare, cum *Andromacham Aechmalotida* scriberet: quod quidem intellegi e u. 933, quem simillimum esse Ennii uersus 81 Ribb. dudum obseruatum sit.

At quanto sit probabilius quae ex rebus mythologicis in fabulis suis commemorarent e tragoediis latinis ante actis sumpta ipsos admiscuisse Plautum ceterosque comicos antiquiores, pernorit, quicunque considerauerit eas rationes, quas Ladewigius in *Diurn. antiq. stud.* a. 1841 pag. 1091 et 1094 breuiter perstrinxit, praeclare deinde exposuit in *Analectis scaenicis* p. 11 sqq.[1]) Neque enim credendum Plauti aetate multos fuisse ex spectatoribus, qui res illas apud Graecos tritissimas satis tenerent, ut quod significatum uellet poeta intellegere possent, nisi quae aut e Liuii Andronici uersione Odysseae aut e tragoediis Romae actis cognouissent. Consentaneum igitur erat ad haec ipsa recurrere horumque repetere memoriam. Ceterum haec tota quaestio, quamuis ingeniose Ladewigius prima posuerit fundamenta, tamen tum demum absoluta erit, si quis congestis quaecumque in comoediis romanis ad mythologiam graecam pertinent docere conatus erit ex quo quidque fonte haustum quoue referendum uideatur. Qua in re non neglegendum est, quod multo parcius Terentius istis rebus usus est quam Plautus; notum autem est propius illum sese applicasse ad exemplaria graeca. Omnino arte cum hac quaestione cohaeret altera haec, quantum credibile sit praeter graecarum fabularum auctoritatem propria ingenii uirtute elaborasse comicos Romanos; quae quidem procul abest ut iam ad finem perducta sit.

Atque in hac Bacchidum scaena etiamsi plurima a Naeuii *Equo Troiano* repetenda esse consentiunt Welckerus, Ladewigius, Ribbeckius, recte tamen hic (de trag. rom. pag. 48) singulis quibusdam locutionibus posse ait alias quoque tragoedias carptas esse, uelut Ennii *Andromacham*; quamquam etiam uersu 933, quem ante Kiesslingium Ladewigius (Anal. scaen.

1) Ceterum cf. eundem in Nou. ann. t. 99 (a. 1869) p. 473—477.

pag. 14) illuc rettulerat[1]), optime cogitari posse ad orationem quandam Cassandrae in Naeuiana illa fabula poetam respexisse, id quod suadere uideatur simillimus Tryphiodori locus u. 395 sqq. Ab Ennio praeterea repetendam esse *πτωχείας* illam commemorationem, quam retractatoribus nos tribuimus, Ladewigius coniecit. Neque obstare quicquam quominus Hecubae illam orationem, quae est in Euripidea fabula a u. 229 ad 295, paulum fortasse immutatam in suam *Hecubam* transtulisse credamus Ennium Ribbeckius docet *de trag. rom.* p. 143.

Ceterum, ut ad Troiana illa fata reuertar: quod quae uulgabatur de Troili morte fama, ab ea huius rei memoria, quae hoc Plautino loco significatur, aliquantum diuersa, in eam partem ualet, ut belli initio Troilus ab Achille interfectus sit: uarias fabulae illius conformationes docte exposuit Kiesslingius l. l. p. 16 sq.; nisi quod quae ad graecam illam tragoediam, quam a Menandro uellicatam ab Ennioque uersam fingit, ille rettulit, uerius ea aut ad Naeuii *Equom Troianum* aut ad aliam quandam tragoediam latinam referemus.

Addenda pauca sunt de tertio fato. Proditam enim esse a nonnullis eum in modum de equo ligneo famam, ut per dirutam ipsam portam inuectus fingeretur, intellegitur e Vergil. Aen. II 242 sq.: ..... *Quater ipso in limine portae Substitit atque utero sonitum quater arma dedere*[2]) conlatis cum u. 234; quibus adde Tryphiod. u. 336 sqq., Palaephatum de incred. c. XVII (Mythogr. gr. pag. 283 Westerm.); idemque indicare uidetur huius rei imago in infima parte *Tabulae Iliacae* seruata, aperte ante oculos ponit sarcophagus quidam repraesentatus in *Marm. Oxon.* I tab. 54 num. 147 et apud Henricum Heydemannum *Iliupersis auf einer Trinkschale des Brygos* (Berol. a. 1866) tab. II. fig. 3, cf. ibid. pag. 32. Verisimile igitur est hanc ipsam fabulae formam Naeuium amplexum esse. Nam e ceteris certi nihil adsequi licet, cum aut illa res prorsus omissa sit uelut apud Homerum (Odyss. *ϑ* u. 500

1) Cf. Seruium in Aen. II 241.

2) Cf. Seruianam huius loci interpretationem.

—515) Hyginumque, aut non cognoscatur quo loco quaue ex parte aditus ad arcem ruina apertus sit: cf. Quintum Smyrn. XII u. 440 sq. et Proclum *Ἰλιάδος μικρᾶς* et *Ἰλίου Πέρσεως* excerptorem.

EXCURSUS II.

ad § 31.

Bacch. u. 111 sq.: Namque íta me di ament, út Lycurgus míhi quidem
Vidétur posse hic ád nequitiam addúcier.

Quisnam esset Lycurgus ille uarie a uu. dd. disceptatum est. Atque antiquiores commentatores, uelut Taubmannus, Lacedaemoniorum legislatorem significatum esse putabant. Eandem sententiam Schneidewinus Mus. Rhen. t. II p. 415 sqq. confirmari censebat Ammiani Marcellini hoc loco (XXX 39): *Lycurgos inuenisse se praedicabat et Cassios columina iustitiae priscae.*

Meierus autem, qui peculiari dissertatiuncula *de Lycurgo in Plauti Bacchidibus* indici Halensi a. 1852/53 praemissa hanc quaestionem tractauit, Marcellini loco et illo et hoc (XXII 9): *Verum ille iudicibus Cassiis tristior et Lycurgis* doctissime comprobauit Atticum significatum esse oratorem, cuius tristissima in accusando seueritas haud secus quam L. Cassii Longini in prouerbii consuetudinem uenisset. Iam uero ad Plautinum illum Lycurgum conuersus ad hanc rem plurimum illud ualere iudicat, quod non tradatur Lycurgum Spartiatam nimia fuisse duritia; praeterea Lydum paedagogum Attico puero domestica potius proponere debuisse exempla. Contra oratorem illum Atticum constare ab uictu cultuque durissimum fuisse. Neque e temporum rationibus quicquam oriri difficultatis: Lycurgum oratorem probabile esse paucis annis ante obiisse, quam Menander coepisset fabulas docere.

Haec omnia ille haud improbabiliter exponit; nec equidem dubitauerim, si quidem in Menandrea fabula eodem modo ac in Plauti illis uersibus Lycurgi nomen usurpatum fuerit, quin Menander oratorem illum Atticum significatum uoluerit. Comprobasse autem his Meierus sibi uidetur apud Plautum eundem illum Lycurgum intellegendum esse.[1]) Pergit enim hunc in modum:

'Lycurgi memoriam apud Menandrum repertam quemnam in modum Plautus eiusque aequales intellexerint, ut inutile ad quaerendum, ita difficile est ad diiudicandum; de suo autem Spartani Lycurgi memoriam eo minus credibile est Plautum adiecisse, quo procliuius erat aptum Romanum quam non aptum Graecum nomen interponere. Accedit, quo res conficitur paene, quod palliata Romanorum comoedia plane atticissabat.'

Illud igitur, in quo totius quaestionis summa posita est, *inutile ad quaerendum* esse arbitratus explorare Meierus supersedit. An dubitas num necesse sit, quaecunque legantur in fabula a bono poeta composita, ea et intellexerit ipse auctor et intellegere potuerint spectatores? Quod nisi utrumque contigerat: cedo, utrum Plautum tibi fingis tanta fuisse ingenii imbecillitate, ut, quaecunque inuenisset in graeco exemplari, nil curans, quid quaeque res haberet significationis aut potestatis, temere latinis perscriberet uerbis, an tanta patientia spectatores, ut, quorum sensum nullo modo adsequi possent, ea in scaena recitata admirati tamen conlaudarent clarumque fabulae plausum darent? Ac ne *difficilis quidem ad diiudicandum* est quaestio illa. Pro certo enim adfirmare licet breuis ista oratoris cuiusdam Attici significatio quid sibi uellet Romae nullo modo intellegi potuisse. Cuius quod fuisset ingenium quiue mores si quinque decemue annis postquam mortuus erat Athenienses memoria tenebant: quid istuc ad eos, qui Romae centum et triginta fere annis post fabulas aut scribebant aut spectabant?

1) Hanc sententiam sine ulla quidem argumentorum confirmatione proposuerat Nissenus, de Lycurgi oratoris uita p. 27.

Ergo abicienda est illa opinio; nec tamen ita abicienda, ut fecit Ussingius: qui, quasi cuncta disputatione nihil effecisset Meierus, aequo animo priorem illam rursus amplexus est de Lycurgo Spartiata explicationem. Circumspicienda est uerior ratio.

Quodsi apud ipsum Plautum in Captiuis u. 562 Fl. Lycurgum inuenimus insaniae exemplum commemoratum, ubi quidem quin significatus sit Thracius ille Lycurgus Edonorum rex Liberi contemptor dubitari nullo modo potest: quid? Bacchidum hoc loco num aptius continentiae exemplum discipulo proponentem Plautus fingere paedagogum poterat, quam eundem Lycurgum Edonum? Neque si quaeritur, unde Plautus atque ii, qui spectatores essent, rerum illarum memoriam hauserint, quicquam laboramus. Naeuius enim totam de Lycurgo illo famam persecutus erat ea tragoedia, quae ab ipso nomen accepit;[1]) cuius recentissima in mentibus haerere debebat memoria, cum Plautus egit Bacchides suam. Ad quam quidem tragoediam pridem Ladewigius Analect. scaen. p. 12 et 14 uerissime rettulerat et Captiuorum illum locum et illustrem insaniae simulationem ad tragici generis ridiculam quandam similitudinem adsurgentem, quae est in Menaechmis u. 836 sqq.

1) De qua uide Ribbeckium de tragoed. Rom. p. 55—61.

CONSPECTUS ARGUMENTI.

PARS I.

Proponuntur totius quaestionis uniuersae rationes historicae, et ad ipsius rei originem et ad auctam pedetemptim eiusdem cognitionem pertinentes . . . . . § 1—17

Cap. I. Uniuersi generis, quod retractationis scaenicae nomine comprehenditur, ortus ac natura breuiter exponitur . 1—6

Cap. II. Priorum criticorum de hac re sententiae et commentationes ita percensentur, ut simul cum de iteratae retractationis insigni uno exemplo Plautino tum de iis Bacchidum locis, quos ad hoc genus spectare iniuria creditum est, data opera disputetur . . . . . 7—17

Specimen I. Bacch. III 3, 24—27 8

„ II. Bacch. IV, 6, 13—17. 7, 42 sq. . 10

Poenuli duplex exitus 12

Epimetrum: De iteratae retractationis indole ac natura 13

Specimen III. Bacch. III 4 . . . . . 15. 16

PARS II.

Illustrantur retractationis angustioris reliquiae in Bacchidibus seruatae . . . . . 18—50

A. Exempla a prioribus criticis temptata.

Cap. III. Additamenta . . . . . 18—27

Prooemium: De insequentis disputationis consilio; excluditur latius retractationis genus 18

De additamentorum indole ac natura 19

Specimen IV. Bacch. III 6, 11—22 . . . 20

„ V. Bacch. III 2, 9—19 . . . . 21—23

„ VI. Bacch. IV 9ª . . . . . 24—27

Cap. IV. Dittographiae . . . . . § 28—35
Prooemium: De dittographiarum indole ac natura 28
Specimen VII. Bacch. I 2 . . . . . 29—31
„ VIII. Bacch. III 1 . . . . . 32. 33
„ IX. Bacch. III 3, 73—84 . . . 34. 35

B. Exempla adhuc latentia.

Cap. V. Dittographiae . . . . . 36—49
Specimen X. Bacch. II 3 . . . . . 36—38
„ XI. Bacch. IV 9b . . . . . 39—43
„ XII. Bacch. V 2 . . . . . 44—49
Epilogus: De reliquis retractationis angustioris uestigiis . . . 50

Excursus I. De tribus signis Iliacis . . . . . pag. 180—183
Excursus II. Lycurgorum trias . . . . . 184—186

INDEX LOCORUM.

Plautus:

Bacch. 109—119 . . p. 120—122
„ 111 sq. . . . . 183—185
„ 125 sq. . . . . 120—122
„ 129—135 . . . 117 sq. 123
„ 147—169 . 115—120. 122 sq.
„ 239—241 136
„ 287 sq. 298. 299 . . . 132
„ 307 133
„ 319 sq. 323 132
„ 335 sq. . . . . 133 sq.
„ 354—367 . . . 134—136
„ 368—374 . . . . 125 sq.
„ 375—384 . . . 123—125
„ 392—404 . . . . 92—99
„ 428—431 . . . . 68—70
„ 477—488 . . . 127—131
„ 500—525 . . . . 80—86
„ 503 . . . . . 81 sq.
„ 506 83
„ 510 . . . . . 84 adn. 3
„ 515 . . . . . 83 adn. 2
„ 517—519 . . . 82 adn. 6
„ 522 sq. . . . . 85 sq.
„ 540—551 . . . . 90—92
„ 783—787 . . . . 71 sq.
Bacch. 839—841 . . . p. 71 sq.
„ 925—978 . . . 99—112
„ 953—955 . . . 179—183
„ 986—996 . . . 137—142
„ 997—1027 . 113. 143—145
„ 1035—1050 . . . 145—147
„ 1053 sq. 147
„ 1061—1066 148
„ 1068—1071 . . . . 148 sq.
„ 1120—1140 . . . 150—156
„ 1152 sq. . . . . 177 sq.
„ 1159—61 . . . . 176 sq.
„ 1166—1206 . . . 156—176
Capt. IV 2 . . . . . 95 adn. 3
Cist. I 2 . . . . . 77 adn.
Curc. 389 sq. . . . . 117 adn.
Epid. 274—276 . . . . . 87 adn.
Mil. Glor. 637—672 . . 78 adn. 2
Poen. V 3 . . . . . 76 adn. 2
„ V 5, 43 — V, 6, 34 . . 75 sq.
„ exit. subdit. . . . . 74 sq.
Pseud. 65 . . . . . 122 ad u. 116
Stich. 68 . . . . . 162 adn. 1

Terentius:

Phorm. 1042 . . . . . 128 adn. 1

Homerische Miscellen.

Von

Georg Curtius.

1) ἴσασι.

Eine auffallende Unbeständigkeit der Quantität zeigt bei Homer die 3 Pl. ἴσασι. An 11 Stellen, die ich, da man sie nirgends übersichtlich zusammengestellt findet, ausschreibe, ist die erste Sylbe lang:

1) *I* 36 ἴσασ᾽ Ἀργείων ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες
2) Ψ 312 πλείονα ἴσασιν, σέθεν αὐτοῦ μητίσασθαι
3) β 283 οὐδέ τι ἴσασιν θάνατον καὶ κῆρα μέλαιναν
4) ϑ 559 ἀλλ᾽ αὐταὶ ἴσασι νοήματα καὶ φρένας ἀνδρῶν
5) ϑ 560 καὶ πάντων ἴσασι πόλιας καὶ πίονας ἀγρούς
6) λ 122 εἰς ὅ κε τοὺς ἀφίκηαι οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
7) λ 124 οὐδ᾽ ἄρα τοὶ ἴσασι νέας φοινικοπαρήους
8) ξ 89 οἵδε δέ τοι ἴσασι, θεοῦ δέ τιν᾽ ἔκλυον αὐδήν
(Barnes Bekker: οἵδε δὲ καί τι ἴσασι, Nauck οἵδε δέ τοί τι ἴσασι)
9) ψ 269 εἰς ὅ κε τοὺς ἀφίκωμαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
10) ψ 271 οὐδ᾽ ἄρα τοί γ᾽ ἴσασι νέας φοινικοπαρήους
11) ω 188 οὐ γάρ πω ἴσασι φίλοι κατὰ δώμαθ᾽ ἑκάστου

an 7 Stellen kurz, nämlich

Z 151 ἡμετέρην γενεήν, πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν
Σ 420 καὶ σθένος, ἀθανάτων δὲ θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν
Y 214 ἡμετέρην γενεήν, πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασι
β 211 ἤδη γὰρ τὰ ἴσασι θεοὶ καὶ πάντες Ἀχαιοί

δ 379 ἀλλὰ σύ πέρ μοι εἰπέ, θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν
δ 468 = δ 379
ν 239 οὕτω νωνυμός ἐστιν· ἴσασι δέ μιν μάλα πολλοί.

Das Präteritum ἴσαν hat immer, d. h. viermal, kurzes ι:
Σ 405 ἀλλὰ Θέτις τε καὶ Εὐρυνόμη ἴσαν αἵ με σάωσαν
δ 772 ὣς ἄρα τις εἴπεσκε, τὰ τ᾽ οὐκ ἴσαν ὡς ἐτέτυκτο
ν 170, ψ 152 in demselben Verse.

Die nachhomerische Gräcität kennt nur die Kürze, so Hesiod. Theog. 370 οἳ δὲ ἕκαστοι ἴσασι, Opp. 40 νήπιοι οὐδὲ ἴσασι. Weitere Nachweise für ἴσασι, wie für dor. ἴσαντι, ἴσαμι, ἴσας u. s. w. gibt Hartel Homer. Stud. III, 34.

Hartel erkennt bei der notorischen Entstehung von ἴσᾱσι aus *Ϝιδ-σαντι* und von ἴσαν aus *Ϝιδ-σαν*, dass die Länge als Naturlänge nicht durch ein in der Bildung der Form liegendes Moment begriffen werden kann, sucht sie vielmehr durch die Vocalisation des Digamma zu erklären: *Ϝῐ̆-σᾱσι*, *ϝι-σᾱσι*, *ϝῐ̆-σᾱσι*, wie er denn auch für die Länge von ἴαχε dieselbe Entstehung annimmt. Allein, ohne dass wir hier weiter auf dies Princip der Erklärung eingehen, es ist unverkennbar, dass ἴαχε schon dadurch, dass das ι vor einem Vocal steht, von dem der fraglichen Verbalform sich unterscheidet und sich sehr wohl solchen Fällen wie *Κρονῐ̆ονος* neben *Κρονίωνος* einreihen kann. Ausserdem aber hätte die Deutung Hartel's nur dann etwas schlagendes, wenn ἴσασι mit kurzem ι, also nach seiner Auffassung mit consonantischem *Ϝ* stets, das mit langem, also mit vocalisirtem *Ϝ* nie Hiatus vor sich zeigte. So glatt aber, wie Hartel selbst durch seine sorgfältigen Zusammenstellungen zeigt, geht es nicht ab, denn neben ἤδη γὰρ τὰ ἴσασι β 211 finden wir πλείονα ϝῐ̆σασι Ψ 312. Wahr ist, dass solcher Hiatus auch bei nicht digammirten Wörtern nicht beispiellos ist, aber ebenso gewiss, dass der versuchten Erklärung bei so wenig entschiedenem Gebrauche der feste Boden fehlt.

Ich glaube daher, dass die Länge des ι nicht als Natur-, sondern als Positionslänge aufzufassen ist, oder mit anderen Worten, dass **Ϝιδ-σᾱσι*, *Ϝίσσᾱσι*, *Ϝῐ̆σᾱσι* sich genau so zueinander verhalten wie **ποδ-σι*, *ποσσί*, *ποσί*. Bei der graphischen

Ueberlieferung der homerischen Gedichte ist es sicherlich auch in Bezug auf die Schreibung von einfachen und Doppelconsonanten nicht ohne Inconsequenzen und Versehen abgegangen, die uns um so weniger verwundern können, als wir ja selbst in alten Inschriften derartiges zweifellos bezeugt finden. Da, wo sich eine einzelne Form einer grossen Reihe ähnlicher einreihte, z. B. in den sigmatischen Aoristen mit kurzem Stammvocal, musste sich am leichtesten eine feste Regel bilden: doppeltes σ bei langer, einfaches bei kurzer Sylbe, jenes die ältere, dies die, wie so oft, bei Homer ebenfalls schon gangbare jüngere Form: πελάσσαι Ψ 719, πέλασαν Α 434, κόμισσα Α 738, κόμισον L 456. Bei den Vocalen ε, ο werden οἱ μεταχαρακτηρίζοντες, seit die Kürze von der Länge durch besondere Buchstaben unterschieden ward, auch sonst es nicht unterlassen haben, durch consequente Doppelung die lange Sylbe, z. B. in ἔσσεται, μέσσος, ὅμοσσε, ὅσσοι, von der kurzen in ἔσεται, μέσος, ὅμοσεν, ὅσοι zu unterscheiden. Anders in vereinzelten Formen. Fand der Umschreiber ein ἴσασι mit einfachem σ geschrieben und doch mit langer erster Sylbe neben ἴσασι vor, so war es für ihn nicht leicht zu erkennen, dass diese Länge ebenfalls Positionslänge war. Er selbst kannte aus dem Gebrauch seiner Zeit nur die Kürze und das einfache σ. Wie leicht konnte er zu der bequemeren Ansicht kommen, hier liege alterthümliche oder poetische Dehnung vor, wie er dies in anderen Fällen annehmen musste! Ein ganz ähnlicher Fall liegt in κονίσαλος vor, das aus κονί-σϝαλος entstanden ist, also ebenfalls richtiger mit σσ geschrieben wird (Grundz.[5] 372). Auf andres der Art gehe ich hier nicht ein.

Das Schwanken zwischen einfachem und geminirtem σ ist, wie La Roche Prolegomena zur Odyssee p. XLI durch eine Reihe von Beispielen belegt, in unseren Homerhandschriften allerdings ein ausserordentlich grosses, und nichts wäre falscher als sofort in jeder Gemination, die durch das Versmass bestätigt wird, eine Alterthümlichkeit zu wittern. Vielleicht aber ist es doch kein blosser Zufall, dass die Schreibung ἴσσασι ungemein häufig ist. Unter den elf Stellen, die wir für die

Messung mit langer Anfangssylbe vorbrachten, sind nur drei, in denen alle Handschriften einfaches σ bieten. Sonst findet sich die Variante ἴσσασι und zwar nicht immer nur in ganz geringfügigen Handschriften, sondern auch mehrfach in besseren, z. B. Ψ 312 im Syriacus, ψ 269, ω 188 im Marcianus N (nach La Roche), ξ 89 unter anderen im Harlejanus. Eine besondere Kühnheit liegt also nicht darin, wenn wir hier überall ἴσασι für die richtige Form halten. Ebenso entscheidet sich, wie ich sehe, auch Wackernagel, Kuhn's Ztschr. XXV, 266, doch ohne Angabe von Gründen. Ohne von diesem Zusammentreffen etwas zu wissen, habe ich schon Verb. II² 157 Anm. dieselbe Ansicht ausgesprochen, die hier etwas eingehender zu motiviren mir nicht überflüssig schien.

2) Zerdehnung.

Nachdem man schon früher gelegentlich versucht hatte die befremdliche Buntheit der homerischen Verben auf —αω, wie solche z. B. in dem nebeneinander von ὁρόω, ὁράᾳς, ὁρᾶτο hervortritt, aus den wechselseitigen Einwirkungen der Nachbarvocale aufeinander zu erklären, gehört seit etwa 20 Jahren, namentlich seit Leo Meyer's Aufsatz 'Vocalvorschlag, Vocalzerdehnung, Distraction' (Kuhn's Ztschr. Bd. X) die Zurückführung dieser Erscheinungen auf 'Vocalassimilation' zu den Annahmen, welche unter den Vertretern der vergleichenden Sprachwissenschaft kaum auf Widerspruch stiessen. Das erwähnte Erklärungsprincip hatte zugleich den Vorzug leichter Fasslichkeit, indem es ohne Zurückgehen auf ältere Sprachschichten vom Griechischen selbst aus angewendet werden konnte. Ich scheute mich daher nicht, diese Lehre, nachdem sie sich wissenschaftlich abgeklärt hatte, sogar in meine Schulgrammatik einzuführen, worüber ich in meinen 'Erläuterungen' dazu 3. Aufl. S. 99 ff. mich im Zusammenhange ausgesprochen habe. Dass einzelne überlieferte Formen Schwierigkeiten machen und dass gewisse von uns angenommene Lautumwandlungen sehr vereinzelt dastehen, ist dabei von mir und noch

mehr von Mangold in seiner gründlichen Dissertation ‘de diectasi Homerica’ (‘Studien’ VI. S. 139 ff.) offen anerkannt.

Jetzt aber hat Jacob Wackernagel im vierten Bande von Bezzenberger's Beiträgen ‘Die epische Zerdehnung’ zum Gegenstand einer eingehenden Untersuchung gemacht, in welcher er das ganze Erklärungsprincip der Assimilation bestreitet. Und, wie man auch über das Gelingen der Widerlegung denken mag, auf jeden Fall ist die Auseinandersetzung durch den Reichthum des dabei verwendeten und zum Theil mit grossem Scharfsinn unter neue Gesichtspunkte gebrachten Stoffes in hohem Grade geeignet anzuregen und die homerische Forschung zu fördern. Die noch immer nicht völlig verschollene ältere Auffassung der Erscheinung lief im wesentlichen darauf hinaus, die ‘Zerdehnung’ sei eine weit ausgedehnte poetische Licenz, die bis vor kurzem geltende, vorzugsweise durch Leo Meyer, Mangold und mich vertretene darauf, sie sei ein — freilich vielleicht nicht überall ganz rein überlieferter — Vorgang der Lautgeschichte. Wackernagel fasst die Gesammtheit der Vorgänge unter den einen Gesichtspunkt der willkürlichen Umschrift des ursprünglichen Textes zusammen.

Indem ich mich gleich hier dahin ausspreche, dass die neue Ansicht mich nicht überzeugt hat, verschiebe ich einige defensive Bemerkungen auf später und beginne mit einer Prüfung der neuen Darstellung.

W. führt uns eine grössere Reihe von Fällen vor, in denen der Homertext von seiner ursprünglichen Gestalt unter dem Einfluss der sich allmählich verändernden Sprache nach und nach sich entfernte und dem jüngeren Sprachzustand accommodirte. Vieles derartige ist allgemein anerkannt, und da, wo das Versmass, wie bei ἕως und τέως oder bei ἐπεί uns noch das ältere bewahrt, kann kaum ein Zweifel stattfinden. Dass Hiate, welche durch das Verschwinden des Digamma entstanden, vielfach durch ein überflüssiges ῥ̓, γ̓, τ̓, δ̓ ausgefüllt, auch wohl durch leichte Veränderungen anderer Art beseitigt wurden, ist schon vielfach wahrscheinlich gemacht. Auch falsche Umschrift des alten *E*, namentlich durch ει statt durch η,

ist gewiss anzunehmen. W. eignet sich solche Betrachtungen, wie sie von Bentley an bis auf Cobet und Nauck von verschiedenen Seiten vorgebracht sind, theilweise an, bringt aber nach dieser Richtung hin auch manches neue vor, das mir glaublich scheint. Anderes ist bei der grossen Vielformigkeit der homerischen Sprache disputabel und wird es wohl zum Theil immer bleiben. Denn alle Versuche, straffe Einheit für die homerische Sprache herzustellen, bleiben Stückwerk und widersprechen nach meiner festen Ueberzeugung der Natur dieser Sprache.

S. 284 fasst W. seine Gesammtanschauung über den Homertext in folgende Worte zusammen: 'Ein Textzustand, wie derjenige der homerischen Gedichte, ist notwendig gegeben in allen den Fällen, wo ein Werk der Literatur Jahrhunderte bei einem Volke lebendig und nicht bloss ein Gegenstand gelehrten oder dilettantischen Studiums ist. Bei aller Achtung und Verehrung für das Alte wird stete Anbequemung des Textes an das dem Vortragenden, Hörenden, Lesenden geläufige sich einstellen, das Dichtungswerk die Veränderungen mitmachen, welche die Sprache im Lauf der Jahrhunderte erleidet.' Als Parallele zieht W. die Geschichte des Vedatextes herbei, ohne dass er jedoch den Unterschied verkennt, der zwischen heiligen, später durch gelehrte Studien rectificirten Texten und den durchaus volksthümlichen, massenhaft fortgedichteten und nachgeahmten homerischen Gedichten bestand. Man wird diesen Betrachtungen im allgemeinen beistimmen können, aber da wir in unserm Homertext entschieden auch einer grossen Menge von alterthümlichen Formen begegnen, die, obgleich sie, wie z. B. die Genitive auf *-οιο*, die Infinitive auf *-μεναι*, entweder bei allen oder doch bei den meisten griechischen Stämmen aus dem Gebrauch verschwanden, dennoch im Homertext festgehalten wurden, so kann von einer festen Regel nicht die Rede sein und ist daher die Wahrscheinlichkeit jener Annahme für den einzelnen Fall sorgfältig zu prüfen. Erst S. 306 f. werden diese Beobachtungen auf die besondere Erscheinung, mit der wir es hier zu thun haben, angewendet. Gleich das

erste Beispiel macht die Stellung W.'s vollständig klar. Γ 43 lesen wir

ἦ που καγχαλόωσι κάρῃ κομόωντες Ἀχαιοί

Hier nimmt W. an, die echte Form sei καγχαλάουσι gewesen, ihr sei als zweite Stufe das contrahirte καγχαλῶσι gefolgt und dann, als man das unmetrische bemerkt habe, hätte man dem erlahmten Verse dadurch wieder aufgeholfen, dass man schlankweg dem langen *O*-Laut den kurzen vorgeschlagen habe. Von diesen drei Stufen der Textgestalt hat die erste, hier durch καγχαλάουσι vertreten, nichts anstössiges. Das ganze Gewicht fällt aber auf die zweite Stufe. Gegen diese drängen sich mir ganz unüberwindliche Bedenken auf. Zwar dass bei Homer Widersprüche zwischen Vers und Schrift stattfinden, ist allbekannt, und kaum wird sich heutzutage mit der Annahme von στίχοι ἀκέφαλοι, λαγαροὶ und μείουροι, zu denen die alten Gelehrten ihre Zuflucht nahmen, irgend jemand zufrieden geben. Aber wie vereinzelt, wie sehr auf bestimmte Wörter und Versstellungen beschränken sind diese Erscheinungen! Wenn man Verse mit ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε, ἐπειδὴ τὰ πρῶτα begann, oder mit ὄφιν schloss, so begreift sich das daraus, dass jene Partikel und dies Substantiv zu geläufig waren, um anders geschrieben zu werden. Auch eine Schreibung wie Αἰόλου mit mittlerer Länge wird durch die kaum zu bezweifelnde Thatsache begreiflich, dass der Genitivausgang -*oo* völlig verschollen war, vielleicht auch daraus, dass Ἀχιλλεύς neben Ἀχιλεύς vorkommt. Ἰλίου πρόπαροιθεν erschien noch weniger befremdlich, da Doppelformen wie Κρονίονος neben Κρονίωνος, ἀτιμίῃσι neben ἀγηνορίῃσι jedem im Gedächtniss hafteten. Sehr bezeichnend ist es auch, dass in diesen Fällen die einmal eingetretene Anomalie des Verses nicht wieder beseitigt wurde. Schreibungen wie *Αἰολόου, *Ἰλιόου sind völlig unerhört. Ganz anders in den überaus zahlreichen unmetrischen Versen, die W. annimmt. Aus Mangold's fleissigen Sammlungen (Stud. VI 206 ff.) ergibt sich, dass, wenn ich recht gezählt habe, 133 derartige Verse — eine Anzahl von ihnen zwei-, drei- und mehrmal wiederholt — nach W.'s Annahme

sich im homerischen Texte eine Zeit lang umgetrieben hätten, darunter so harte wie

A 104 *πίμπλαντ', ὅσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετῶντι ἐΐκτην*
A 350 *θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς, ὁρῶν ἐπὶ οἶνοπα πόντον*
Ξ 345 *οὗ τε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι*
Ξ 394 *οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοᾷ ποτὶ χέρσον*

Die Consequenzen dieser Auffassung sind ziemlich weitreichend. Wenn W.'s Hypothese richtig wäre, müsste auf die Periode getreuer Fortpflanzung des homerischen Textes eine zweite Periode gefolgt sein, in der sich das metrische Gefühl erheblich abgestumpft hätte, um erst in einer dritten Periode wieder zu erwachen. Schon die zweite Periode, noch mehr natürlich die dritte, setzen einen geschriebenen Text voraus. Passen nun diese Annahmen irgendwie zu den Thatsachen der Literaturgeschichte? So tiefer Schatten auch über die ganze Zeit von Homer bis zum Anfang der Tragödie gelagert ist, das steht doch fest, dass der Hexameter den Griechen zu keiner Zeit ungeläufig ward, dass hesiodische, kyklische und andere Epiker, dass ausserdem die Elegiker stets in reicher Fülle solche Verse bildeten und sich der seit Homer geläufigen Regel des Verses stets bewusst blieben. Ein Erlahmen des metrischen Gefühls etwa im siebenten und sechsten Jahrhundert, also in der Zeit, da die neue Kunst eines Archilochus, Alcaeus, der Sappho u. s. w. aufblühte, oder gar noch früher, da man die homerische Dichtung fortspann und nachbildete, ist ganz unwahrscheinlich. Ich glaube, die Athener hätten den Rhapsoden nicht weiter declamiren lassen, der ihnen solche Verse, wie die oben hervorgehobenen, vorgetragen hätte[1]).

Gesetzt aber, was ich nicht zugeben kann, die Griechen hätten es wirklich eine Zeit lang in erheblichem Masse wieder

1) W. sucht gelegentlich auch andere Belege für 'unmetrische' Zwischenformen nachzuweisen. Aber ich finde diese nirgends zwingend. Sollte z. B. auch wirklich, wie W. S. 288 annimmt, der Vers *ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν* ursprünglich ohne *πρός* mit *ἑὸν μ. θ.* geschlossen haben, so wäre die Umwandlung schon aus der späteren syntaktischen Gewohnheit leicht zu begreifen. Ein Text mit *εἶπε ὃν μ. θ.* ist völlig entbehrlich.

verlernt ihren Hexameter richtig zu bilden, so verstehe ich nicht, wie sie gerade auf diese Weise, die W. annimmt, den Vers geheilt hätten. Die Contraction eines *α* mit folgendem Vocal ist zwar unleugbar in homerischer Zeit schon weit gediehen, aber daneben fehlte es ja durchaus nicht an ganz unveränderten Formen. Mangold führt S. 206 deren 31 auf, und nur selten schwankt die Ueberlieferung. Es sind Formen wie *ἀοιδιάει, ὑλάουσιν, κραδάων, ὑλάονται.* Solche offne unveränderte Formen sind niemals völlig verschollen, wie ja *Ποσειδάων* weit über Homer herausreicht, *φάος* zu allen Zeiten neben *φῶς*, *ἀέκων* neben *ἄκων*, *ἀείδω* neben *ᾄδω* den Dichtern zur Verfügung standen. Warum griffen jene Restauratoren nicht zu diesen Formen, warum schrieben sie nicht in den oben angeführten Versen *λαμπετάοντι, ὁράων, εἰσοράεσθαι, βοάει*, womit ja alles in Ordnung war? Banden sie sich doch nach Wackernagel's eigner Annahme sonst keineswegs peinlich an die überlieferten Buchstaben. Ich weiss auf diese Frage nur eine einzige Antwort zu finden. Sie schrieben *λαμπετόωντι, βοάαι* weil sie in der lebendigen Tradition der homerischen Rhapsodie solche Formen vorfanden, Formen, die den jüngeren Geschlechtern viel auffallender sein mussten als die mit *αω* und *αει*. Dann aber haben wir hier ein Stück Laut-, nicht bloss Textgeschichte, wie wir ja denn nie vergessen dürfen, dass die Recitation bis in verhältnissmässig späte Zeiten immer die eigentliche, hauptsächliche und massgebende Art der Verbreitung für die homerischen Gedichte war. Diese Recitation mochte auch über jene oben berührten verhältnissmässig nicht eben zahlreichen Widersprüche zwischen Vers und Schrift hinweghelfen, die man als wichtige Kriterien für die ursprünglich bloss mündliche Verbreitung betrachten muss, aus denen man aber schon deswegen auf ein Erschlaffen des metrischen Bewusstseins nicht schliessen darf, weil auch in der Zeit späterer feinster Technik hierin nie eine Veränderung stattfand.

Jetzt nur noch ein paar kurze Bemerkungen zur Vertheidigung der Ansicht, die mir nach wie vor die wahrschein-

lichste ist. Gegen die Assimilationstheorie führt W. hauptsächlich zwei Gründe ins Feld, die er als durchaus entscheidend betrachtet.

342, 19 *οὐ παραληπτέον δὲ τὴν μουσικήν, φησι Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολ., ὡς Ἔφορος ἱστορεῖ, ἐπὶ ἀπάτῃ* sq. pro *οὐ γὰρ ἡγητέον μουσικὴν, ὡς Ἐφορός φησιν ἐν τῷ προοιμίῳ — ἐπ' ἀπάτῃ* sq. 342, 24. 343, 3. 343, 21. 344, 15.

Persaepe etiam in breuius contraxit uerba genuina, quod ut cognoscas, adeas locos, qui sunt: 343, 13—17. 343, 22 — 344, 2. 344, 6. 344, 21 — 345, 4.

Iam fundamentis iactis, quibus niti possit disputatio de elocutione Polybiana instituenda, ad id ipsum accedamus, quod nobis est propositum. Volui autem quattuor esse partes huius dissertationis,

quarum prima est de formarum et locutionum varietate,
altera complectitur ea, quae sunt Polybii in conformandis enuntiatis propria,
tertia est de singulis rebus grammaticis,
quarta continet ea, quae ad uerborum delectum, ad nouorum uocabulorum usum, ad id genus alia spectant.

Pars I.

DE FORMARUM ET LOCUTIONUM VARIETATE.

Cum uarietatis huius, de qua acturi sumus, non una sed complures sint causae et genera, in animo est describere hunc locum in complures partes; ita ut agamus

1. de uitiosa quadam formarum uarietate.

Primo loco dicendum est de mira quadam, quae *προαγματείαν* legentibus occurrit, uice formarum *αὖτις* et *αὖθις*, quae in uetustissimis eisque optimis codicibus inuenitur. Inde a libro I. usque ad finem libri III. semper est in manuscriptis *αὖθις*. Loci sunt hi: 8, 5. 16, 27. 44, 26. 46, 13. 66, 1. 95, 2. 124, 28 et 34. 126, 25. 127, 16. 127, 29. 190, 5. 200, 15. 233, 14. 262, 6. Iam inde a libro IV. traditur et forma *αὖθις* et altera illa *αὖτις*, ita tamen, ut initio perraro legatur *αὖτις*, quo longius autem progrediamur in legendo, eo saepius inueniamus hanc formam. Exscripsi locos omnes: *αὖθις* 320, 1. 329, 13. *αὖτις* 341, 9. 345, 14. 360, 7. *αὖθις* 370, 10. 380, 14. *αὖτις* 385, 25. *αὖθις* 394, 9. 395, 9. *αὖτις* 399, 17. 410, 18. *αὖθις* 412, 20. 418, 2. *αὖτις* 433, 3. 436, 10. *αὖθις* 440, 7.

αὐτις 438, 22. 447, 11. 449, 22. 450, 2. 451, 11. 470, 20. 472, 10. αὖθις 505, 4. αὖτις 518, 22. 521, 18. 534, 16.

Post finem libri V. iterum forma αὖθις fere sola reperitur: 543, 5. 544, 6. 547, 15. 569, 8. 570, 5. 598, 25. 602, 16. 674, 10. 726, 24. 734, 22. 739, 18. 741, 7. 748, 21. 864, 4. 873, 21. 883, 18. 888, 8—13—28. 939, 7. 957, 32. 971, 11. 1054, 1. 1039, 28. 1059, 8. 1061, 1. 1062, 13 sqq. Hanc miram uarietatem sermonis non ipsius esse posse Polybii, nemo non concedet. Nam qua tandem causa adductum in prioribus libris tribus semper αὖθις, postea modo αὖθις modo αὖτις, ita ut magis magisque raresceret prior forma, in ultimis libris semper αὖθις eum scripsisse dicemus?

Sed antequam certam aliquam sententiam proferamus, alia uideamus similia. Habemus enim in prioribus libris sexies (10, 12. 16, 17. 24, 17. 96, 22. 98, 15. 157, 6) αἰεί pro ἀεί, quod scriptum est ceteris locis horum librorum (18, 3. 19, 1. 28, 13. 32, 13. 43, 15. 49, 11. 51, 20. 55, 29. 61, 2—11. 62, 11. 79, 1. 80, 3. 83, 29. 90, 1—20. 108, 10. 121, 16. 148, 5. 149, 24. 150, 5. 152, 12). A pagina 157 usque ad medium fere librum sextum plane desideramus formam αἰεί; contra inde a pagina 561, 31 magis magisque rarescit ἀεί, inuenitur saepius αἰεί. Ut facilius de hac re possit iudicari, proponam seriem numerorum: αἰεί 561, 31. 567, 14 et 20. ἀεί 567, 25. 568, 3 et 5. 373, 5 et 18. 574, 11. αἰεί 579, 7. 584, 6. ἀεί 594, 19. 612, 25. αἰεί 615, 26. ἀεί 644, 19 et 21. αἰεί 670, 3. 676, 3. 681, 7 et 11. ἀεί 685, 17. αἰεί 701, 29. 706, 19. 709, 24. 713, 4—22—25. ἀεί 725, 22. 729, 11. αἰεί 745, 11. ἀεί 756, 28. 762, 25. αἰεί 789, 29. 797, 7. 803, 17. 830, 15. ἀεί 871, 21. 902, 20. 907, 23. 919, 24. 925, 26. 934, 5. 995, 27. αἰεί 997, 20. 1011, 20. 1026, 20. 1028, 18 et 28. 1029, 2 et 4. 1098, 7. 1103, 31. 1104, 21. 1137, 5 sqq.

Ne hanc quidem uarietatem ipsi Polybio quemquam tribuere puto[1]). Mea potius sententia haec est: Grammaticus nescio quis uel scriba offendit in forma αὖτις, quippe quae

1) αἰεί esse huius aetatis sermonis communis docebo huj. diss. part. IV.

aliena esset a ceteris, qui pedestri utebantur sermone, auctoribus; itaque inde ab initio operis totius mutare coepit *αἵτις* in *αὐθις*; simulque operam dedit, ut *ἀεί* in locum *αἰεί* particulae substitueretur. Et cum ad alia quoque, ut statim uidebimus, corrigenda animum idem ille adtenderet, factum est, ut interdum fugerent eum formae *αἵτις* et *αἰεί*; deinde quo longius progressus est in legendo uel scribendo, eo neglegentius egit in corrigendo.

Quod si uerum est, idem dicendum erit de simili uarietate, quae est in libris optimis. Formae enim *οὐθείς* et *μηθείς*, quae sunt *κοινῆς* scriptoribus usitatae [1]), cum in prioribus libris perraro inueniantur, inde a libro octauo saepius paulatim occurrunt; atque in extremis libris etiam rariores sunt alterae illae formae *οὐδείς* et *μηδείς*. In libris septem prioribus habes *οὐθενί* 45, 10. *οὐθέν* 94, 5. *μηθένα* 91, 29. *μηθέν* 57, 14. 169, 20. *οὐθέν* 354, 19. *μηθέν* 399, 27. Contra a libro octauo frequentiores sunt formae *οὐθείς* ac *μηθείς*: 644, 7. 645, 31. 714, 9. 912, 21. 1035, 18. 1047, 14. 1071, 1. 1091, 25. 1097, 12 et 24. 1098, 29. 1101, 21. 1104, 6. 1118, 8. 1120, 16. 1123, 24. 1128, 23. 1129, 6. 1137, 6. 1134, 11. 1138, 5. 1139, 14. 1143, 18. 1125, 7. 14. 16 sqq.

Cum igitur in libris VII. prioribus forma per *θ* literam scripta in sexcentis paginis septies exstet, inde a libro VIII. in totidem paginis uicies sexies legitur. In hac quoque uarietate non ipsius Polybii, sed interpolatoris manus deprehenditur. Sed uideamus, quae eiusdem suspicionis praeterea inueniantur adminicula.

Post medium fere librum tertium *τοὐναντίον* et *τἀναντία* aduerbia ita usurpata sunt, ut *τἀναντία* ante consonantes, *τοὐναντίον* hiatus uitandi causa ante uocales locum habeat. Scriptum est igitur: 299, 27 *οἱ μὲν Καρχηδόνιοι ταῖς προνομαῖς εὐλαβέστερον ἐχρῶντο — οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τἀναντία θαρραλεώτερον*. Item 374, 17 *τοῖς μὲν Βυζαντίοις μεγάλην ἐλπίδα*

1) Ahrens, de dial. II, 84, 7. Lobeck. Phryn. p. 181. cf. huj. dissert. part. IV.

παρεσκεύαζε, τοῖς δὲ Ῥοδίοις τἀναντία κατάπληξιν. Contra: 384, 14 οὗτοι μὲν οὖν ἀεὶ πλείους ἐγίνοντο καὶ θαρσαλεώτεροι, τὸ δὲ τῶν Αἰτωλῶν σύστρεμμα τοὐναντίον ἔλαττον καὶ ταραχωδέστερον. Secundum eandem rationem est: τἀναντία ante consonantem 386, 17. 410, 10. 432, 1. 499, 11. 544, 29. 630, 14. 675, 22. 689, 28. 704, 8. 788, 19. 796, 2. 851, 20. 956, 19. 990, 8. 1333, 15. Contra τοὐναντίον ante uocales 460, 20. 528, 17. 555, 15. 630, 16. 675, 3. 689, 22. 765, 16. 792, 8. 794, 10. 796, 23. 816, 2. 1123, 27. 1138, 14. 1144, 9. Apparet ex hac re, ita semper scripsisse Polybium τἀναντία, ut τοὐναντίον non admitteret, nisi ubi hiatum uitare uellet. Itaque praeter exspectationem fit, quod in libris I. et II. et in libri III. cap. I—L ne uno quidem loco est τἀναντία aduerbium, sed et ante uocales et ante consonantes τοὐναντίον, quo aduerbio plerique scriptores graeci uti solent. Loci sunt hi: τοὐναντίον: 64, 30. 78, 25*. 110, 8*. 137, 10*. 155, 14*. 180, 27. 206, 17*. 236, 15*. 247, 19. 253, 3*, quorum ex numero omnibus illis locis, quos asterisco notaui, debuit ex ratione sua scribere Polybius τἀναντία, neqūe dubito, quin scripserit.

Plane idem, quod in aduerbia τοὐναντίον — τἀναντία, ualet in aoristos εἶπον et εἶπα; post paginam enim 240 εἶπα ante consonantes, εἶπον hiatus uitandi causa ante uocales legitur. Conferas 246, 9: κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς, ὡς ἐπάνω προεῖπα, Πόπλιος sq. Contra 250, 4 καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς sq. 313, 3 ὡς ἐπάνω προεῖπα, τῆς δέ sq. 470, 16 ὡς ἐπάνω προεῖπον, ἀπογνούς sq. Ex hac regula habes εἶπα 353, 3. 465, 17. 467, 6. 515, 29. 720, 20. 933, 4. 978, 12. 991, 2. 993, 4. 998, 6 sqq. Contra εἶπον 259, 9. 269, 21. 402, 9. 412, 8. 436, 18. 484, 16. 666, 3. 683, 21. 705, 18. 708, 10. 721, 7. 735, 13. 799, 14. 875, 20. 931, 2 sqq. Apparet igitur maluisse scribere Polybium εἶπα; εἶπον non scripsit nisi ante uocales. Quae quamquam ita sunt, tamen in libris I. et II. et libri III cap. I—LVI ne uno quidem loco inuenitur εἶπα, sed et ante uocales et ante consonantes εἶπον. Loci sunt hi: 9, 8*. 11, 8*. 30, 31. 92, 30*. 96, 21. 120, 3*. 150, 19. 151, 20. 160, 5. 162, 20. 183, 28. 192, 25. 198, 10*. Mihi non dubium est, quin

Polybius omnibus illis locis, quos asterisco notaui, scripserit εἶπα; nisi uero putamus eum subito inde a medio libro tertio ita amplexum esse alteram illam formam εἶπα, ut nisi necessitate quadam euphoniae coactus eam non dimitteret.

Alia quoque uestigia exstant, ex quibus concludamus olim aoristi primi, qui dicitur, usum latius patuisse in libris Polybii, quam nunc. Quae uestigia in uno codice Vaticano (A), qui est omnium optimus atque uetustissimus, inueniuntur a medio fere libro III. Cum priores libri semper habeant in omnibus codicibus aoristos secundos: εἱλόμην — ἔπεσον — ἔλιπον — εἶπον al., post medium lib. III. inueniuntur aoristi primi: ἔπεσα 205, 11. εἵλαντο 377, 18. 1328, 7. εἱλάμεθα 666, 7. εἶπαν[1] 219, 15. 387, 1. 956, 22. 978, 8. εἴπαμεν 214, 13. 480, 30. εἰπάμενος 857, 26. εἴπασθαι 1098, 12. 1136, 25. 1293, 23. 1135, 23. 1100, 10. 1032, 12. ἐλίπαμεν 382, 22. Et possumus hoc loco etiamnunc interpolatoris manum deprehendere. Vaticanus enim praebet ἐλίπαμεν, *o* uocali superscripta ab eadem manu. Etiam aliis locis etiamnunc ex ea potissimum re, quod hiatus ratio non habetur, interpolatorem cognoscimus. 792, 10 εἶπον aor. II. Polybii certe non est, quippe qui ante uocales, ne hiatu oratio foedetur, usurpet aoristum primum. Itaque rectissime Hultschius restituit εἶπειεν.

Accedunt alia. Omnibus locis Polybii codices δύο numeralis genetiuum praebent δυεῖν, nec solum masculini generis (43, 9 δυεῖν τρόπων. 120, 15. 346, 11. 361, 21. 382, 4. 714, 22. 722, 5) et femin. (234, 25. 285, 19. 617, 12. 667, 5), sed etiam neutrius[2] 573, 8 δυεῖν στρατοπέδων item 567, 24. 587, 5 δυεῖν γὰρ ὄντων, δι' ὧν σώζεται πολίτευμα πᾶν. cf. 720, 5. 855, 24 δυεῖν ὀργάνων. 870, 15 δυεῖν ἐπῶν. 928, 4 δυεῖν τελῶν. 1163, 12 δυεῖν κώλων, item 1193, 20 saep. Itaque eidem interpolatori uidetur tribuendum esse, quod primis duobus locis, ubi in opere Polybiano exstat genetiu. neutr., nunc est δυοῖν. Hi loci sunt 208, 25 et 285, 24. Nam quod etiam 1098, 8 δυοῖν legitur, mihi constat ex nullo alio loco, quam ex hoc ea re-

1) Cf. huj. dissert. part. IV. 2) Cf. huj. diss. part. IV.

petita esse, quae praebet Suidas s. u. *δυεῖν· Πολύβιος· δυεῖν προελέσθαι θάτερον ἢ — ἢ* sq.

θαρρεῖν Polybius semper scripsit: 101, 24. 168,9. 197, 18. 204, 6. 215, 11. 436, 22. 448, 22. *τεθαρρηκέναι* 50, 6. 54, 4. 80, 21. 101, 4. 114, 27. 180, 2. *θαρρῆσαι* 50, 1. 133, 28. 1127, 6. 250, 27. 293, 27. 48, 3. 57, 9. 213, 8. 293, 29. 294, 27. 299, 13. 473, 3. 498, 15. 534, 2 et 20 saep. Scribe igitur 4, 10 *ἐθάρρησαν* pro *ἐθάρσησαν*, quod uno hoc loco exhibent codices.

ἕς suspicor Polybium semper scripsisse, non *σύς*. *ἕς* legitur 120, 20. 655, 7—17. 812, 3. 812, 14. 654, 31. 812, 3. 1253, 6. 1307, 13. 1306, 27, uno loco 652, 3 *παρεσκευακὼς σύν*, quo loco, cum *σ* uocabulo *ἕς* antecedat, uerisimile est, *σύν* ex dittographia litterae *σ* ortum esse.

Restat, ut de genetiuo singul. nominum propriorum in *-ας* pauca addam. Ita enim sibi constat in hoc casu formando Polybius, ut semper scribat *Ἀννίβου* 228, 15. 301, 23. 195, 11. 52, 25. 100, 25. 194, 17 al.; semper *Ἀμίλκου*: 92, 20. 195, 9. 198, 14. 200, 6; semper *Ἀσδρούβου* 193, 16. 198, 14 al., contra semper *Μαάρβα* 279, 7. 323, 25. 324, 7 al. *Τρεβία* 261, 15 et 27. *Ναραύα* 97, 16. 100, 24. *Βάρκα* 195, 10. 774, 11. Quod uno loco, ab Athenaeo tradito (600, 15), *Ἀννίβα* in libris est, Athenaeo dandum est, non Polybio [1]). Quam aequabilitatem cum Polybii esse appareat, offendimur eo, quod 119, 22 libri exhibent *τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρίου μυχόν*, et 235, 18 *τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρία μυχόν*. Praetulerim utroque loco *Ἀδρία*.

Denique commemoro, duobus locis (426, 23 et 433, 2) *ἐνταυθοῖ* in codicibus esse, postea semper *ἐνταῦθα* (437, 30. 470, 11. 485, 8 al.). Itaque mihi Dindorfius [2]) rectissime illis quoque locis *ἐνταυθοῖ*, quod interpolatoris est, in *ἐνταῦθα* uidetur mutasse. Hoc de interpolatione textus Polybiani iudicium confirmatur alio quodam argumento.

Nissenus [3]) enim, cum quaereret, quomodo Liuius Polybii

1) Cf. infra huj. dissertat. part. II. 2) L. Dindorf. ed. Polyb. histor. uol. I. praef. p. LVII ad 5, 8, 6. 3) Kritische Untersuchungen über die Quellen der vierten und fünften Dekade des Livius von Heinrich Nissen. Berlin 1863. p. 137. n.

historiis usus esset, sagaciter haec inuenit: ‘Livius braucht hier (XXXII, 22) und XXXVIII, 30 die Form damiurgos, κδ, 5 (= Pol. ed. Hultsch. p. 1117, 1) heissen sie δημιουργοί. Ebenso XXXVII, 12 fg. Eudamus, κα, 8 (= Pol. ed. H. p. 1043, 17) Εὔδημος. XXVI, 24 Oeniadas Nasumque, ϑ, 39 (= p. 705, 24) Οἰνιάδας καὶ Νῆσον, XXV, 24 fg. Nason eb. Tycham; endlich Cephallania, Polybius Κεφαλλήνια (5, 3, 3 = Hu. ed. p. 420, 10). Daraus folgt, dass die dorischen Formen in dorischen Namen ursprünglich wirklich von Polybius gebraucht, später aber von Schreibern in die gemeingriechischen verändert sind.’ [1])

Bene conueniunt cum hac sagacissima Nisseni obseruatione, quae de nominibus propriis ex ipsis Polybii codicibus intelleguntur. Ducis Aetolorum nomen semper est Εὐριπίδας non Εὐριπίδης: 385, 9 et 20. 395, 22. 386, 9. 394, 26. 395, 6. 397, 22. 398, 6. 399, 5 sqq. Contra primo loco, quo ille commemoratur (341, 6), in codicibus omnibus Εὐριπίδην traditum est. Polybius sine dubio scripsit Εὐριπίδαν. Idem iudicandum est de ea re, quod secundum morem Dorum [2]) Ἄντος et Ἄντιοι codices exhibent 380, 2. 380, 4. 8. 19. 379, 9. 13. 17. 379, 22. 379, 24 uno loco (1107, 25) Ἄντιοι.

Ad nomina propria inprimis pertinere hanc interpolationem etiam aliis exemplis illustratur. Primis duobus locis, quibus adiectiuum a Massiliae urbis nomine deriuatum legitur [3]), Μασσαλιωτικός in codicibus est (228, 27) et Μασσαλιῶται (229, 10), postea semper Μασσαλιητικός et Μασσαλιήτης: 291, 21. 1289, 24. 1291, 7 et 11. 1293, 4 et 6. Nam 1309, 20 non Polybii, sed Strabonis sunt uerba. Idem cernitur in adiectiuo Σαρδῶος, quae forma sola uidetur esse Polybii: 11, 24. 51, 10. 119, 20. 120, 1. 235, 10. Σαρδόνιος non legitur nisi 224, 5. 229, 2. (1304, 16 Strabonis sunt uerba), ubi recte mihi Hultschius Σαρδῶος restituisse uidetur. De Τεβέριος et Τι-

1) Quod iudicium confirmatur inscriptionibus cf. huj. diss. part. IV.

2) Ahrens, de dialect. II. p. 103, qui confert Strabon. X. p. 729. Eustath. p. 313. Spitzn. ad Iliad. B 647.

3) Vidit hoc Dindorf. in ed. Polyb. histor. uol. I. p. XLI.

βέριος iam ita egerunt Dindorfius [1]) et Dittenberger [2]), ut omnibus locis *Τεβέριος* Polybio restituendum esse demonstrarent. Res enim in hoc quoque nomine ita se habet, ut iis locis, quibus nomen primum inuenitur in Polyb. libris (226, 30. 228, 20) ab interpolatore *Τιβέριος* forma inculcata sit (qua forma omnes post Polybium scriptores Graeci utebantur). Deinde paulatim increbrescit altera forma eaque rectior *Τεβέριος*. Habes 261, 23 *Τιβέριος* et *Τεβέριος* in A^1 per dittograph. 262, 4 *Τεβέριος*, item 262, 18. 263, 2. 265, 10. 268, 24. *Τιβέριος* 263, 22. 266, 10. 267, 25. 417, 12.

Denique commendatur opinio nostra de interpolatore ea re, quod codices deterioris notae, quos interpolatione foedatos esse inter omnes constat, ubique eiecerunt *αὖτις — αἰεί — Τεβέριος — οὐθείς* al., receperunt *αὖθις — ἀεί — Τιβέριος — οὐδείς* al. Atque pro doricis nominum formis atticas inducunt; uelut 346, 30 codex C *Πολυφόντην* exhibet pro *Πολυφόνταν*.

Quae cum ita sint, de alia quoque uarietate, qua in textu Polybii offendimur, idem iudicandum esse puto. Uti enim multis locis accusatiuus *ναῦς* in codicibus est, ita haud paucis locis exhibent accusatiuum *νῆας* (62, 26. 843, 16. 527, 16. 292, 9 et 23. 418, 27. 436, 30. 660, 31. 731, 22. 863, 12); genetiuus singularis ubique est *νεώς*, uno loco (924, 27) *νηός*.

Nominum in *-ευς* acc. plural. modo nominatiuo parem praebent codices, modo secundum Atticorum morem formatum: *βασιλεῖς* 361, 7. 448, 4. 127, 25 al. *βασιλέας* 136, 26. 359, 11. 362, 5. 962, 27. 1294, 22. *ἱππεῖς* 259, 25. 256, 19. 246, 6. 239, 8. 240, 10. 143, 1. 233, 21. 363, 19. 41, 11. 41, 14. 89, 8. Contra *ἱππέας* 199, 30. 880, 11. 896, 19. 946, 22. 947, 7. 991, 14. *ἱερεῖς* 962, 16. *ἱερέας* 960, 26 et 29. A me impetrare non possum, ut hanc uarietatem formarum ipsi Polybio tribuam, praesertim cum plane nulla inueniatur ratio, qua ductus modo *νῆας* modo *ναῦς*, modo *βασιλέας* modo *βασιλεῖς* scripserit. Ut exemplo utar, *ἱππέας* semel inuenitur initio libri III., cum per libros I. et II. sexcenties *ἱππεῖς* scriptum sit; ab initio autem libri III.

1) Fleckeiseni annal. 1869. p. 125. 2) Herm. VI. p. 134.

usque ad init. lib. XIV. (p. 880, 11) semper ἱππεῖς, in libris XIV.—XVII. quinquies ἱππέας. Id eo magis miramur, quod Polybius, si duae eiusdem uerbi uel casus formae sunt in usu, ita uariat orationem, ut altera alteram excipiat[1]); quod ad eas formas, de quibus nunc agitur, nullo modo pertinet. Velut cum a pagina 62, 26 usque ad p. 292, 9 codices semper accusatiuum pl. ναῦς exhibeant atque ita quidem, ut fere in una quaque pagina, interdum non semel, sed saepius inueniatur, una pagina 292 bis legitur νῆας (uers. 9 et 23). Eodem modo ἱερέας 960, 26 et 29. Contra 962, 16 ἱερεῖς. Item libr. XVI. cap. 3. quinquies νεώς; eiusdem libri in cap. 4. ter ναῦς. Cur noluit scriptor alteram formam excipere alteram (ναῦς — νῆας, νεώς — νηός), praesertim cum in ναός — νεώς, πρεσβευτάς — πρέσβεις etc. eiusmodi uarietatem admitteret, ut infra monstrabimus? [2])

Dixerit quispiam esse κοινῆς dialecti, miscere formas. Quod non ita uerum esse, ut ex hac licentia talia, qualia modo perstrinximus, in Polybii libris explicentur, nunc uidebimus. Agendum enim est

2. de uarietate formarum hiatus uitandi causa admissa.

Quae uidetur esse uarietas, partim omnino nulla est, dummodo singulos casus nominum et personas uerborum spectes, partim explicatur studio hiatus uitandi. Initium faciamus

A. a uarietate formarum eiusdem uocabuli.

Ac primum uideamus de uerborum nonnullorum formis. Verborum in -μι nonnulla ita flectuntur, ut partim similitudinem uerborum in -ω sequantur, partim seruent uetustiores formas, non ita tamen, ut temere misceantur duae illae rationes, sed ut certus quidam usus in singulis formis ualeat. Indicatiuus praes. omnibus locis formas uetustiores in -μι seruauit (841, 20. 817, 25. 996, 20 al.) praeter 3. pers. plur., quae

1) Conf. infra part. I. sub fin. 2) Cf. part. I. huj. diss. sub fin.

semper est *δεικνύουσι, ὀμνύουσι* al., nusquam *δεικνύασι*. Particip. nom. mascul. est in compositis *δεικνύων* (157, 18. 222, 4 et 27. 352, 9. 178, 10. 244, 3. 324, 14. 411, 17. 454, 12.), contra simplex *δεικνύς* (1202, 3. 1290, 9 saep.). — *δεικνύουσα* (733, 13). *δεικνύντος* (314, 9). *δεικνύντα* (156, 13). *διαρρηγνύντα* (769, 19). *δεικνύντες* (128, 17. 390, 10. 508, 3. 1011, 15. 1316, 28) item *ἀπολλύντες* (794, 4). *δεικνυόντων* (349, 17). *δεικνύμενος* (198, 13. 225, 21 et 23. 467, 23. 500, 16. 791, 13. 861, 6). Porro *ἐδείκνυε* (410, 8. 445, 28. 473, 12. 874, 12. 1250, 15). *ἐδείκνυτο* (741, 18. 929, 13). *ἐδείκνυντο* (782, 3). *ἀπώλλυντο* (877, 3. 250, 1. 267, 31. 273, 18. 469, 10). Vides igitur certum ualere usum in singulis formis, minime omnia temere misceri. Infinitiui duae formae sunt in usu [1]) *δεικνύναι* et *δεικνύειν*. Sed haec quoque uarietas suam habet rationem. Ante consonantes solet scribere Polybius *δεικνύναι*: 185, 15 *ὑποδεικνύναι τὴν Αἰτωλῶν καὶ Κλεομένους κοινοπραγίαν*. 159, 19 *ὑποδεικνύναι τὸν Ἄρατον*. cf. 191, 5. 429, 20. 736, 10. 1094, 11 al. Contra ante uocalem, ne hiatus fiat, *δεικνύειν* scribit. 179, 21 *τὸ μὲν πρῶτον ὑποδεικνύειν ἐπεβάλλετο*. 255, 28 *ἐπιδεικνύειν ἐπειρᾶτο* cf. 455, 20. 857, 2. 698, 1. Secundum eandem rationem 197, 8 *ὀμνύναι μηδέποτε*. 212, 18 *τὸν δὲ ὅρκον ὀμνύειν ἔδει τοιοῦτον*. item 913, 5. 1155, 13 (*ζωννύειν, ἵνα*). 1178, 28 (*συμμιγνύειν*). Eandem rationem secutus scripsit Polybius *ἱστάνειν* ante uocales: 1123, 5. 305, 27 al. [item in fine enuntiati 328, 17. 490, 22 [2])], ante consonantes *ἱστάναι*. 969, 19. 124, 9. 366, 32.

Venio nunc ad aoristos praeterita *ἔφην* et *ἔφησα*. Ratio eadem est, quam modo uidimus. 90, 28 *ἔφη βούλεσθαι* et sic passim ante consonantes (93, 17. 134, 8. 196, 31. 232, 20. 295, 11. 457, 4. 527, 29 al.). Contra 348, 17 *καθήκειν ἔφησεν αὐτῷ* et sic semper ante uocales (462, 17. 904, 5. 963, 11. 968, 11.

1) Conf. Demosth. cont. ed. Voemel. proleg. grammatic. § 91.

2) Solet enim scriptor etiam in fine enuntiatorum uocalem euitare, quam potest maxime; qua de re si licebit alio loco occasione data disputabimus. 729, 11 *δεικνύειν* est in fine enuntiati, cf. huius dissertat. p. 239.

968, 12 et 17. 971, 9. 1005, 1. 1032, 22. 1035, 28. 1037, 2. 1253, 24). Adde, quod semper scripsit *φήσας* (638, 29. 219, 20. 319, 18. 390, 13. 414, 15. 435, 14. 471, 6 al.); semper *φάναι* 175, 21. 201, 13 al. semper *φήσαιμι* 191, 11. 216, 29. 217, 2. 409, 28. 862, 10. 903, 18 al. *φαίην* repudiatur a Polybio, qui etiam ante uocales *φήσαιμ'* scribit. Nam 1304, 29 Strabonis, non Polybii sunt uerba. Itaque uix laudauerim, quod 1344, 8 Heysius *φαίην* in textum Polybianum recepit; debuit scribere *φήσαιμ' ἄν*, quod est 217, 2. 191, 11 al.

Inter aoristos uerbi *λέγειν* hoc interesse, ut *εἶπα* ante consonantes, *εἶπον* ante uocales locum habeat, iam supra demonstraui.

De optatiuo eiusdem aoristi haec regula ualet: in uniuersum solet Polybius uti forma *εἴποι*, sed hiatum adeo perhorrescit, ut scribat *εἴπειεν*. 169, 18 *τυχὸν ἴσως εἴποι τις ἄν* sq. 430, 14 *πῶς οὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι* (544, 19. 674, 5. 430, 14. 683, 1. 676, 9. 810, 16. 857, 15. 927, 3 al.). Sed 792, 10 *εἰκότως ἄν τις εἴπειεν, ὡς εἴπερ* sq. cf. 1195, 26. 452, 13. 1336, 1. Eadem regula cernitur in optatiuo *δόξαι* (ante consonantes 1, 15. 1229, 10 al.) et *δόξειεν* (ante uocal. 215, 26. 596, 13. 1305, 5. 911, 8. 1214, 17), *ἀπορήσαι* (ante cons. 75, 24. 137, 7. 822, 7). *ἀπορήσειεν* (1335, 30. 1056, 30. 678, 6). *νοήσαι* (687, 7 al.). *νοήσειεν* (1233, 25) al.

Nec minus, quam in uerbis, hoc euphoniae studio explicatur uarietas, si qua est, formarum in nominibus.

Παραπλήσιος adiectiui apud Atticos sua cuique generi tribuitur terminatio. Apud Polybium alius ualet usus. *παραπλησίους* acc. plur. communem habet masc. et feminin. genus. 45, 22 *πρὸς παραπλησίους δυνάμεις*. 263, 11 *παραπλησίους ἐπινοίας*. item 424, 11. 542, 24. 546, 26. 628, 17. 571, 2. Datiuum plur. femin. gener. uno tantum loco legi: 154, 27 *παραπλησίαις ἐλπίσιν ἐπαρθέντες*. Accusat. singul. fem. gen. semper est *παραπλησίαν*: 125, 6 *παραπλησίαν ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν*. 163, 10 *φυγῇ παραπλησίαν ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν*. item 238, 11. 205, 26. 571, 25. 255, 21. 591, 22. 713, 14. 722, 13. 784, 11. 995, 18. 1023, 20. 1102, 9. 1296, 21. Itaque sine

dubio neglegentiae scribae tribuendum est, quod 571, 2 *τὴν παραπλήσιον χρείαν παρεχόμενοι* legitur. Polybius scripsit *παραπλησίαν*. Etiam in nominatiuo fem. gener. modo *παραπλήσιος*, modo *παραπλησία* locum habet; ante consonantes enim legitur *παραπλησία*: 253, 8 *ἦν δὲ παραπλησία καὶ περὶ τοὺς πολλοὺς τῶν Καρχηδονίων ἡ διάληψις*. item 238, 11 al. Contra: 370, 2 *παραπλήσιός ἐστιν ἡ φορὰ τοῦ ῥεύματος* sq. 1021, 23 *ἦν δὲ παραπλήσιος ἡ κατηγορία* sq. 707, 10 *παραπλήσιος ἡ τῶν ἔργων πρόσοψις* [1]). Eadem ratione explicatur, cur Polybius 1143, 2 scripserit, *ἐφικτός ἐστιν ἡ τοῦ καλοῦ κτῆσις*, cum apud ceteros scriptores femininum huius adiectiui terminationem habeat a masculino diuersam. Apud ipsum Polybium feminini nullum exstat exemplum.

Idem iudicandum uidetur esse de his locis: 811, 4—9 *αἶγας ἀγρίας καὶ* sq. et *αἶξ ἄγριος ἥ* sq. cf. 1301, 25 *ἐπιχώριός ἐστι* (sc. *ἡ θήρα*).

Neque in *ἕτοιμος* adiectiu. gen. fem. temere miscuit formas, quod Schweighaeuserus (in lexico s. u.) uidetur credidisse. Habet gen. singul. semper *ἑτοίμου* 60, 2. 364, 22. acc. singul. semper *ἑτοίμην* 985, 12. 292, 8. acc. plur. semper *ἑτοίμας* 883, 5. 1207, 26. 503, 17. 339, 21, ubi sine dubio deteriorum codicum lectio (*ἑτοίμους*) reicienda est. Falso igitur excerptor Constantinianus 1095, 15 *ἑτοίμους* inculcauit Polybio.

Nec non ualet certa ratio in *πολλαπλάσιος*: *πολλαπλασίαν*: 75, 25. 295, 12. 307, 8. 958, 22. semper *πολλαπλασίους*: 218, 17. 1045, 6 omnibus reliquis locis. Femininum adiectiui *ὑποχείριος* semper est congruens cum mascul. (931, 24. 1031, 8. 25, 8. 35, 22), cum apud Atticos et *ὑποχείριος* et *ὑποχειρία* in usu sint. Item *μάταιος* apud Polybium et masc. et feminini generis est, non inuenitur *ματαία* (1216, 21. 1216, 22 saep.).

Venio ad accusatiuum *στάδια*, qui ante consonantes, et *σταδίους*, qui ante uocales est in libris. 51, 5 *ὡς δεκαδύο στάδια προσαγορεύεται*. 80, 3 *ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδια τῆς Καρχηδόνος*. item 202, 25. 258, 16. 266, 4. 834, 13. 940, 7. 944,

1) *παραπλήσιος* in fine enuntiati 568, 17 cf. supra p. 237. adnot. 2.

27. 985, 19 et 28. Contra: 260, 8 *τετταράκοντα σταδίους ἀποσχών*. 239, 4 *εἰς ὀκτακοσίους σταδίους ἤρξατο* cf. 735, 2. 836, 5. 872, 2. 998, 23 saep. Etiam in fine enuntiatorum Polybium formas in consonantes excidentes praetulisse, iam supra dixi; quod uerum esse apparet in hoc uocabulo 834, 20. 122, 19 al.

Eodem pertinet, quod dicit Polybius *ταὐτό* ante consonantes 146, 30. 657, 22. 1230, 20. 1327, 16. *ταὐτόν* ante uocales 1331, 9. 1132, 7. 1300, 31 saep. *τοιοῦτο* ante consonantes 620, 29. 625, 10. 658, 23. 196, 30. *τοιοῦτον* ante uocales 103, 5. 143, 30. 305, 29. 1228, 3. *τοσοῦτο* ante consonant. 174, 12. 80, 7. 131, 2. 1242, 15. *τοσοῦτον* ante uocales 38, 28. 1367, 17. 1364, 28. 1280, 16.

Denique uerba faciamus de aduerbiis.

Inueniuntur in eis, quae etiamnunc exstant, librorum Polybii reliquiis uicies bis particulae interrogatiuae *πότερον — ἤ* uel *πότερα — ἤ*, ita quidem ut ante consonant. semper *πότερα* legatur (189, 7 *πότερα φευκτὴν ἤ* sq. 206, 16 *πότερα πολεμητέον ἤ* sq. cf. 1180, 14. 619, 14. 675, 21. 703, 11. 1144, 8. 1177, 8. 1183, 24. 1324, 14), ante uocales *πότερον* (82, 12 *πότερον ἀντερῶν ἤ* sq. 137, 8 *πότερον οἱ Κελτοὶ — ἤ* sq. cf. 542, 1. 610, 18. 1143, 17. 802, 2. 859, 10. 973, 8. 977, 2. 1162, 8. 1162, 12. 1299, 2). Itaque etiam 189, 8 legendum est *πότερον ἐπαινετὴν καὶ ζηλωτὴν ἤ ψεκτήν* sq., quo loco codices exhibent *πότερα*.

De *τοὐναντίον* et *τοὐναντία* iam supra (p. 230 sq.) egimus. Neque operae pretium est, afferre exempla, quibus appareat, Polybium ante consonantes *λάθρᾳ*, *ἄρτι*, *ἕνεκα*, ante uocales *λαθραίως*, *ἀρτίως*, *ἕνεκεν* scripsisse.

Mittamus iam hunc locum de formarum eiusdem uocabuli uarietate et uideamus

B. de uarietate in eligendis uerbis.

Cum iam ab atticis oratoribus *ὑπέρ* et *περί* haud raro promiscue usurpentur, tum Polybius notiones harum praepositionum plane confudit; quod facile poteris cognoscere, si adieris Schweighaeuseri lexicon Polybianum s. u. *περί* et *ὑπέρ*.

Quod cum ita sit, non mirum est Polybium hoc discrimen statuisse inter ὑπέρ et περί, ut περί post uocales, ὑπέρ post consonantes adhiberet. Hanc enim esse eius rationem, primum ex eo apparet, quod uno eodemque loco περί pro ὑπέρ substituitur, ne hiet oratio. Habes 2, 15 οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν ἐκινδύνευσαν. item 76, 18—19. 454, 13. 820, 3 πλὴν ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ Ἀριστοτέλους εἰρήσθω, πῶς — ἐποιήσατο τὴν ἐξήγησιν· τὰ δὲ λέγεσθαι μέλλοντα περὶ Τιμαίου sq. Conf. 478, 16—17. 1045, 1—2. 1114, 17—18. 1185, 17—19. 1240, 1.

Accedit, quod scriptor etiam singulorum uerborum constructiones ita uariat, ut uocali antecedente περί, post consonantem ὑπέρ cum iis coniungat. ἀμφισβητεῖν: 2, 16 πολλοὺς ἀμφισβητήσαντες χρόνους ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας; sed 4, 15 τὰ πολιτεύματα τὰ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀμφισβητήσαντα. διαγωνίζεσθαι cum ὑπέρ coniungitur 127, 9. 783, 4. 1009, 17 antecedente consonante. Sed post uocalem praepositione περί hiatus uitatur: 144, 27 τοῦ διαγωνίζεσθαι περὶ τῆς χώρας. Confer 830, 13 διαπορουῦντας ὑπὲρ τοῦ πράγματος, et ita saepe, contra 838, 10 διαπορεῖν ἔστι[1]) περὶ τῆς αἱρέσεως (licet dubitare de sq.). Simile est δεδιέναι ὑπὲρ 1357, 15, sed περὶ 1045, 21 (μὴ δεδιέναι περὶ τῆς ἀρχῆς), πρεσβεύειν ὑπὲρ 1043, 13. 1046, 11. 1073, 21. περὶ 1048, 30. 1185, 16. Neque aliter 1189, 24 τιμηθέντων δὲ τῶν ὅρκίων ὑπὲρ τῆς συμμαχίας, 212, 23 ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν συνθηκῶν. Vel ἀνεδίδου διαβούλιον ὑπὲρ 1129, 2. 1137, 18 sed διαβούλιον ἀνεδίδου περὶ 1025, 8. Addas πολεμεῖν ὑπὲρ 186, 27. περὶ 195, 11. 894, 18. διαλέγεσθαι ὑπὲρ 1026, 12. 1049, 22. περὶ 978, 28. 1038, 22. διάληψιν ὑπὲρ τῶν ψεκτῶν 188, 12. ἐν τῇ περὶ τῶν θεῶν διαλήψει 596, 7. λόγος ὑπὲρ 18, 2. 18, 22. 320, 17. 723, 14. 225, 4. sed περὶ 606, 2, ne concursus existat uocalium. λέγω ὑπὲρ 873, 18. 830, 23 et 25. 886, 6. περὶ post uocalem 1010, 11. 870, 12.

Nusquam ante ὑπέρ admisit scriptor hiatum, nisi quod

1) De ν ἐφελκ., quod dicitur, confer infra p. 258.

duobus locis (1131, 13 et 499, 16—17) in libris manuscriptis uocali antecedente *ὑπέρ* inuenitur. Quod altero loco (1131, 13) est *ὑπὲρ τοῦ προνοηθῆναι ὑπὲρ τῆς αὐτῶν καθόδου* sq., inde de elocutione Polybiana nihil potest colligi; nam ueri simile est uerba 1131, 10—14 non Polybii sed epitomatoris esse [1]). Vel propter *ὑπέρ* antecedens uix iterum scripsisset *ὑπέρ* post *προνοηθῆναι*; nec hoc potissimum loco *ὑπέρ* praepositionem praeferens concursionem uocalium efficere uoluit is, qui scripsit: 763, 13. *Περὶ ὧν γὰρ οὐκ ἐνεδέχετο προνοηθῆναι* sq. 776, 22 *καὶ περὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων προνοούμενοι*. 882, 24 *οἱ δὲ λοιποὶ περί τε τῆς ἀσφαλείας προενοοῦντο*. *ὑπέρ* nisi post consonantem non inuenitur: 929, 18. 19 *προνενοῆσθαι τὸν Ἄτταλον ὑπὲρ τούτων ἐπιμελῶς* sq.

Restat igitur unus locus 499, 16—17, quo loco codices exhibent *ἀεὶ ὑπὲρ τῶν κατὰ μέρος ἀντιλογίας καὶ σκήψεις εἰσφερόμενος*; hiatus *ἀεὶ ὑπέρ* nullo modo ferri potest. Et sane lenis est emendatio [2]), si scribimus *ἀεὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος*. Quamquam, quantum scio, apud Polybium neque *ἀντιλογία* (uel *ἀντιλέγειν*) *ὑπέρ* neque *ἀντιλ. περί* praeter hunc locum legitur [3]), tamen apud prioris et posterioris aetatis scriptores in usu est *ἀντιλέγειν περί* cf. Thucydid. 8, 53, 2. Xenoph. Hellen. 3, 3, 1. Plutarch. Num. Pomp. cap. 21 *ἀντιλογίαι γίνονται περί*; cf. Plut. Otho. 11. Et confirmatur coniectura mea loco Diodori, qui XIV, 3, 4 scripsit *ἀντιλογίας γενομένης περὶ τούτων* sq.

Hanc rationem intercedere inter *περί* et *ὑπέρ* cum non intellexisset Naber [4]), iussit scribi 573, 18 *ἀεὶ σπουδάζουσι περὶ ταύτην, ὡς ῥαίνηται* etc. pro *ἀεὶ σπ. περὶ ταύτης*, quod est in codicibus; sed non recte ita scribi iussit; nam idem quod in cetera uerba, cadit in *σπουδάζειν*: 945, 13 *σπουδάζειν ὑπὲρ*

1) Conf. quae de epitomatoris ratione disputaui p. 224 sq.

2) Quam ingens sit numerus locorum in Polyb. libris, qui labem contraxerint praepositionibus confusis, illustrauit exemplis Naber in Mnemos. VI. p. 251—258. 3) Excipio unum locum, qui mutilatus est: 1114, 23: *ἵνα δὲ μὴ πάλιν ἐξ ἀκεραίου περὶ πάντων ἀντιλέγοιεν*. 4) Mnemosyn. VI. p. 358.

τοῦ δεόντως ἐξαγγέλλειν. 1052, 20 οὐδὲν ἧττον ὑπὲρ τῆς σφετέρας πατρίδος καὶ τοῦ κατ᾽ ἰδίαν συμφέροντος σπουδάζοντας sq. Et antecedente uocali περί. cf. 454, 13 ὑπὲρ ὧν οἱ πρότερον οὐκ ἐλάττω μείζω δ᾽ ἐποιοῦντο σπουδὴν ἢ περὶ τῆς κατ᾽ αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον δυναστείας. cf. 1135, 3. 523. 16.

Quia in mentionem praepositionum confusarum incidi, statim liceat paucis exponere, quid sentiam de loco, qui est 263, 2. Narratur illo loco, Tiberium consulem, quo esset impetu, uoluisse proelio decertare, cum Publii contraria esset sententia. Itaque consilia inter se eos communicasse. Iam pergit scriptor διὸ — μένειν ἠξίου τὸν Τεβέριον ἐπὶ τῶν προκειμένων i. e. ‘monuit (sc. Publius) Tiberium ut in proposito maneret’ (cf. 262, 20 προέκειτο μὲν οὖν αὐτῷ sq.). Quid? qui dissuadere dicitur, idem adhortatur? Scribas: μένειν ἠξίου τὸν Τεβέριον ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων i. e. ‘nil moliri eum iussit’ (1212, 6. 1101, 12. 1131, 24 et passim ita utitur Polybius hac locutione).

Sed ut redeat oratio ad rem propositam, demonstrabo nulla alia de causa Polybium modo διότι, modo ὅτι particula uti [1]), quam qua eum ductum uariasse orationem supra uidimus. Scriptum est igitur: 22, 25 δηλοῦντος, ὅτι τὰ πλήθη τὸν λιμὸν οὐχ ὑπομένει sq. Item, ut primi tantum libri locos afferam: 11, 17. 4, 29. 5, 3. 32, 31. 36, 25. 37, 23. 47, 31 al. semper post consonantes; contra 32, 6 οἱ Ῥωμαῖοι συλλογιζόμενοι, διότι sq. 39, 21 καὶ πρὸς τοὺς φίλους ἐφάνισε [2]), διότι sq. cf. 39, 28. 11, 28. 81, 33. 94, 7 al. Et eodem modo per omnes libros. Confer, quod scripsit 632, 22. 23 οὐ γὰρ μόνον ὅτι μαχόμενα λέγει πρὸς τὴν αὑτοῦ πρόθεσιν, ἄξιός ἐστιν ἐπιτιμήσεως, ἀλλὰ καὶ διότι κατέψευσται τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν φίλων καὶ μάλιστα διότι τὸ ψεῦδος αἰσχρῶς καὶ ἀπρεπῶς διατέθειται. Similis est locus 714, 7—8. Inprimis autem dignus est locus, qui commemoretur, 174, 14—17 τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐχ ἱστόρηκε διότι καθ᾽ οὓς καιροὺς — ἐνέβαινον πόλεμον, καὶ μυρίους μὲν ἐξέπεμπτον στρατιώτας,

1) Cf. Benseler de hiat. p. 14 et Baiter ad Isocrat. Panegyric. 50, 48.
2) De ν ἐφελκυστ. cf. huj. dissertat. p. 258.

ἑκατὸν δ' ἐπλήρουν τριήρεις, ὅτι τότε κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς, ἐτιμήσαντο τὴν χώραν.

Quod igitur 1186, 22 legitur *πατέρα, ὅτι* eclogarii culpa factum est, non Polybii.

Interdum etiam coniunctione *καθότι* pro *διότι* uel *ὅτι* utitur Polybius post uocales, quod intellegitur ex loco, qui est 349, 13 *ἐγκαλούντων δὲ Βοιωτῶν μὲν ὅτι συλήσαιεν* (sc. Aetoli) *τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰτωνίας ἱερὸν, Φωκέων δὲ διότι στρατεύσαντες ἐπ' Ἄμβρυσον καὶ Δαύλιον ἐπιβάλοιντο καταλαβέσθαι τὰς πόλεις, Ἠπειρωτῶν δὲ καθότι πορθήσαιεν αὐτῶν τὴν χώραν.* Hinc medicina ferenda est loco, qui est 1108, 23, ubi Apollonias, Attali uxor, his uerbis laudatur: *καὶ γὰρ ὅτι δημότις ὑπάρχουσα βασίλισσα ἐγεγόνει καὶ ταύτην διεφύλαξε τὴν ὑπεροχὴν μέχρι τῆς τελευταίας, οὐχ ἑταιρικὴν προσφερομένη πιθανότητα, σωφρονικὴν δὲ καὶ πολιτικὴν σεμνότητα καὶ καλοκἀγαθίαν, δικαία τυγχάνειν τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης ἐστίν, καὶ καθόλου τέτταρας υἱοὺς γεννήσασα πρὸς πάντας τούτους ἀνυπέρβλητον διεφύλαξε τὴν εὔνοιαν* sq. In quibus uerbis duplex est offensio. Primum non uideo, quid sibi uelit *καθόλου*; deinde post *καθόλου* exspectamus *ὅτι*, quod uulgo addunt editores (debebant addere *διότι*); contra Hultschius codicis scripturam ita seruauit, ut in primo uersu *ὅτι* (post *γὰρ*) deleret; qui tamen quam sibi finxerit constructionem uerborum, deleto *ὅτι*, equidem intellegere non possum. Mihi dubium non est, quin *καθόλου* in *καθότι* mutandum sit; quod si feceris, omnia se recte habent, emendatione adhibita lenissima. Verborum contextus hic est: *καὶ γὰρ ὅτι — ἐγεγόνει, δικαία τυγχάνειν τῆς — μνήμης ἐστίν, καὶ καθότι — διεφύλαξεν.* cf. 632, 20.

Ut antecedente uocali pro *ὅτι* scribitur *διότι*, ita inter *ὅτι* et *ὡς* nihil interest, nisi quod *ὅτι* ante consonantes, *ὡς* ante uocales legitur. Hoc praeter cetera exempla confirmat locus, qui est 528, 8—10 *δῆλον γὰρ εἶναι καὶ νῦν, ὡς, ἐάν τε Καρχηδόνιοι Ῥωμαίων ἐάν τε Ῥωμαῖοι Καρχηδονίων περιγένωνται τῷ πολέμῳ, διότι κατ' οὐδένα τρόπον* sq. Conferas prae-

terea: *δῆλον ἦν, ὅτι καταγινώσκει* 1136, 26. *ὅτι κρατεῖ* 285, 26. *ὅτι κρεῖττον* 216, 12. *ὅτι μέλλουσι* 145, 25. *διότι τούτο* 174, 12. *ὅτι καὶ* 4, 9. 145, 25. 1048, 30. Contra *δῆλον, ὡς εἰκὸς ἦν* 431, 8. *ὡς οὐδενί* 1229, 10. 1, 15. *ὡς εἰκότως* 1362, 4. *ὡς ὅταν* 369, 4. *ὡς αἰτίαν* 192, 22. 194, 15. 254, 21. 423, 3. 75, 19. *δηλούντων, ὅτι δεήσει* 1104, 28. *ὅτι πρώτοις* 158, 16. *ὅτι τὸ πλῆθος* 22, 25. *ὅτι βούλονται* 252, 28. 347, 10. Contra: *δηλούντων, ὡς ἐὰν* 467, 15 saep. *διασαφούντων, ὅτι δέδοκται* 1069, 24. *ὅτι πρόνοιαν* 1128, 22. *ὅτι τῶν* 1148, 15. *ὅτι δέδοκται* 1197, 6. *ὅτι δεῖ* 36, 25. 24, 30. 279, 16. 291, 27. 241, 30. 525, 16. 392, 20. 349, 27. Contra *διασαφοῦντες, ὡς οὐ δύναται* 351, 2. *φανερὸν γενέσθαι διότι μέλλουσι* 1155, 10. *ὅτι τοῦ* 180, 4. Contra *φανερὸν, ὡς εἰςοικιζομένης* 597, 18. *διδάξῃ τις αὐτοὺς, ὅτι τῶν* 1137, 24. *ὅτι συμβήσεται* 1137, 28. *διότι τῷ* 1205, 18. 422, 24. Contra *διδασκόντων, ὡς ἀδύνατον* 1103, 21. *ὡς ἐὰν* 660, 7. *ὑποδεικνύντες, ὅτι μέγιστα* 186, 33. *ὅτι μετά* 81, 32. 467, 19. 32, 31. Contra *ὑποδεικνύντες ὡς εἰ* 1316, 29. *γινώσκω ὅτι* sequente consonante: 1038, 14. 1062, 20. 248, 1. 301, 4. 239, 18. 135, 27. 256, 11. 255, 6. Contra *ὡς* sequente uocali: 1191, 16 (*ὡς ἐάν*) al. *συλλογιζόμενος ὅτι* 1045, 28. 259, 16. 274, 8. 155, 10. 32, 6. 259, 16. *ὡς* 229, 27. 240, 25. 272, 26. 474, 20. *εἰδότες, ὅτι* 589, 27. 1071, 12. 1140, 24. 259, 2. 236, 30. *ὡς ἐάν* 653, 5. *λέγειν ὅτι* 1127, 7. 134, 5. 279, 22. *ὡς* 1350, 10. 638, 23. *πιστεύειν ὅτι* 1197, 27. 149, 13. 330, 15. *ὡς* 1202, 24. *εἰπεῖν ὅτι* 1332, 7. 458, 8. *ὡς* 95, 5. 43, 2.

Apparet igitur uerbis, quae sunt: 255, 13 *ἔχωμεν πεῖραν, ὅτι μόνον οὐ τολμῶσι* sq. non ita posse afferri medicinam, ut deleatur *μόνον*, quod uoluit Bekker. Neque Polybii est illa elisio: 431, 4 *γινώσκοντας ὅθ' ὁ Φίλιππος — κύριος ἦν*. Nusquam inuenitur elisio in uocula *ὅτι* apud scriptores, qui pedestri oratione utuntur. Polybius sine dubio scripsit aut *ὡς ὁ Φίλιππος*, ut 1191, 16 saep., aut *ὅτι Φίλιππος* omisso articulo.

Cum post relatiua pronomina *οἵ αἵ ἥ* al., quae tam saepe occurrunt, difficile esset uitare hiatum, scriptor duplici modo hanc difficultatem sustulit, primum ita, ut ante uocales pronomen rel. indefinitum *ὅστις* usurparet pro eis pronominis rela-

tiui formis, quae in uocalem exeunt. Dicit igitur ante uocalem *οἵτινες αἵτινες ἥτις*, ut notio plane eadem sit ac simplicis pronominis relatiui *οἵ αἵ ἥ*. Hiatus uitandi causa orationem hunc in modum uariasse scriptorem, inde apparet, quod *οἵτινες — αἵτινες ἥτις* pro simplici relatiuo sunt in usu, non *ὅστις οἵστισι* alii, qui in consonantem exeunt, casus. Habes igitur 1273, 27 *προσεκέρδανε τὴν σωματικὴν ὑγιείαν καὶ τὴν εὐεξίαν, ἥτις αὐτῷ παρ᾽ ὅλον τὸν βίον παρεπομένη πολλὰς ἡδονὰς καὶ καλὰς ἀμοιβὰς ἀπέδωκεν.* 69, 15 *κατελάβετο τὴν πόλιν τῶν Ἐρυκίνων, ἥτις ἦν μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς καὶ τῶν πρὸς τῇ ῥίζῃ στρατοπεδευσάντων.* Eodem modo *ἥτις* pro *ἥ* 574, 14. 879, 15. 200, 16. 436, 27. 344, 2. 365, 12. 322, 5 al.

96, 25 *τὸ δὲ μέγιστον, ἡ τῶν Ἱππακριτῶν καὶ τῶν Ἰτυκαίων ἀπέστη πόλις, αἵτινες ἐτύγχανον μόναι τῶν κατὰ τὴν Λιβύην οὐ μόνον τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον ἀναδεδεγμέναι.* 1255, 2 *πρεσβευτὰς κατέστησαν τοὺς περὶ Τιβέριον Γράκχον καὶ Λεύκιον Λέντλον, οἵτινες ἔμελλον — ἐποπτεύσειν τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας.* cf. 86, 22. 158, 1. 171, 30. 487, 4. 213, 22. Iam cum hoc modo pronomen *ὅστις* relatiui simplicis notionem induisset, non mirum est, Polybium eo interdum etiam tum pro simplici relatiuo usum esse, cum initio enuntiatorum demonstratiui loco poneretur; quae propria Polybii est constructio, quippe qui paris iuris enuntiata coniungere maluerit, quam alterum alteri subiungere. Exempli causa, ut magis usitata mittam, affero *ὅτε* pro *τότε* usurpatum 127, 27. 573, 2. 590, 9. *ὅθεν*: 180, 5. 260, 21 al. Iam eodem modo *οἵτινες* usurpatur duobus locis, quorum alter est: 574, 12, ubi *οἵτινες* [1]) sine dubio maiore interpunctione disiungendum est a uerbis antecedentibus, id quod omnes fecerunt editores; nam si arte cum *φυλακεῖον* coniungeremus, *ὅτι* scribendum esset. Eodem modo 1217, 28 Hultschius rectissime *οἵτινες* pro eo, quod Reiskius scripsit (*οἵ*), in textum recepit, ut uersus, qui illo loco excidit, spatium expleretur. Quae cum ita sint, quid offensionis habere possit 251, 25 *διότι* pro *διό* initio enuntiati, non uideo, prae-

1) Quod h. l. *οἵτινες* ante consonant. legitur, conf. quae scripsi p. 249.

sertim cum hanc scripturam tueantur tres alii loci: 1119, 26 ubi codex habet: *διότι καὶ ἔδωκε*. 426, 26, ubi codices prima enuntiati uerba praebent in hunc modum: *διότιπερ εἰρηνευομένης — τῆς χώρας* et 569, 6 *διότιπερ ἀνίσων ὄντων* sq. De *περ* particula propter sequentem uocalem addita paulo infra agemus [1]); hoc apparet Polybium potuisse *διότι* pro *διό* enuntiati initio scribere, quemadmodum scripsit *οἵτινες*. Quid? quod etiam *ἕως ὅτου* pro *ἕως οὗ* (attic. *ἕως*) legitur 899, 16 [2]). 925, 26 al.

Mihi igitur errasse constat Bekkerum, quem Hultschius secutus est, eicientem *διότι* et *διότιπερ*, reponentem *διό — διόπερ*.

Ut *τις* pronomine, ita *περ* particula pronominis relatiui casibus in uocalem exeuntibus addita, uocales ne concurrant, cauere solet Polybius.

Exempla in unaquaque pagina exstant. 79, 22 *λοιπὸν ἦν διὰ τῶν ἡγεμόνων ποιεῖσθαι τὰς ἀξιώσεις καὶ παρακλήσεις, ὅπερ ἐπειρᾶτό τε συνεχῶς ποιεῖν ὁ Ἄννων*. item 69, 1. 5, 24. 5, 30. 62, 15. 66, 24 al. item *οἵπερ* 269, 6. *αἵπερ* 62, 26 *καὶ σὺν αὐτῷ περὶ τριάκοντα νῆας, αἵπερ ἔτυχον ἐγγὺς οὖσαι* sq. *ἅπερ* 262, 20. 201, 8. 217, 16. 552, 10. *ἥπερ* 46, 20. *ἧπερ* 395, 10. *ἀνέλυε τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ἧπερ ἦκεν, ἥ* ante consonantem 432, 7 *τὴν αὐτὴν ἐπάνοδον, ἧ παρεγένετο* conf. 288, 8. Idem ualet de particulis. Habet P. *διόπερ* ante uocales, *διό* ante consonantes. Primi libri exempla sunt haec: 14, 11 *διόπερ οὐ χρὴ θαυμάζειν* cf. 15, 6. 16, 14. 18, 20—27. 22, 30. 31, 19. 60, 11. 72, 20. 87, 15 al. Contra 15, 22 *διὸ καὶ τοῖς βουλομένοις* cf. 19, 19. 20, 1 et 15. 46, 27. 63, 4 et 8 al. Item *εἴπερ* pro *εἰ* usurpatum est: 259, 19 *εἴπερ οὗτοι — συνῆψαν ταῖς ἀποσκευαῖς, πολλοὺς ἂν αὐτῶν συνέβη διαφθαρῆναι*. 169, 23. 175, 14. 413, 26. *ἐπείπερ* pro *ἐπεί* 194, 8. 371, 25. 1050, 6. 1055, 9. *ἐπειδήπερ*: 167, 3. 174, 26. *ἐπειδήπερ ὁμολογούμενον* etc. Atque, id quod clarissime demonstrat, nulla alia de causa illud *περ* addi, nisi ut hiatus tollatur, ante conso-

1) Cf. *ὅτιπερ* Thucyd. IV, 14, 2. Xenoph. Hell. V, 3, 6.

2) Quod Dindorf. *ὅτου* delet hoc loco, conferas huj. dissert. p. 256.

nantes dicit ἤ, ante uocales ἤπερ. Confer 172, 19—22: ἢ τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς ὑπομνήμασιν ἧττόν τι διορθουμένους ὑπὸ τῶν σπουδαίων καὶ ζηλωτῶν ἔργων ἤπερ ὑπὸ τῶν παρανόμων καὶ φευκτῶν πράξεων. Ita habes ἤπερ 161, 2. 172, 22. 634, 22. 798, 18. 818, 8. 928, 20. 942, 4. 972, 18. 1052, 21. 1055, 19. 1237, 21. Tribus tantum locis ἤ ita traditum est, ut hiet oratio: 340, 7. 553, 29. 1120, 19. Ultimus locus, cum sit ex Constantini excerptis, haud ita magni est momenti. Sed etiam duos priores locos corrigendos esse puto. Nam praeter ea, quae modo exposuimus, etiam alia exstant, ex quibus Polybium post ἤ hiatum semper uitasse appareat. Ac primum quidem cum in uniuersum secundum Atticorum morem dicat ἀποθνήσκω (564, 28 ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῆς χώρας 55, 20. 138, 14. 86, 18. 1271, 14 al.) post solam particulam ἤ omisit praepositionem ἀπό[1]). 253, 19 νικᾶν ἢ θνήσκειν cf. 897, 19. 599, 22. 773, 6. Accedunt alia: 454, 14 scriptum est: ὑπὲρ ὧν οἱ πρότερον οὐκ ἐλάττω, μείζω δ' ἐποιοῦντο σπουδὴν ἢ περὶ τῆς κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον ἀρχῆς (conferas, quae supra de περί et ὑπέρ exposui). 357, 1 in libris est ἢ δουλεύειν ἠναγκάζοντο pro ἢ ἠναγκάζοντο δουλεύειν[2]). Denique affero exempla, ubi post ἤ aphaeresis in libris traditur: 525, 29 ἦν οὐδενὶ καθήκειν μᾶλλον ἢ 'κείνῳ cf. 69, 28. Neque dubitari potest, quin etiam 1054, 11 Polybius cum aphaeresi[3]) scripserit μᾶλλον ἢ 'κείνῳ προσῆγον.

Vitauit igitur omni modo hiatum post ἤ neque ulla causa probabilis inuenitur, cur duobus potissimum illis locis, quos supra attuli (340, 7. 553, 29), non uitauerit. Restituamus igitur scriptori ἤπερ.

Hoc erat, cur scriptor semper daret ὃν ἂν (96, 16). οὓς ἂν (100, 8). ὃς ἂν (106, 11. 124, 12). οὗς ἂν (1189, 17). οἷς ἂν (1057, 4/5). ὅσον ἂν (135, 5. 1066, 20) aliis locis multis, contra οὗ ποτ' ἂν (960, 30. 91, 28). ᾧ ποτ' ἂν (106, 9). ὅτι ποτ' ἂν

1) Conferas huj. dissertat. p. 250. 2) De collocatione infinitiui uid. huj. dissert. p. 258. 3) Non formam κεῖνος, sed ἐκεῖνος ('κεῖνος) esse Polybii docent hi loci: 968, 23 ἀλλ' ἐκείνῳ et 260, 6. 260, 22 al. Si κεῖνος esset Polybii, scripsisset ἀλλὰ κείνῳ.

1324, 15 aliis locis multis. Excerptor Constantini, qui saepe uoculas omittit, 1047, 7 mutauit uerba Polybii scribens *ἐν ᾗ ἄν*. Vera lectio est *ἐν ᾗ ποτ' ἄν*, quod contra codicum auctoritatem scribendum est.

Eadem de causa pro simplici *ἔπειτα* post uocales utitur scriptor particula *κἄπειτα*, ita quidem ut notio *καί* uoculae plane oblitterata sit. 6, 6 *εἰ γάρ τις συνθεὶς — τὸ ζῷον τῷ τε εἴδει καὶ τῇ τῆς ψυχῆς εὐπρεπείᾳ, κἄπειτα ἐπιδεικνύοι, ταχέως ἂν οἶμαι ὁμολογήσειν* sq. Item 1062, 21. 669, 14. 788, 16. 801, 18. 92, 6. Contra propriam suam notionem seruauit *κἄπειτα* 22, 10. 71, 5. 371, 20. Item 372, 18 non a particula *κἄπειτα*, sed a *τότε δὴ* incipit *ἀπόδοσις*.

Neque mirum est, cum semel *κἄπειτα* notionem tam ancipitem induisset, ut pro simplici *ἔπειτα* poni posset, interdum Polybium etiam post consonantes hac forma usum esse, uelut 719, 10. Et quod in huius rei mentionem incidi, statim liceat alia id genus adnotare. Cum in usu esset Polybio *οἵτινες* et *αἵτινες* pro *αἵ* et *οἵ*, etiam ante consonantes interdum has formas admisit cf. 574, 12 et 1217, 28 (quos locos p. 246 adtulimus). Item *διότι* pro *ὅτι* post consonantes 6, 7 et 59, 17. Qua tamen re non infringitur regula.

Restat, ut unum moneam. Solet Polybius in enuntiatis interrogatiuis ex uerbo pendentibus modo relatiuo uti, modo interrogatiuo pronomine. Ita habet post consonantes *ἡλίκος*, post uocales *πηλίκος*: 130, 27 *ἵνα δὲ συμφανὲς ἐπ' αὐτῶν γένηται τῶν ἔργων ἡλίκοις Ἀννίβας ἐτόλμησε πράγμασιν ἐπιθέσθαι καὶ πρὸς ἡλίκην δυναστείαν* sq. item 849, 21. Contra 3, 4 *πόσα καὶ πηλίκα* saep. 145, 1 *μνημονεύσας ὅσας μυριάδας καὶ τίνας τόλμας καὶ πηλίκας παρασκευάς*. Quo ipso loco est *ὅσος* post consonantem, post uocales scriptum est *πόσος*. Itaque non est, quod offendamus in *ὡς* particula pro *πῶς* antecedentibus consonantibus posita: 186, 23. 187, 18. 155, 16 saep., cum post uocales *πῶς* legatur: 188, 8. 189, 1 saep. Quodsi Bekkerus 187, 18 in particula *ὡς* (pro *πῶς*) propterea offendisse uidetur, quod sequuntur *διὰ τίνων καὶ τί*,

non offendisset, si inspexisset locos tales, quales sunt 145, 1 *ὅσας μυριάδας καὶ τίνας τόλμας* sq. uel 352, 27 *πῶς καὶ δι᾽ ἃς αἰτίας* al.

Iam antequam hunc de uarietate in uerbis eligendis locum mittamus, restat, ut agamus de compositis.

Iam supra significaui, Polybium in compositis quoque eligendis id egisse, ut hiatum uitaret. Ac de *θνήσκειν* et *ἀποθνήσκειν* iam supra diximus p. 248 [1]). Nunc alia recenseamus [2]). Polybius semper dat *ἀνώτερον εἶπον* (11, 8. 412, 25. 412, 8 saep.) contra notione non mutata *ἄνω προεῖπον* (9, 8. 92, 30. 146, 28. 151, 20). Eadem uice habet 185, 7 *δι᾽ ἃς ἀναδραμόντες τοῖς χρόνοις*, contra 14, 12 *ἐάν που προσανατρέχωμεν τοῖς χρόνοις*. item 14, 4 *ἐπίστασιν, ἀναδραμόντες τοῖς χρόνοις*. 6, 31 *τοῖς χρόνοις βραχὺ προσαναδραμόντες*. Atque semper ita *ἀνατρέχειν τοῖς χρόνοις* post consonantes (249, 13. 118, 29. 146, 26. 152, 6), *προσανατρέχειν τ. χ.* post uocales (460, 26. 452, 6). [Itaque plane in tenebris errat Bothius (Polybiana p. 7).] Idem cadit in *ὑποδεικνύω* et *συνυποδεικνύω*. 236, 7 *τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν ὑπέδειξε τὰς ὁδούς* — sed 237, 2 *ἐπιφανέντα συνυποδεῖξαι τὰς ὁδούς*. Item *ὑποδεικνύω* 12, 12 saep. *συνυποδεικνύω* post uocales tantum: 32, 31. 522, 30. 440, 19. *ἀξίως* aduerbium usitatissimum est apud Polybium (105, 26. 808, 28. 44, 29. 774, 11), cuius tamen loco post uocales semper utitur composito *καταξίως*, quod aduerbium ad id ipsum uidetur finxisse Polybius; certe apud Atticos non exstat, inter quos Sophocles et Euripides adiectiuo tantum *κατάξιος* interdum utuntur. *καταξίως* habes 103, 8 *τιμωρήσασθαι καταξίως*. 633, 7 *δυνηθῇ καταξίως εἰπεῖν* confer 1123, 25 al. — Idem cadit in substantiua: *ἀρχή* — *καταρχή* (initium). Cum enim plane in usu sit *ἀρχή* post consonantes, post uocales semper *καταρχή* legitur, quod compositum primum apud Polybium in-

1) Atticorum in hoc uerbo usus non idem est omnium. In Xenoph. Hellenicis nullo loco legitur *θνήσκειν*, semper *ἀποθνήσκειν*. Contra Thucydides habet *ἔθνησκον* II, 47, 4 et 48, 2. 51, 4. *θνήσκων* II, 51, 6. 53, 1. II, 54, 1 saep.

2) Conf. Sintenis ed. uit. parall. Plutarch. V. p. 328 med.

uenitur. 84, 6 *πολέμου καταρχή* cf. 784, 27. 925, 5. 1091, 6. 1168, 6 et conferas: *ἄρχειν, κατάρχειν*. 167, 11 *ἄρχων ἀδίκων χειρῶν* sed 1384, 19 *μὴ κατάρχειν χειρῶν ἀδίκων* cf. 146, 8 saep.

Neque magis inter se differunt notione *ἐφεδρεύω* et *συνεφεδρεύω*, quorum illud post consonantes, hoc post uocales scribitur. *ἐφεδρεύειν* est ‘in subsidiis manere’ 308, 21 *τοῖς Καρχηδονίοις μηδὲν ἐφεδρεύειν* item 443, 6. 747, 6. 308, 21. 243, 4 saep., contra eadem notione 33, 29 *καὶ συνεφεδρευόντων τούτοις*. Aliis locis *ἐφεδρεύειν* est ‘tutari’ 48, 19 *βουλόμενον ἐφεδρεῦσαι τοῖς τῶν συμμάχων καρποῖς* cf. 519, 19. 330, 28 saep. Contra 117, 2 *παρεχείμαζε*[1]) *συνεφεδρεύων τῷ τῶν Ἀδριαίων ἔθνει*. Denique *ἐφεδρεύειν τοῖς καιροῖς* est ‘captare opportunitates temporum’ 1017, 17. *τοῖς καιροῖς ἐφεδρεύειν* et 1218, 7 *ἐφεδρεύοντας τοῖς καιροῖς*, contra 1245, 13 *καὶ συνεφεδρ ύσειν τοῖς καιροῖς*. Non alia de causa passim scribit Polybius modo *ἐγγύς* modo *σύνεγγυς* (62, 26. 135, 28 — 60, 2. 65, 13. 133, 26) modo *ἐγγίζειν* modo *συνεγγίζειν*: 132, 25 *συμβαλεῖν. ἐγγίσαντες δ' ἀλλήλοις* cf. 298, 3 saep. 64, 26 *οἱ δὲ Καρχηδόνιοι συνεγγίσαντες* cf. 135, 26. Annotandum est *συνεγγίζειν* ante Polybium non in usu esse. Eiusdem generis est: 76, 20 *ἐπὶ δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον ἐπιστῆσαι* i. e. animum aduertere ad. 543, 12 *ἐπὶ τὰς μεταβολὰς ἐπιστήσας* (cf. 105, 16. 543, 12. 541, 21 saep.). Contra plane eadem notione post uocales *συνεπιστῆσαι* 194, 29 *ἐπὶ τὰ λεγόμενα συνεπιστήσαντες*. 367, 24 *βραχέα συνεπιστήσας* cf. 791, 17. Cum *περί* coniunctum legitur 567, 10 *ἐπιμελέστερον ἐπιστῆσαι περί* et post uocalem: 249, 6 *βουλησόμεθα συνεπιστῆσαι περί*. Itaque in uerbis *μὴ συνάψωνται τοῦ καιροῦ* (920, 5) non offendere debuerunt uiri docti; dictum est pro *ἅψωνται τοῦ καιροῦ* propter uocalem antecedentem[2]).

Ultimo loco commemoro, etiam *προσαναλαμβάνειν* ita usurpare scriptorem post uocales pro *ἀναλαμβάνειν*, ut notio plane

1) De *ν* ephelcystic. cf. pag. huius dissertat. 258. 2) Cf. *συνυπάρχειν* = *ὑπάρχειν* 579, 25. De *ἅπτομαι* uid. 245, 28. 282, 7 saep.

eadem sit. 249, 20 *τὰς μὲν ἀρχὰς ἀνελάμβανε τὰς δυνάμεις* (curauit, ut recrearentur); sed 285, 3 *τὰς τῶν δυνάμεων ψυχάς — σωματοποιεῖν καὶ προσαναλαμβάνειν*. Eodem modo habes *ἀναλαμβάνειν* 260, 28. 274, 1. 279, 24. 283, 21. *προσαναλαμβάνειν* 472, 21. 505, 4. 250, 10. Inde intellegitur, cur *προσαναλαμβάνειν* hac notione non inueniatur nisi apud Polybium et Diodorum Siculum, qui, ut uidebimus, plane iisdem utitur artificiis ad hiatum uitandum, quibus Polybius. Iam satis est de hoc loco; si quis etiam accuratius perquirere rem uelit, eum perlustrare iubeo eos locos, quibus legitur *κατοικεῖν — οἰκεῖν. συνεπιθέσθαι* (786, 14) — *ἐπιθέσθαι. στρατοπεδεύειν — καταστρατοπεδεύειν. προαιρεῖσθαι — αἱρεῖσθαι* al. Neque solum in singulis formis et uerbis eligendis, sed etiam in conformandis locutionibus hiatus uitandi cura multum ualet apud Polybium. Itaque uideamus

C. de uarietate locutionum.

Primo loco nonnulla, quae ad articulum spectant, tractemus. Antecedente consonante, ‘nil mouere’ Polybio est *ἡσυχίαν ἔχειν*: 1156, 1 *κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἡσυχίαν ἔχειν*, item 143, 16. 362, 26. 1194, 2. Contra, ut statim ab ultimo loco proficiscar, 1194, 11 *τὸ δοκεῖν μισθοῦ τὴν ἡσυχίαν ἔχειν*, quod uocalis antecedit. Item *ἔχειν τὴν ἡσυχίαν* alibi semper legitur post uocales: 795, 19. 921, 1. 125, 8. 127, 12. 656, 27. 310, 22 [1]). Idem ualet in *ἡσυχίαν ἄγειν* et *τὴν ἡσυχίαν ἄγειν*. 706, 5 *κατ᾽ ἀνάγκην ἡσυχίαν ἄγειν* cf. 250, 24. 321, 24 al. contra 262, 28 *καὶ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν* cf. 341, 28. 604, 2. 915, 1. 968, 24. 1040, 25 [2]).

Si quis uel paucas historiarum Polybii paginas perlegerit, intelleget malle hunc scriptorem sententias efferre infinitiuis,

---

1) De *ν* ephelc. cf. pag. huj. diss. 258. 2) Ante Polybium *τὴν ἡσυχ. ἔχειν* (*ὄχειν*) non in usu est, sed *ἡσυχ. ἔχειν* (*ἄγειν*) cf. Thucyd. V, 40, 3. VI, 24, 4. VIII, 66, 2. Xenoph. Hellen. I, 5, 10. II, 3, 55. 4, 5. 4, 18. III, 2, 17. 2, 27. 4, 7. 4, 18. IV, 2, 15. 4, 4. 8, 23. V, 3, 1. 4, 9. VI, 1, 14. 5, 20 et 18. VII, 4, 22 saep.

additis articulo et praepositionibus, quam enuntiatis secundariis aut simplici infinitiuo [1]). Dicit igitur:

304, 2 *συμφέρει τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἀναγκάσαι μάχεσθαι τοὺς πολεμίους.* 97, 24 *συμφέρει τὸ σώζεσθαι* item semper: 129, 20. 134, 17 saep. *χρήσιμόν ἐστι τὸ — ἐπιμνησθῆναι* 185, 19. *κάλλιστόν ἐστι τὸ μὴ — πορίζεσθαι* 156, 21. 215, 19 *προσέκειτο γὰρ ἂν τὸ μὴ προσλαμβάνειν ἑτέρους συμμάχους.* 74, 9 *ἐστί τινος τὸ — δύνασθαι* cf. 189, 14. 110, 14. 5, 11.

τοῦ μὲν ἐγχειρεῖν — ἀπεδειλίασαν 331, 25. *τοῦ μὴ τῆς τῶν κατὰ μέρος καιρῶν ἀκριβείας διαμαρτάνειν* 451, 18. *ἔσπευσαν τοῦ μὴ συγχωρηθῆναι* 142, 16. *ἀφίστασθαι τοῦ ποιεῖν* 101, 25. 144, 27. *ἀπελπίζειν τοῦ ζῆν* 897, 22. *τὰς τοῦ νικᾶν ἐλπίδας* 74, 3. 202, 30. 236, 12. *αἴτιος τοῦ μὴ σφαλῆναι* 53, 9. 89, 2. 148, 8. *λαβὼν χρήματα τοῦ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν* 293, 5. conf. 306, 2. 1, 13. 26, 27. 119, 22.

303, 12 *τῷ — δοκεῖν* (quod putabant). item 149, 23. 92, 16. conf. 81, 8. 159, 31. 61, 24. 1106, 14.

ἀποδοκιμάζω τὸ ποιεῖν 65, 18. 281, 9. Item *ἀπογινώσκειν* 268, 5. 178, 5. 659, 27 saepe. *διὰ τὸ ποιεῖν* 45, 22. 1, 6. 3, 18. 9, 6. 10. 15, 26. 50, 21. 54, 30. 61, 15 saep. *χάριν τοῦ* 47, 24. 60, 9. 173, 19. 225, 15. 229, 25. *εἰς τὸ* 87, 12. 77, 13. 249, 1. *πρὸς τὸ* 58, 17. 66, 13. 79, 2. 4. 129, 11. 190, 20. 241, 16. 262, 19. *πρὸς τῷ* 60, 26. 141, 6. 290, 27. *χωρὶς τοῦ* 587, 2. *περὶ τοῦ* 3, 3. 111, 18. *περὶ τὸ* 50, 19. 77, 10. 135, 2. *ὑπὲρ τοῦ* 52, 10. 1103, 8. *ἐν τῷ* 333, 4. 62, 15. 74, 3. *πλὴν τοῦ* 629, 9. *πρὸ τοῦ* 246, 20. *ἐκ τοῦ* 82, 5. 202, 29. 253, 20. *ἅμα τῷ* 8, 16. 73, 12. *ἐπὶ τῷ* 50, 4. 54, 8. 55. 9. Similia multa passim exstant.

Sed ne huic quidem usui ita indulsit scriptor, ut hiatum admitteret. Itaque quamquam 71, 22 scripsit *προσπεσόντος αὐτοῖς τοῦ πεπλευκέναι τοὺς Ῥωμαίους* (cum eis nuntiatum esset uela fecisse Romanos), tamen 226, 27 dicit: *προσπεσόντος* (omisso *τοῦ*) *Ἀννίβαν διαβεβηκέναι.*

Idem apparet in *ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ ποιεῖν* et *ἀναγκαῖόν ἐστι ποιεῖν.* Habes:

1) Conf. huj. diss. partem IV.

1, 5 *ἀναγκαῖον ἦν τὸ προτρέπεσθαι.* 5, 19 *ἀναγκαῖον εἶναι τὸ μὴ παραλιπεῖν.* 12, 2 *ἀναγκαῖον εἶναι τὸ μὴ προέσθαι.* 15, 1 *τὸ μὲν οὖν ἐξαριθμεῖσθαι τὰ κατὰ μέρος, οὐκ ἀναγκαῖον.* Et eodem modo 208, 10. 293, 12. 712, 21. 721, 18. 954, 16. 1000, 16. 1261, 20. Cum tamen Polybius ne post *τό* quidem uellet admittere hiatum, scripsit *ἀναγκαῖον* (omisso *τὸ*) *ἢ τὰς ὑποθέσεις εἶναι* sq. item 166, 3 *οὐκ ἀναγκαῖον* (om. *τὸ*) *ἐπιτιμᾶν κατὰ τὸ παρόν* sq. 681, 1 *ἀναγκαῖον ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσι — ἀναφέρεσθαι.* cf. 736, 23. 914, 9 saep. Eadem ratione explicatur alia uarietas, in qua offendebat Cobetus [1]). Legitur enim sexies (non bis, ut putauit Cobetus) in libris Polybii *παρ᾽ οὐδὲν ἐλθόντες τοῦ πάσας ἀποβαλεῖν τὰς παρασκευάς* (55, 22), *παρ᾽ ὀλίγον ἦλθε τοῦ μὴ μόνον ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ καὶ — κινδυνεῦσαι* (165, 3), *παρ᾽ ὀλίγον μὲν οὖν ἦλθον οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ συνεισπεσεῖν* (725, 9), item 780, 5. 986, 4/5. 1210, 15 (conf. Diodor. Sicul. XVII, 42, 4 *παρ᾽ ὀλίγον ἦλθον τοῦ πάντες ἀπολέσθαι*), ita semper, ut *τοῦ* articulum sequatur consonans. Contra, quod sequitur uocalis, quam nusquam post *τοῦ* admisit Polybius, 53, 5 legitur: *παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀπολέσαι τὰ πράγματα.* Quam rationem cum non intellexisset Cobetus, omnibus locis expungi iussit *τοῦ*. Nam ‘Graeculi *τοῦ* soloece inferserunt de suo’. Sed quam prudentem sibi finxit uir doctus interpolatorem, qui cum sciret Polybium post *τοῦ* diligentissime fugisse hiatum, non ‘infarciret’ *τοῦ* nisi ante consonantes. At ceteri scriptores, praeter Diodorum Siculum, solent scribere *παρ᾽ οὐδὲν ἦλθον* cum infinitiuo. Sane; uerum est. Sed, ut supra monui, est hoc Polybii proprium, infinitiuis addito articulo uti tamquam substantiuis [2]).

Venio ad alias locutiones. ‘Dignus, qui commemoretur’ est *ἄξιος λόγου* ante consonantes (29, 25. 324, 10. 436, 6. 567, 12), *ἄξιος μνήμης* ante uocales (30, 29. 303, 26. 535, 10. 606, 3 al.). Ubi uocalium concursus non exsistit, scribit Polybius *ἀνοδίᾳ* 205, 18 *ἀνοδίᾳ κατὰ τῆς νήσου διεσπάρησαν.* 432, 26 *ἀνοδίᾳ*

1) Mnemosyne VIII. p. 249. 2) Ceterum a meis partibus stant inscriptiones, testes incorruptae, de quib. conf. huj. dissertat, part. IV. De genetiuo cf. Thucyd. III, 49, 4 saep.

καὶ προτροπάδην. Contra *ἀνεχώρησε ταῖς ἀνοδίαις εἰς*. 442, 29 *ταῖς ἀνοδίαις ὁρμήσας*. 385, 3 *ταῖς ἀνοδίαις ἐξετραχηλίσθη*. Item 637, 27 et in fine enuntiati [1]) 395, 25. Quam rationem cum non intellegeret Naber [2]) partes interpolatoris suscepit et ubique scribi iussit *ἀνοδίαις* pro *ἀνοδίᾳ*. Ceterum scripturam *ἀνοδίᾳ* tuentur duo loci Diodori bibliothecae (IV, 12, 4 et IV, 127, 26). Accedit, quod si uera esset Naberi coniectura, articulus esset addendus; Polybium enim *ταῖς ἀνοδίαις* dicere ex exemplis allatis apparet [3]). Eiusdem generis sunt *ἐκ πολλοῦ χρόνου* 1346, 21. (cf. 80, 31. 182, 13) 106, 24. contra ante uocalem *ἐκ πολλῶν χρόνων* 338, 14 al. *ἐξ εὐωνύμου* 880, 22. sed *ἐξ εὐωνύμων* 425, 15. 441, 19. *ἐκ πλαγίου* [4]) 49, 26. 90, 17. 806, 25. *ἐκ πλαγίων* 27, 22. 28, 26. 442, 21. 758, 2. Idem ualere uidetur in *ἐξ ὑπερδεξίου*, quod semper legitur ante consonantes (107, 3. 179, 17. 199, 29. 230, 21. 277, 28). Iam quod 138, 27. A^1 exhibet *ἐξ ὑπερδεξίων καὶ*, contra A^2FR *ἐξ ὑπερδεξίου καὶ*, puto aut codicis A^1 scripturam tenendam esse ita, ut post *ὑπερδεξίων* excidisse statuamus uoculam a uocali incipientem (*αὐτοῖς*?), aut praeferendum *ὑπερδεξίου*, quod praebent ceteri codices omnes et codicis A manus secunda [5]), ita ut cetera uerba relinquamus intacta.

Venio ad *ἕως* et *ἕως οὗ*. Etenim cum apud Atticos in usu sit *ἕως* c. indic. [= donec], Polybius habet ante consonantes *ἕως οὗ*, ante uocales *ἕως*; praeterquam quod nusquam *ἕως μὲν οὗ* uel *ἕως οὗ μὲν* scripsit, sed semper *ἕως μὲν* (conferas 9, 20. 239, 6. 432, 15. 455, 4. 775, 6. 915, 3. 1222, 17). 194, 18 *ἕως οὗ πάσας ἐξελέγξαντες τὰς ἐλπίδας* sq. item 992, 30. 888, 22. 1136, 28. 1154, 3. 1254, 15. 1328, 7. cf. *ἕως ὅτου* 899, 16 et 925, 26. Contra ante uocales *ἕως*: 35, 33 *ἕως ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα — ἀφίκοντο* cf. 48, 29. 239, 1. 901, 22. 1261, 24.

1) Cf. huj. dissert. p. 237. 2) Mnemosyne VI, 240. 3) Nam uerba, quae 1359, 13/14 exstant *ἔφευγον ἀνοδίαις, πρὸς οὐδέν* sq. uel propterea suspecta sunt, quod *ἀνοδίαις* legitur ante consonantem. 4) Attic. semper *ἐκ πλαγίου*: Thucyd. IV, 33, 1. VII, 6, 2. Xenoph. Hellenic. 4, 5, 15. 5, 5, 26. 5) A^2 meliorem praebet lectionem 33, 28. 46, 31. 49, 18. 55, 9 saep.

1296, 14. 1361, 18 saep. Nam quod Dindorfius[1]) censet *οὗ* ubique esse expungendum post *ἕως* et librariis tribuendum, mihi errasse eum constat. Etiamsi enim uerum esset, quod Dindorfius contendit, tribus locis, ubi secundum rationem modo a me expositam exspectemus *ἕως οὗ*, non additum esse *οὗ* (9, 20. 200, 5. 1361, 18), tamen ex hac re minime efficeretur, omnino abiudicandum esse *ἕως οὗ* a Polybii sermone. Immo ex eo, quod nusquam ante uocales additur *οὗ* in manuscriptis, sed semper hiatus uitatur, elucet non a librariis, sed ab ipso Polybio scriptum esse illud *οὗ*. Ceterum tres illi loci, quos Dindorfius attulit, nihil probant. Nam 200, 5 legitur *ἕως — ποιήσαιτο* propter antecedens praeteritum. Itaque hic locus omnino non pertinet ad hanc quaestionem, quae est de *ἕως* et *ἕως οὗ* cum indicatiuo coniunctis. Nam neque *ἕως ἂν οὗ* c. coni. neque *ἕως οὗ* c. optatiu. Polybius unquam scripsit. Neque plus efficitur loco libri primi, quem laudat Dindorfius (9, 20) *ἕως μὲν συνεχῶντο*. Iam supra demonstrauimus nusquam scripsisse Polybium *ἕως μὲν οὗ* uel *ἕως οὗ μὲν*, quod utrumque quam durum sit, quis non uidet? Restat igitur unus locus 1361, 18 qui est in fragmentis Constantinianis, quibus quae auctoritas tribuenda sit, supra uidimus. Si igitur corrigendum est, 1361, 18 reponatur necesse est *ἕως οὗ* pro *ἕως*. Seruandum est sine dubio apud Polybium *ἕως οὗ* omnibus illis locis, quos supra attuli; quae uarietas hiatus uitandi curae debetur. Idem cernitur in alia uarietate. 173, 25 *ὥς γ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ περὶ* sq. item 325, 25. 357, 23. Contra uocali sequente hiatus ita uitatur, quem ad modum 1289, 1, ubi scriptum est *ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, ὀρθῶς* sq. Sine dubio igitur 1264, 23 eodem modo, *δοκεῖν* pro *δοκεῖ* scripto, hiatus expellendus est[2]). Eodem pertinet, quod 191, 12 *πολλοῦ γὰρ δεῖ* ante consonant., 694, 13 et 945, 17 *πολλοῦ γε δεῖν* ante uocal. scribitur.

Maioris est momenti, quod etiam ellipsin haud raro non alia de causa admisit scriptor, nisi ut hiatus uitaretur. Solet

1) Lud. Dindorf. ed. Polyb. histor. uol. I. praef. p. LIV.
2) Benseler de hiatu p. 301.

igitur scribere: *ἡ κατὰ πόδας ἡμέρα*: 13, 18. *τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ γνοὺς* sq. item 106, 14. 444, 7. 56, 9. 638, 7. 233, 25. Contra 394, 20 *τῇ κατὰ πόδας* (omisso *ἡμέρᾳ*) *Ἄρατον* sq. item 1136, 20. Neque aliter: 937, 10 *τὴν ἑξῆς ἡμέραν συνάγων*. 892, 23 *κατὰ δὲ τὴν ἑξῆς ἡμέραν προῆλθον* sq. Contra 1151, 28 *τῇ δ' ἑξῆς* (omiss. *ἡμέρᾳ*) *ἐλούετο*. *τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν* 657, 30. 937, 15. 987, 13. 288, 22. 965, 17. 1077, 14. Contra 438, 15 *τῇ δ' ἐπιούσῃ* (om. *ἡμέρᾳ*). Quae cum ita sint, iam non mirum est, si etiam *ἡ πρώτη* interdum ita usurpatur, ut significetur: 'primus dies'. Itaque cum 735, 1 *τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν* legatur, item 880, 8 saep., omittitur *ἡμέρα* 438, 8 *τῇ μὲν πρώτῃ* et 993, 27 *τῇ μὲν πρώτῃ*, ne concurrant uocales.

Iam restat, ut antequam de hiatu disputandi faciamus finem, agamus

D. de collocationis uarietate.

Quae quantopere sit adstricta hiatus uitandi lege, statim uidebimus. Ac primum de pronominis genetiuo *αὐτοῦ* et *αὐτῶν* agamus; quem casum, si locum habet pronominis possessiui, notum est ab Atticis aut ante articulum aut post substantiuum poni solere. Quae lex in uniuersum etiam ualet in Polybii libris neque opus est exempla adscribere, quippe quae in unaquaque pagina inueniantur. Contra ubi hac usitata pronominis *αὐτοῦ* et *αὐτῶν* collocatione hiatus efficeretur, non dubitat scriptor interponere *αὐτοῦ* et *αὐτῶν* inter articulum et substantiuum. 978, 17 *διὰ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἁπάντων* sq. item 1161, 21. 1336, 14. 235, 13. 1164, 7. 60, 20. Itaque ueri simile est 423, 17 scribendum esse *τὴν αὐτῶν κακοπραγμοσύνην*, qua collocatione offensus librarius scripsit *αὐτῶν τὴν κακ.* hiatum Polybio inculcans, cum antecedat *διαβουλίου*. Idem pertinet ad reflexiuum *αὑτοῦ* et *αὑτῶν*. In uniuersum sequitur scriptor legem, ex qua inter articulum et substantiuum locum habent hi casus. Contra 23, 28 *αὑτῶν τὰ πράγματα* pro *τὰ αὑτῶν πράγματα*. Item 750, 16 *περὶ τῆς ἀσφαλείας αὑτοῦ* pro *τῆς αὑτοῦ ἀσφαλείας*. 1272, 28 *αὑτοῦ τὸν ἀδελφόν*. Alia est condicio uer-

borum, quae sunt 38, 27 *αὐτῶν τοὺς πρώτους ἄνδρας*, ubi *αὐτῶν* est genetiuus partitiuus, qui ne apud Atticos quidem alium tenet locum. 1109, 7 *αὐτῶν* pendet ex *μέσην*, non ex *τὴν μητέρα*.

Venio nunc ad collocationem infinitiui. Solet constanter Polybius infinitiuum postponere uerbo finito, ex quo pendet. *φάσκων εἶναι* 412, 29. *ἐπηγγείλατο διαλύσειν* 471, 12. 374, 14. *νομίζων εἶναι* 456, 16. 12, 1. 198, 3. 392, 24. *ὑπέλαβον δεῖν* 547, 1. *ὑπελάβομεν εἶναι* 4, 21. 14, 9. 183, 15. 185, 18. *ἡγούμεθα εἶναι* 92, 17. 185, 18. 451, 25. *χρὴ ποιεῖσθαι* 123, 11. 220, 26. 351, 14. 225, 21. *προείλετο ποιῆσαι* 375, 4. *ὤετο δεῖν* 232, 27. 254, 3. 109, 23. 144, 11. 347, 12. 294, 4. 201, 10. 227, 23. Quae tamen lex ita tantum stare potest, ut uocalium concursus non admittatur. Itaque habes quidem *δοκοῦσιν εἶναι* 168, 21. 309, 26. 315, 3. 370, 26. sed *εἶναι δοκοῦντα* 526, 2 et *εἶναι δοκεῖ* 208, 10. Habes *θετέον εἶναι* 197, 18. *νομιστέον εἶναι* 368, 4. sed *εἶναι φατέον ἡγεμόνος* 262, 10. — *εἰώθει ποιεῖσθαι* 506, 6 sed *οἱ πλεῖστοι ποιεῖν εἰώθασι*. 366, 24. cf. *εἰπεῖν τολμήσειε*[1]) 174, 25. *τί λέγειν ἔχουσι* 350, 21. *συμβαίνει κεῖσθαι* 482, 7. *συμβ. φῦναι* 373, 27. *συμβ. παθεῖν* 165, 6 cf. 361, 15. 530, 2 et 26. 511, 25. 353, 21. 126, 30. Contra *εἶναι συνέβαινε* 3, 17. 226, 24. *ἀπολέσθαι συνέβη* 234, 28. cf. 192, 1. 405, 27. *ἀγνοεῖσθαι συνέβαινε* 364, 29. — *φημὶ δεῖν* 195, 3. 466, 7. 160, 26. 271, 13. *εἶναι φημί* 191, 24. 355, 17. *ἀναγκαζομένων ἄγειν* 262, 28. 13, 24. *ἢ δουλεύειν ἠναγκάζοντο* 357, 1. Denique *δεῖ ποιεῖν* 201, 4. 141, 8. sed *ἀμύνειν ἔδει* 212, 18. Sine dubio igitur 16, 3 in textum recipiendum est

---

1) Haud ita adamare uidetur Polybius *ν* ephelcysticon, quod dicunt. Quantum enim potest uitat. Dicit igitur non *τολμήσειεν εἰπεῖν*, sed *εἰπεῖν τολμήσειε* (174, 25) item 364, 29 *ἀγνοεῖσθαι συνέβαινε*. 174, 14 *ἱστόρηκε διότι* (non *—εν*, *ὅτι*). cf. 174, 26 et 699, 26. Item 324, 26 *ἀγάγωσι τὴν ἡσυχίαν*, non *ἀγάγωσιν ἡσυχίαν* item 258, 12. 310, 22. Etiam in fine enuntiatorum hoc *ν* omittere solet, quamquam in uniuersum id agit, ut in fine enuntiati uocalis uitetur. conf. huj. dissert. p. 237. Adhuc de his formis, quantum scio, non disputatum est, sed eo magis eae rarescere uidentur, quo recentiores sunt scriptores.

εἶναι δεῖ, id quod Benseler suasit, pro *δεῖ εἶναι*, quod codices praebent; praesertim cum notum sit, haud raro in textu Polybii temere transposita esse uerba [1]).

Item 771, 8 satis erit pro *συμβαίνει ἀποθανεῖν* scribere *ἀποθανεῖν συμβαίνει*. Nam quam regulam sibi inuenisse uisus est Hultschius [2]), ea non in omnibus exemplis ualet: 61, 16/17 *συνέβαινε — ἐλαττωθῆναι*. 99, 3 *συνέβη λείπεσθαι*. 151, 13 *συνέβη ἄγειν*. 902, 10 *συνέβη μάχεσθαι*. 825, 20 *συνέβη χρῆσθαι*. 694, 3 *συνέβη γεγονέναι*. 1047, 13 *συνέβη — μένειν καὶ μὴ δύνασθαι*. 1067, 1 *συνέβαινε γενέσθαι*. 1078, 14 *συνέβη πεποιῆσθαι*.

In collocatione uerborum permulta poterunt inueniri, quae eodem modo explicanda sunt. Nunc satis est pauca monere. Solet dicere scriptor: *νυκτὸς ἔτι* 467, 27. 672, 7. 626, 24. 55, 26. 349, 15. 383, 15. Contra ne existat uocalium concursus: 636, 29 *ἔτι νυκτὸς εἰς* sq. item 643, 22 *ἔτι νυκτὸς εἰς* cf. 298, 11. Idem in aduerbiorum potissimum collocatione manifestum est; *τελέως* aduerb. semper anteponitur ei adiectiuo, quocum coniungitur 126, 24 *τελέως ὀλίγοι*; ita 95, 7. 120, 17. 135, 28. 182, 23. 73, 7 saep. Contra 121, 16 *ἀοίκητα τελέως ἐστίν*. item 37, 29. *ὁλοσχερῶς* solet anteponi: 70, 11. 79, 6. 12, 27. 41, 15. 579, 1. 161, 8. 18. 157, 13. 139, 23. 541, 12. Contra 627, 19 *ἐν αὐτῇ κινδυνεύειν ὁλοσχερῶς*. *λίαν* anteponitur 4, 19. 6, 8. 112, 11. 123, 1. 197, 14. Contra 108, 13 *βραδεῖαι λίαν ἐγίνοντο* cf. 221, 29. Eadem res cernitur in *διαφερόντως*; solet postponi: 593, 29. 47, 18. 426, 6. 402, 10. 265, 19. 270, 11. 277, 20. 223, 4. Contra hiatus ita uitatur, ut anteponatur: 441, 14 *καὶ διαφερόντως ὑψηλούς* cf. 51, 13. 660, 25. Quae cum ita sint, dubitari uix potest, quin etiam contortae illae uerborum collocationes, quae haud raro inueniuntur in Polybii libris, ex eodem hiatus uitandi studio fluxerint. Collegi haec: 87, 26

1) Conf. huj. diss. part. II.

2) Quaest. Polyb. II, 13 'haec lex ualet (sc. in uerbo *συμβαίνειν*), ut infinitiuum praesentis uel perfecti adsciscant tempora praesens, imperfectum, perfectum, contra aoristus paene constanter cum infinitiuo aoristi, rarissime autem cum praesenti ponatur'.

τὸ δὲ πραχθὲν ἦν ὑπ' αὐτοῦ. 126, 32 ἐν γὰρ τούτοις ἡ τύχη τοῖς καιροῖς ὡσανεί sq. 49, 1 πᾶν αὐτοῖς ἐκτάξαι τὸ στρατόπεδον ἠνάγκασε sq. 124, 18 τὰ κατὰ τοὺς Λατίνους αὖθις πράγματα συνεστήσατο. 466, 23 ποιησάμενος δὲ διὰ τοῦ προειρημένου τὴν πορείαν αὐλῶνος.

Vel ex eis, quae adhuc disputaui, apparere uidetur, Polybium minime eum esse, qui temere uaria ac diuersa miscuerit, sed semper certa quadam ratione ductum orationem uariasse et mutasse. Quae praeterea inuenitur uarietas, alio modo explicatur. Neque enim negari potest operam dedisse scriptorem, ne, quae per se satis angusta et exilis esset elocutio, etiam aridior fieret semper iisdem eiusdem uerbi formis adhibitis. Itaque si cuius uerbi duplices in usu sunt formae, iis ita utitur ut, si uno eodemque loco idem uerbum bis uel saepius poni necesse sit, uariae formae se excipiant. Rem nonnullis exemplis illustrandam esse puto. Quia 182, 4 bis Lacedaemoniorum nomen commemorandum erat, priore loco *Λάκων*, altero *Λακεδαιμόνιος* scripsit. Neque alia de causa 143, 13. 23 et passim modo *Γαλάται* modo *Κελτοί* nomine utitur de Gallis Cisalpinis. cf. 22, 33. 23, 3 *Φοίνιξ — Καρχηδόνιος*. Quod in nominibus propriis ualet, idem in appellatiuis: 126, 6. 8 *πρεσβευτάς* et *πρέσβεις* se excipiunt, item 196, 20. 22. 374, 5. 10. Eodem pertinent hi loci: 374, 23—31 (*οἰκειότης — ἀναγκαιότης*). 50, 5. 6 (*θηρία — ἐλέφαντες*). 44, 6 (*καταρτίζειν τὸν στόλον — ἐξαρτύειν τὸν στόλον*). 560, 13. 16 (*ἐκλογή — αἵρεσις*). 122, 1. 7 (*πεδινός — ἐπίπεδος*) cf. 122, 10 (*πεδιάς*). 62, 4. 5 (*πλοῖον — σκάφος*). 563, 1. 2 (*παχεῖς — στερεός*) cf. 189, 16. 21. 193, 1. 349, 10. 13. 215, 6. 7, 3. 5. 540, 25. 27. 61, 7. 8. 106, 29—31. 620, 20. 21.

Quae cum ita sint, dubitari nequit, quin etiam 693, 19. 20 et 929, 22. 930, 4 *ναός* et *νεώς* eadem ratione ac consilio se excipere uoluerit Polybius. 693, 19 *κεκόσμηται — ἡ πόλις ναοῖς καὶ στοαῖς καὶ ὁ τοῦ Διὸς νεὼς παντέλειαν οὐκ εἴληφε* sq., item altero loco. Si igitur, ut disputatio eo redeat, unde profecta est, re uera Polybii esset *νῆας — ναῦς*, *βασιλέας — βασιλεῖς*, alia formarum uarietas, iis formis adhibitis sine dubio

eodem modo uariasset orationem, ac fecit *νεώς — ναός*, *πρεσβευτάς — πρέσβεις* aliis se excipientibus. Quod non fecisse eum iam supra demonstraui [1]). Ea causa inprimis me mouet, ut hanc uarietatem non Polybio, sed interpolatori tribuam.

Ex eis, quae adhuc commentatus sum, hoc sine dubio elucet, iniuria nonnullos uiros doctos a Polybio omnem in scribendo diligentiam abiudicasse. Nihilo minus non credibile est uiros illos tam temere iudicium fecisse, ut nulla eius esset causa. Et inueniemus profecto, quo accuratius Polybius egerit in hiatu uitando, eo neglegentius eum in enuntiatis conformandis, in uerborum comprehensione, in apta et quasi rotunda uerborum constructione se gessisse. Qua de re proximo capite disputabimus.

Pars II.

EA, QUAE POLYBII IN ENUNTIATIS CONFORMANDIS PROPRIA SUNT, CONTINENS.

Ipse Polybius haud tantum tribuendum esse expoliendae et exornandae elocutioni, quantum rebus perspicue et aperte exponendis cum aliis locis significauit tum 945, 3. Qua sententia si minus ductus esse uidetur in eis, quae adhuc exposuimus, tamen sine dubio multum sibi indulsit in enuntiatis conformandis et in uerborum comprehensione. Nulli sunt certi et circumscripti uerborum ambitus, nulla uerborum ad numerum conclusio, sed ut ipsa natura circumscriptione quadam uerborum comprehendit et concludit sententiam, ita litteris mandauit Polybius. Ita fit, ut stilus artifex, quem Cicero dicit, minime sit Arcadis historici. Iam quia haud raro uiri docti, quae minus eleganter scripta esse uidebantur in Polybii libris, ea non scriptori, sed scribis tribuentes mutauerunt uerba tra-

1) Cf. p. 235 sq.

dita, neque omnino adhuc satis certum est de elocutione Polybiana iudicium, mihi non abs re uidetur esse colligere singula, quae in iudicanda scriptoris elocutione imprimis respicienda sint.

Ut mittamus, quod ille, tantum abest, ut aptam et quasi rotundam uerborum constructionem efficere uelit, ut singula enuntiata, sicuti res ei in mentem uenerunt, alterum alteri adiciat: sine dubio iusto aridior eius est sermo, omnibus luminibus destitutus nec ulla distinctus uarietate colorum. Quid, quod 285, 15 et 16 scripsit *κατέδραμον δὲ καὶ τὴν Οὐενοαντανὴν Ῥωμαίων ἀποικίαν ὑπάρχουσαν· εἶλον δὲ καὶ πόλιν Οὐενουσίαν*: Vel 560, 12 *προσαχθέντων δὲ τούτων — πάλιν δ' ἄλλων τεττάρων προσαχθέντων — μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἄλλων τεττάρων προσαχθέντων* sq. 552, 29. 33 *καὶ μὴν ὅσα δεῖ* sq. et sequentis enuntiati statim iterum prima uerba *καὶ μὴν περὶ πολέμου* sq. cf. 286, 19. 21.

Sed ut transeat oratio ad singula, primum dicamus *de oratione obliqua*, quam dicunt.

255, 4 *ἔφη γὰρ δεῖν (αὐτοὺς = Ῥωμαίους) καὶ μηδεμίαν εἰληφότας πεῖραν — αὐτὸ δὲ τοῦτο γινώσκοντας, ὅτι —, ἀναμφισβήτητον ἔχειν τὴν τοῦ νικᾶν ἐλπίδα καὶ δεινὸν ἡγεῖσθαι, εἰ τολμῶσι Καρχηδόνιοι Ῥωμαίοις ἀντοφθαλμεῖν —. ὅταν δὲ — ἔχωμεν πεῖραν, τίνα χρὴ διάληψιν ποιεῖσθαι; καὶ μὴν οὔτε τοὺς ἱππεῖς συμπεσόντας τοῖς παρ' αὐτῶν ἱππεῦσι περὶ τὸν Ῥοδανὸν ἀπαλλάξαι καλῶς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντας αὐτῶν φυγεῖν, τόν τε στρατηγὸν αὐτῶν καὶ τὴν σύμπασαν δύναμιν ἐπιγνόντας τὴν παρουσίαν τῶν ἡμετέρων στρατιωτῶν — φυγῇ ποιήσασθαι τὴν ἀποχώρησιν* sq. Vides igitur eum non modo ita miscuisse orationem obliquam et rectam, ut aliud enuntiatum penderet ex *ἔφη*, aliud non subiunctum esset, sed etiam ita, ut in media oratione obliqua scriberet *ἡμετέρων*, quod est orationis rectae. Sed ne putes uno hoc loco tale quid inueniri, similia addam: 804, 28 *διόπερ οὐδὲ προσδέξεσθαι συναγωνιστὴν Ἰβήρων οὐδένα καθάπαξ ἔφη, δι' αὐτῶν δὲ Ῥωμαίων συστήσεσθαι τὸν κίνδυνον, ἵνα φανερὸν γένηται πᾶσιν, ὡς ἐξεβάλομεν — καὶ*

νενικήκαμεν sq. 348, 16 *ὁ γὰρ Φίλιππος — τὰ μὲν — καθήκειν ἔφησεν — αὐτῷ —, Λακεδαιμονίων δὲ μηδὲν εἰς τὴν κοινὴν συμμαχίαν — ἡμαρτηκότων, ἐπαγγελλομένων δὲ πάντα καὶ ποιεῖν τὰ δίκαια πρὸς ἡμᾶς, οὐ καλῶς ἔχον εἶναι* sq. Eadem est condicio uerborum, quae sunt 1048, 20—30 (*ἡμῶν*) et 1049, 2 (*ἡμετέρας*) — 5 (*ἀποτυγχάνειν*). Conferas 1143, 9. 1052, 24 sq., ex quo loco intellegitur, non modo *ἡμεῖς*, sed etiam *ὑμεῖς* pronomine hac cum licentia Polybium uti. Idem apparet ex 1139, 8. Eodem modo explicanda sunt, nisi fallor, uerba 607, 13 *ὃν ἀπέστειλε πρὸς ἡμᾶς Φίλιππος* sq.

Iam addamus alia, ex quibus non minus appareat, ab acquabili et congruenti oratione Arcadem scriptorem abhorrere. Atque a leuioribus initium faciamus. Legimus: 269, 31 *ἃς μὲν — τὰς δὲ*. 458, 17 *τὰ μὲν — ἃ δὲ*. 370, 27 *εἰς τὴν μὲν — πρὸς ἣν δὲ*, ubi Re.[1]) non debuit mutare uerba tradita *πρὸς ἣν δὲ* in *πρὸς τὴν δὲ*. Eodem pertinet, quod scribit: 364, 15 *ποτὲ μὲν — τοτὲ δὲ*. 560, 23 *ὁτὲ μὲν — ποτὲ δὲ*. 203, 10 *τοτὲ μὲν — ἔστι δ' ὅτε*, quo loco commendatur id, quod Hultschius coniecit 111, 25 pro *εὐθὺς μὲν ἐσύλησαν, οὓς δ' ἀπέσφαξαν* scribendum esse *ἔσθ' οὓς μὲν — οὓς δὲ*, conferas 871, 32 *ἀεί τινας μὲν — οὓς δὲ*. Eadem est uarietas, quod scriptum est 274, 14 *ὅπου — ποῦ*. 384, 8—11 *οἷς — ὅσοι*. 578, 20 *ἐὰν — ἄν*. 552, 15—17 *ὅτε — ὅτε — εἰ*. 49, 4 *ἄν — ὅταν*. Iam supra commemoraui, Polybium in interrogationibus subiunctis modo relatiuo, modo interrogatiuo pronomine uti. Scripsit igitur 24, 16 *πῶς — πότε — δι' ἃς αἰτίας*. 145, 1 *ὅσας μυριάδας καὶ τίνας τόλμας καὶ πηλίκας παρασκευάς*. 183, 30 *πότε — πῶς — δι' ἃς αἰτίας*. 187, 18 *ὡς ἐπράχθη καὶ διὰ τίνων καὶ τί* sq., ubi non debuit Bekkerus mutare *ὡς* in *πῶς*, qui etiam 23, 24 incautius ante *σεσωκέναι* addidit *τῷ*, ut concinnior esset uerborum constructio. Sed conferre debebat 170, 29 et 215, 22[2]).

Iam a leuioribus ad res maioris momenti accedamus, et primum quidem ad numerum. 259, 15 *Πόπλιος — ἀναζεύ-*

1) Cf. Hultsch. edit. proleg. uol. I. p. X. 2) Cf. Eurip. Med. u. 534. 539. 540. Sophocl. Antig. 350. cf. huj. dissertat. p. 220. annot. 3.

ξας — ἐποιεῖτο τὴν πορείαν — Ἀννίβας δὲ τὴν ἀναζυγὴν αὐτῶν sq. cf. 270, 24. Item 274, 4 *τὸν Φλαμίνιον — τὴν ἐκείνων στρατοπεδείαν.* 276, 12 *προῆγε —, ὡς προδήλου τῆς νίκης αὐτοῖς ὑπαρχούσης.* item 285, 26. 27. 270, 3 *αὐτοῖς*, quamquam solum antecedit nomen Publii. Item 257, 18, quamquam illo loco *αὐτοὺς* etiam referri potest ad *δυνάμεις*. Simili modo 236, 11 *δυνάμεων — τούτοις* conf. 50, 15 *καθορμισθέντες πρὸς τὸ Λιλύβαιον — ὅτικ ρατήσαντες ταύτης.* 284, 9 *δυνάμεις — ἀπεγνωκότας* (284, 15). 312, 18 *τὰ ξίφη — τῆς μὲν* (habuit in mente *μαχαίρας*). 541, 10 *τῶν μὲν Ἑλληνικῶν πολιτευμάτων — τῆς δὲ Ῥωμαίων* (scilicet *πολιτείας*). 291, 21. 22 *ναῦς Μασσαλιωτικαὶ — οὗτοι.* 14, 13 *πολιτεύματα — ἕκαστοι* cf. 166, 30 — 167, 3. Item 32, 30. 31 *παρακαλέσαντες τὰ πλήθη καὶ συνυποδείξαντες —, ὅτι νικήσαντες.* Ex hoc usu fluxisse uidetur 797, 15 *διηγωνίζοντο τὰ κέρατα γενναίως*, qui pluralis uerbi non inuenitur nisi hoc loco apud Polybium. Denique moneo, 573, 28/29 editores falsa interpunctione hunc usum obscurauisse. Scribendum enim est: *διδόασι δὲ καὶ φυλακεῖα δύο* (*τὸ δὲ φυλακεῖόν ἐστιν ἐκ τεττάρων ἀνδρῶν*), *ὧν οἱ μὲν* (i. e. *ἕτερον φυλακεῖον*) *πρὸ τῆς σκηνῆς, οἱ δὲ* (*ἕτερον φυλ.*) *κατόπιν ποιοῦνται τὴν φυλακήν.* Res in aperto est.

Sed redeat oratio ad numerum. Praeter ceteros locos dignus est, qui notetur: 577, 16 *ζητοῦσι — καλεῖ* sq.; 575, 20 *τοὺς χιλιάρχους — γινώσκει.* 555, 2—6 *τοῖς θανάτου κρινομένοις δίδωσι τὴν ἐξουσίαν τὸ παρ᾽ αὐτοῖς ἔθος, ἀπαλλάττεσθαι φανερῶς — ἑκούσιον ἑαυτοῦ καταγνόντα φυγαδείαν.* Quos locos si inspexisset Naber [1]), non putasset uerba 562, 4. 5, ubi codex Urbinas post antecedentem pluralem *τοῖς νεωτάτοις* (sc. *παρήγγειλαν μάχαιραν φορεῖν*) — tradit uerba *προσεπικοσμεῖται δὲ καὶ* sq., corrigenda esse, praesertim cum in proximo capite plane idem acciderit scriptori, qui scripsit 562, 14 *τοῖς δευτέροις παρήγγειλαν φέρειν πανοπλίαν — ταύτην δὲ περὶ τὸν δεξιὸν φέρει μηρόν.* Simile est, quod

1) Mnemos. VI. 353.

legitur: 5, 18 *ὅσον γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι — ὑπέλαβον* (putaui). 150, 11 *ὑπολαμβάνω δὲ ῥᾴστην ἐμοὶ ἂν γενέσθαι — εἰ ποιησαίμεθα* cf. 174, 5—8. 948, 28. 190, 21. 995, 26. Denique conferas: 13, 16 *ὁ δὲ Ἱέρων ὀττευσάμενός τι — ἀνεχώρησε — εἰς τὰς Συρακούσας· τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ γνοὺς Ἄππιος τὴν ἀπόλυσιν τῶν προειρημένων* sq. 372, 7 *ἐὰν γὰρ ἑνὸς* (sc. reguli) *περιγένωνται, τρεῖς ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὴν τούτων χώραν ἄλλοι βαρύτεροι.* cf. 1075, 14 *στρατηγός — αὐτῶν* et 975, 24. 25 *σύγκλητος — ἐκεῖνοι.* Supersedere igitur possumus omnibus coniecturis, quibus Reiskius[1]) et Schweighaeuserus tentauerunt locum, qui est 605, 15 *τινὲς τῶν λογογράφων τῶν ὑπὲρ τῆς καταστροφῆς τοῦ Ἱερωνύμου γεγραφότων πολύν τινα πεποίηνται λόγον καὶ πολλήν τινα διατέθεινται τερατείαν ἐξηγούμενοι μὲν τὰ πρὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς γενόμενα σημεῖα* (*αὐτοῖς* est Syracusanis).

Non dissimile est, quod ubi nomen urbis uel ciuitatis ab eo nominatum est, ita pergit, tanquam si ciuium nominasset. Cuius usus quamquam etiam apud alios scriptores inueniuntur exempla, tamen Polybius nescio quo modo maiore in hac re utitur licentia. 126, 7 *οὗ πρεσβευτὰς ἐκπέμψαντος εἰς Γαλατίαν ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων, παρασπονδήσαντες* (sc. Galli) *ἐπανείλοντο τοὺς πρέσβεις.* 50, 4 *τοῦ δὲ προτερήματος προσπεσόντος εἰς τὴν Ῥώμην, περιχαρεῖς ἦσαν* (sc. Romani) cf. 14, 13 *πολίτευμα — ἕκαστοι.* 304, 17 *Ῥώμην — οἱ δὲ.* 291, 21 *ναῦς Μασσαλιητικὰς — οὗτοι.* 50, 15. 551, 11 *διὸ καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς συστάσεως αὐτοῦ λόγον ἀποδεδωκότες πειρασόμεθα νῦν ἤδη διασαφεῖν ὁποῖόν τι κατ' ἐκείνους ὑπῆρχε τοῖς καιροὺς, ἐν οἷς λειφθέντες* (sc. Romani; quod nomen in antecedentibus non inuenitur, sed ex uoce *πολίτευμα* intellegendum est).

Iam simili modo excipit optatiuus aut indicatiuum aut coniunctiuum, ubi causa uix potest cognosci.

213, 8 *γράψαι ἐθάρρησεν, διότι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ὑπάρχοιεν συνθῆκαι — καὶ διότι ὑπερέβαινον Ῥω-*

1) Reiskius, animaduersionum ad Graecos auctores uolumen IV. Lips. 1763. p. 732.

μαῖοι τὰς συνθήκας. 172, 24 — 173, 2 *ἐδήλωσε, πῶς — ἔλαβε καὶ πῶς — ἐξαπέστειλε — ἔτι δὲ πῶς — οὐκ ἐάσαιεν — μικροῦ δὲ καταλεύσαιεν.* cf. 719, 24—26 *διότι συνέβαινε — εἴησαν.* 375, 18. 651, 16 *ἵνα μηδεὶς κατοπτεύσῃ, ἀλλ' οἱ μὲν ὑποχείριοι γένοιντο, οἱ δὲ ἀπαγγέλοιεν.* Recte igitur Bekkerus scribit 813, 12 *λέγων, ὅτι — παρελάμβανε — δυναστεύσαι δὲ* (pro *δυναστεῦσαι δὲ*).

Venio ad tempora: Polybium interdum infinitiuo praesentis uti, ubi ex uulgari usu expectamus infinitiuum futuri, demonstrauit Hultschius [1]). Atque ab eodem uerbo haud raro et infinitiu. praes. et infinitiu. futuri coniuncti pendent. 376, 2. 3 *πεπεισμένοι τὸν μὲν Ἀχαιὸν σφίσι βοηθεῖν, αὐτοὶ δὲ ἀντιπεριστήσειν.* 578, 27—29 *ἢ κυριεύειν ἐλπίζοντες ἢ διαφεύξεσθαι.* 669, 6 *ἀναγκάσειν ἢ λύειν ἢ ὑπάρξειν* item 675, 20—21. 418, 20—21. 819, 3 (*κωλύειν*) — 5 (*ποιήσειν*). Hac ratione ille quoque locus defenditur, qui est 675, 19—21. *ἐκρίθη — μετακομίζειν καὶ ἀπολιπεῖν*, ubi Naber *ἀπολείπειν* scribit.

Etiam praesens historicum, quod dicunt, et aoristus uel imperfectum ita coniunguntur [2]). 67, 6—7 *ἀποπλέων ἐντεῦθε κατῆρε καὶ καταλαμβάνει.* 48, 11—12 *ναυπηγοῦνται πεντήκοντα σκάφη καὶ κατέγραφον καὶ συνήθροιζον στόλον* sq. 12, 27—29 *τίθεται* (sc. Ἱέρων) *συνθήκας καὶ ἐποιεῖτο τὴν πορείαν.* 87, 3—4 *ἐπιτίθενται τῷ χάρακι καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασαν* sq. cf. 258, 24—26. 213, 28 *ποιοῦνται συνθήκας, ἐν αἷς τὰ συνέχοντα ἦν ταῦτα.* cf. 117, 4. 379, 28. 380, 4—26—30. 383, 14. 390, 7—8. 411, 21—24. 603, 15—19. 672, 6—8. Neque non coniunguntur ita imperfectum et aoristus. Etenim cum quorundam uerborum imperfectum mallet scriptor adhibere, quam aoristum [3]), horum uerborum imperfecta saepe posuit iuxta aoristum alius uerbi; conferas 204, 25—26 *ἀπεβίβασεν — ἔπλει.* 228, 11—13 *ἐξαπέστελλον — παρήγγειλαν.* 304, 19—20 *διεσάφησαν — ἐξαπέστελλον.*

1) Quaestiones Polybian. p. 23. 2) Cf. Soph. Aiac. u. 31. Antig. 406. Trachin. 365 al. Vid. supra p. 220 annot. 3. 3) Sunt uerba eundi, mittendi, ducendi, similia. cf. Hultsch. quaest. Polyb. p. 22.

Quae cum ita sint, iam nemo offendet in mira illa uarietate, quae est in libri VI. cap. 5. sqq., ubi Polybius in describendis rerum publicarum commutationibus ita sibi non constat, ut modo praesenti tempore usus depingat res tanquam praesentes, modo aoristum usurpet, tanquam si res gestas narret. 544, 20 *ἐπειδὰν δὲ γένηται — τότ᾽ ἀρχὴ φύεται.* paulo post (544, 27) *ὁπότε τις μὴ νέμοι, εἰκὸς* (scl. *ἦν*). 545, 11 *ὅταν* c. coni. *εἰκός ἐστιν.* 546, 27 *ἐπεὶ εἶχον.* 548, 3 *ἐπειδὰν θαρρήσῃ.* Idem etiam fit in uno eodemque enuntiato: 548, 12—13 *καταφέρονται καὶ ἐποίησαν.* 548, 17 *ποιοῦνται* sq. Idem cernitur in eiusdem libri capit. 19. sqq., ubi de Romanorum re militari agitur. 559, 18—23 *προλέγουσιν — τὴν ἡμέραν —. τῆς δ᾽ ἡμέρας ἐπελθούσης, διεῖλον* cf. 560, 28. 561, 17. 564, 2. 573, 11—26. Eadem neglegentia apparet 625, 13—18, ubi describit Polybius, quibus artificiis usi Romani Syracusas urbem oppugnauerint. Ac praeter cetera uersatur in depingendis naualibus machinis, quas exstruxerant Romani; dicit enim: *ταύτης ἑκατέραν τὴν πλεύραν δρυφακτώσαντες — ἔθηκαν πλαγίαν* sq., *πρὸς δὲ τοῖς ἱστοῖς — τροχιλίαι προσήρτηνται· λοιπὸν ὅταν — ἐγγίσωσι — ἕλκουσι* sq. Hac ipsa re eo adductus est scriptor, ut in protasi tempus praeteritum, in apodosi tempus praesens scriberet. Ita factum est, ut 554, 7 legamus, *ὁπότε τις ἐπιδημήσαι, φαίνεται ἡ πολιτεία* sq.[1]) Ex quo exemplo neutiquam colligendum est, Polybium *ὅταν* c. coni. et *ὅτε* c. optat. contra morem Atticorum promiscue usum esse; nam ceteris locis semper *ὅταν* c. coni. et *ὅτε* c. optat. secundum Atticorum morem usurpat.

Videamus nunc singula neglegenter scripta. Postquam Polybius 720, 29 Publii nomen commemorauit, 721, 4—15 narrauit eum castra apud Carthaginem nouam posuisse; deinde 721, 20 — 722, 25 situm urbis descripsit et 722, 26 sic pergit: *τοιαύτης δ᾽ ὑπαρχούσης τῆς διαθέσεως τῶν τόπων ἀσφαλίζεσθαι συνέβαινε τοῖς Ῥωμαίοις τὴν στρατοπεδείαν κατὰ τὴν ἐντὸς ἐπιφάνειαν ἀκατασκεύως ὑπό τε τῆς λίμνης καὶ τῆς ἐπὶ θά-*

1) De elidendo *—αι* (*φαίνετ᾽ ἡ πολιτεία*) cf. 223, 20 *γίνετ᾽ ἡ.*

τερα θαλάττης, τὸ δὲ μεταξὺ τούτων διάστημα ἀχαράκωτον εἴασεν; ad εἴασεν ex 720, 29 cogitatione addendum est nomen Publii. Tale quid scriptoris esse, qui limatiore genere dicendi utatur, nemo contendet. Eadem neglegentia cernitur 427, 1, ubi ad κατηυλίσθησαν ex 426, 10 intellegendum est: *Μακεδόνες*, quamquam scriptor inter 427, 1 et 426, 10 uerba interposuit, quibus explicatur, unde factum sit, ut Thermum in urbem copias suas conducerent Aetoli. Item 116, 23 dicit ταῦτα δὲ πράξαντες ἀνεχώρησαν, cuius uerbi subiectum Romanorum est nomen, quos tamen post 116, 17 non commemorauit scriptor; ita ut inter hunc locum et uerba ταῦτα δὲ πράξαντες intersit rerum a Phariis et Teuta gestarum narratio. Non minus neglegenter 211, 25 omisit subiectum, quod est Carthaginiensium nomen. Contra non Polybii, sed scribae culpa uidetur 99, 10 Hamilcaris nomen omissum esse, quod auctor diligens omittere non debuit. Nam postquam 98, 32 τοὺς περὶ τὸν Ἀμίλκαν nominauit, de mercennariis agit, qui a Carthaginiensibus defecerant, ac locum communem addit; in codicibus uerba insequentia ita scripta sunt: πολλοὺς μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖς κατὰ μέρος χρείαις ἀποτεμνόμενος καὶ συγκλείων ὥσπερ ἀγαθὸς πεττευτὴς ἅμα καὶ διέφθειρε, πολλοὺς δ' ἐν τοῖς ὁλοσχερέσι κινδύνοις — ἀνῄρει sq., in quibus uerbis desideramus subiectum. Sed uerba sine dubio sunt corrupta. ἅμα καὶ enim, quod traditur, nullo modo ferri potest, quod iam dudum uiderunt editores; itaque inde ab Reiskio correxerunt ἅμα καὶ in ἀμαχεί. Quid? mutatio nonne lenior est eaque aptior ad hunc locum, si pro αμακαι scribitur αμιλκας = Ἀμίλκας? Habemus subiectum, quod desideramus, cum Reiskii ἀμαχεί satis superuacaneum sit. Nomina autem propria haud raro hunc in modum corrupta sunt in Polybii historiis; ueluti 3, 16 παρὰ τοῦ pro Ἀράτου in libris est.

Contra alia, quae ab artifici, ut ita dicam, stilo abhorrent, re uera Polybii esse apparet: 411, 22 parum accurate dicit τούτων τινί, quod pronomen spectat ad 'τοὺς ἀντιπολιτευομένους περὶ τὸν Ἄρατον', qui 411, 13 nominantur. 327, 12 αὐτοῖς ita dicit, ut uix intellegi possit, quo spectet. Ac Reiskius

quidem putauit *αὐτοὶ* dici a scriptore Timoxenum (327, 2) et Aratum; contra Schweighaeuserus [1]) *αὐτοῖς* ad Aetolos spectare contendit. Ex grammatica ratione sine dubio Schweighaeuseri sententia aptior; sed si Polybii neglegentiam spectamus, Reiskii sententia ab hac parte non refellitur, re ipsa sine dubio maxime commendatur.

237, 3 *αὐτοῖς* legitur, ubi nemo non cogitat de Carthaginiensibus; sed cum in pagina superiore (236, 19) unius Hannibalis nomen commemoratum, deinde nonnulla de Gallorum in Italiam incursionibus atque de hominibus in ipsis Alpibus habitantibus exposita sint, ex grammatica ratione iusto durius est simplici pronomine *αὐτοῖς* pergere, tanquam si Carthaginienses antea sint nominati. 373, 13 pronomen *αὐτῶν* uidetur significare *τῶν βασιλέων*, quod substantiuum ex *βασιλεία* uoce, quae antecedit, intellegendum est; sed potest etiam significari totus populus. 576, 19 'ὁ *αὐτὸς*' non est *εἷς τῶν οὐραγῶν*, quod exspectaueris, sed *ὁ πρῶτος ἰλάρχης* (cf. 578, 5). Iam ipse inspicias locos similes: 46, 28 (*οὗτοι μὲν*). 546, 10 (*αὐτοῖς*). 428, 15 (*αὐτῶν*). 1113, 29 (*ἐπὶ δὲ τούτοις* cf. 1112, 26). Itaque non debebant offendere uiri docti in 259, 13 *παρὰ τούτων* i. e. 'a Romanis', qui 259, 7 commemorantur. Denique conferas 846, 25 *ἡ γὰρ ἔμφασις τῶν πραγμάτων αὐτοῖς* (= scriptoribus nonnullis) *ἄπεστι διὰ τὸ μόνον ἐκ τῆς αὐτοπαθείας τοῦτο γίνεσθαι* sq., ubi 'τοῦτο' est = 'narrando ita oculis res gestas subicere, ut quasi praesentes agi uideantur'.

Cum *αὐτοί* et *οὗτοι* pronominibus hunc in modum abutatur scriptor, tum participio 'ὁ *προειρημένος*', cuius notio plane eadem est apud eum, ac demonstratiui pronominis *οὗτος*.

22, 1 *ὁ προειρημένος ἀνήρ* est *Ἄννων*, qui 21, 20 nominatur. Item 626, 16 Archimedes, qui inducitur 624, 6, *ὁ προειρημένος ἀνήρ* dicitur. cf. 241, 1, ubi satis dubium est, qui sint illi *οἱ προειρημένοι*. Horum locorum analogia defenduntur, quae leguntur 68, 17 *περὶ τῶν νῦν λεγομένων στρατηγῶν* scil. Hamilcaris Barcae et Romanorum ducis, qui pagina proxima com-

1) Cf. edit. Polyb. uol. VI. p. 11, ubi Reiskii quoque sententia affertur.

memorati sunt. Plane superuacaneae et Schweighaeuseri et Gronouii sunt coniecturae; quod qui sibi nondum persuaserit, conferat 160, 9—15 *ἠγωνία* (sc. *Ἄρατος*) *γὰρ, εἰ παραγενόμενος ὁ βασιλεὺς καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τοῦ Κλεομένους καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ἀλλοιότερόν τι βουλεύσαιτο περὶ τῆς κοινῆς πολιτείας, μή ποθ' ὁμολογουμένως τῶν συμβαινόντων αὐτὸς (Ἄρατος) ἀναλάβῃ τὴν αἰτίαν, δόξαντος (= Ἀντιγόνου) δικαίως τοῦτο πράττειν, διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ (Ἀράτου) προγεγενημένην ἀδικίαν.* Paulo alius generis sunt, sed non magis logice dicta uidentur, quae traduntur: 88, 26 *ἐπεὶ δ' εἰς συνάπτον ἦκον — συνῆπτον.* 588, 26 *ἐπειδὰν γὰρ ἐξοιδοῦν τι — ἐπικρατῇ, οὐδὲν ἐξοιδεῖ* cf. 42, 16. Qui talia scripserit, quidni eum scripsisse putemus, quae leguntur: 846, 3—4 *ἐὰν γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας ἐξέλῃ τις τὸ δυνάμενον ὠφελεῖν, τὸ λοιπὸν αὐτῆς ἀνωφελὲς γίνεται?* ubi neque Heysii *ἀφελές*, neque Hultschii *ἀλυσιτελές*, neque, quod Cobetus [1]) uoluit *νουθετεῖν* pro *ὠφελεῖν*, probatur; sincera est lectio codicum.

Eandem scriptoris neglegentiam cernimus his locis: 691, 23 *ἔκ τε τῶν προειρημένων καὶ τῶν λέγεσθαι μελλόντων ἐστὶ φανερόν* [2]), ubi Hultschius, quod conferri iubet 690, 9, nihil confert ad tuendam huius loci scripturam. Nam 690, 9 *διὰ τῶν προειρημένων καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων* cum *καταμαθεῖν* coniungenda sunt. Sed similia huic loco (691, 23) inueniuntur. In eo enim offendimus hoc loco, quod *ἐστί* praesens scriptum est, quod ad sola uerba *τῶν προειρημένων* quadrat. Eodem modo 249, 8 *τοὺς κινδύνους καὶ κακοπαθείας συμβάντας.* 276, 3 *φυλάττεσθαι καὶ προσέχειν τὸ πλῆθος*, ubi accusatiuus *τὸ πλῆθος* ex *φυλάττεσθαι* pendet. Verba, quae leguntur 908, 27 — 909, 2 tam corrupta sunt, ut ex eis nihil concludere audeam. Sed similitudinem quandam cum hoc loco, de quo agimus, habent ea uerba, quae exstant 344, 5: *ἥτις (= αὐστηρία τῶν ἠθῶν) αὐτοῖς παρέπεται διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ψυχρότητα καὶ στυγνότητα τὴν κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν*

1) Mnemos. XI, 30. 2) Cf. Thucyd. III, 40, 2 et VI, 60, 2 *τὸ σαφὲς οὐδεὶς οὔτε τότε οὔτε ὕστερον ἔχει εἰπεῖν περὶ τῶν* sq.

τοῖς τόποις ὑπάρχουσαν, ᾧ συνεξομοιοῦσθαι πεφύκαμεν; ubi *ᾧ* non nisi ad remotius illud *τὸ περιέχον* (caelum) spectare potest, cum exspectemus *οἷς*, quod Athenaeus suo Marte, ut multa [1]), scripsit.

Restant singula: 560, 26 *μετὰ ταῦτα τοὺς ἵππεῖς τὸ μὲν παλαιὸν ὑστέρους εἰώθεσαν δοκιμάζειν, νῦν δὲ προτέρους*. Similia sunt: 565, 20 *ὑπὸ τῶν ὄμβρων ἀποδερματούμενοι καὶ μυδῶντες δύσχρηστοι καὶ πρότερον ἦσαν καὶ νῦν ἔτι γίνονται παντελῶς* et 306, 16—17 [2]).

Denique commemoro, solere scribere Polybium, uelut 299, 29, *διὰ τὸ πρῶτον μὲν — δεύτερον δὲ διὰ τὸ* pro *διὰ τὸ πρῶτον μὲν — δεύτερον δὲ*. item 320, 15—18. 420, 22—26. *ἵνα πρῶτον μὲν — δεύτερον δὲ ἵνα* sq.

Iam nescio, an ab eo, qui tam miro saepe modo peccauerit, non alienum esse iudicemus, quod 559, 8 legitur *τῶν λοιπῶν*, cuius in locum Nipperdeius [3]), cum Casaubono faciens, reponi iussit *τῶν πολιτῶν*, quod mihi ne quadrare quidem uidetur; *στρατιωτῶν* exspecto, non *πολιτῶν*. Ceterum conferas 724, 8, ubi simili modo *τῶν λοιπῶν* legitur, non eleganter quidem dictum, sed nescio an in Polybii libris ferendum sit; quamquam Naber [4]) hoc quoque loco *τῶν πολιτῶν* scribi uult. Contra miror, quod nemo adhuc haesit in his uerbis: 54, 17 *παρακαλέσας δὲ τῷ καιρῷ τὰ πρέποντα διὰ πλειόνων καὶ παραστήσας ὁρμὴν ὑπερβάλλουσαν διά τε τὸ μέγεθος τῶν ἐπαγγελιῶν τοῖς κατ' ἰδίαν ἀνδραγαθήσασιν καὶ τὰς κατὰ κοινὸν ἐσομένας χάριτας αὐτοῖς καὶ δωρέας* sq. Qui tandem sunt 'priuatim fortes'? Quae haec est oppositio *τοῖς κατ' ἰδίαν ἀνδραγ.* et *τὰς κατὰ κοινὸν χάριτας*? [5]) Haec profecto tam peruerse sunt dicta, ut ne Polybio quidem tribuenda ea esse putem. Transpositis uerbis *κατ' ἰδίαν* ante *ἀπαγγελιῶν*, medicina affertur loco, ita ut '*τὸ μέγεθος τῶν κατ' ἰδίαν ἐπαγγε-*

1) Cf. huj. dissert. p. 227 sq. 2) Cf. Thucyd. IV, 103, 4 *ἐπειδὴ — Βρασίδας ἦλθεν, ἔπραξάν τε ἐκ πλείονος* (sc. *οἱ Ἀργίλιοι*) —, *καὶ τότε — κατέστησαν*. 3) Annal. Societat. litter. Saxonic. uol. V. p. 155.

4) Mnemosyn. VI, p. 362. 5) *κατὰ κοινὸν* est 'publice' cf. 322, 4. 324, 8. 326, 14. 606, 21. 448, 5. 701, 12. 1111, 12. 1152, 13. 587, 14.

λιῶν' et '*τὰς κατὰ κοινὸν ἐσομένας χάριτας*' inter se opponantur. De ordine uerborum in Polybii libris confuso conferas Hultschii notas ad 14, 9. 191, 5. 217, 6. 249, 2. 279, 3 et huius dissertat. p. 259[1] et 278.

Denique si quis, quales et quam duras admiserit Polybius anacoluthias, uult cognoscere, adeat locos, qui sunt 177, 30 — 178, 5. 141, 9. 96, 10. 671, 15. 320, 1. 348, 6. 462, 7—16. 672, 19. Supersedere igitur possumus Reiskii coniectura, qui 155, 25 *φαίνεσθαι* addi iubet, ut anacoluthia satis lenis tollatur.

Iam ut ab omni parte stabiliatur id, quod de Polybii elocutione facimus iudicium, restat ut disputem de fuso et nimis abundante dicendi genere, quo utitur; qui quantum abesset, ut breuitatem orationis sectaretur, si intellexissent uiri docti, non corrigere interdum ipsum Polybium animum induxissent.

Nolo tempus terere in enumerandis illis locis, ubi synonyma ita coniungit scriptor, ut plane superuacaneum sit alterutrum; exempla poteris in unaquaque pagina inuenire. Pauca tantum perstringo huius generis. Quod Bekkerus 78, 13 in uerbis *ἀρχηγὸν καὶ μόνον αἴτιον* putauit *αἴτιον* esse delendum, sine dubio errauit; conferre debebat et eum locum, quem Hultschius adscripsit in notis (I, 81, 10) et eum, qui magis etiam quadrat: 148, 8 *ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον*. Unum potissimum genus synonymorum ita adamat Polybius, ut fere semper iisdem locutionibus utatur; pronomina dico synonyma coniuncta: *οὕτω καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ* 139, 19. *πῶς καὶ τίνι τρόπῳ* 147, 14. 39, 18. cf. *πῶς καὶ τίνι γένει* sq. 537, 14. *ὧδε καὶ τῇδε* 305, 25. *ταῦτα καὶ τοιαῦτα* 394, 8. 423, 8. 9. 558, 12. 339, 16. *ὁ μὲν βασιλεὺς περὶ ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἦν* 421, 14. cf. 288, 19.

Venio ad singula, quae abundanter dicta sunt. Solet Polybius eandem notionem et substantiuo et enuntiato addito expressam proponere. Scribit igitur: 5, 15 *τὴν καθόλου καὶ συλλήβδην οἰκονομίαν τῶν γεγονότων, πότε καὶ πόθεν ὡρμήθη* (*τὰ γεγονότα* sc.) *καὶ πῶς ἔσχε συντέλειαν* sq., ubi enuntiato *πότε — συντέλειαν* nihil fecit scriptor, nisi explicauit uerbum

οἰκονομία. 305, 27 *τῶν μὲν ἐν ταῖς προγεγενημέναις μάχαις ἐλαττωμάτων οὐχ ἓν οὐδὲ δεύτερον καὶ πλείω δ' ἂν εὕροι τις αἴτια, δι' ἃ τοιοῦτον αὐτῶν ἐξέβη τὸ τέλος,* ubi enuntiatum *δι' ἃ — τέλος* plane superuacaneum est. 405, 26 *οὗ τὴν μὲν αἰτίαν, ἀπὸ ποίας προθέσεως ἢ χορηγίας ἔλαβε τὴν ἀρχὴν τῆς κατασκευῆς, ἀμφισβητεῖσθαι συμβαίνει.* Plane eodem modo 1263, 3 dicitur *ἡ δὲ σύγκλητος ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον διηπόρησε περὶ τούτων, πῶς δεῖ χρήσασθαι τοῖς πράγμασιν.* Ubi sine ulla causa Herweden [1]) pro *περὶ τούτων* scribi iubet *περὶ τοῦ.* Conferas etiam 540, 14 *ἀδήλου οὔσης τῆς ἐντυχίας, τίσιν ἀπαντήσει* sq. et 34, 22 *τὸ κατὰ λόγον, ὅπερ εἰκὸς (ἐστιν ἐπιτελεῖσθαι), ὅταν* sq., *ἐπετελεῖτο.* Idem dicendi genus apparet his locis *ἐξέβη τὸ τέλος* 306, 24. 305, 29. *ἐπιτελεῖται ἡ συντέλεια* 708, 4. *ἐπιφαίνεται ἡ κατὰ τὸν ἥλιον ἀνατολή* 795, 6. *ὑπὸ τὴν ὄψιν ἄγεται ἡ ἐνάργεια τῶν πραγμάτων* 556, 8, ubi alius scriptor aut *ὑπὸ τὴν ὄψιν ἄγεται τὰ πράγματα* dedisset aut *γίνεται ἐνάργεια τῶν πραγμάτων. δῆλον, ὡς εἰκός* c. infin. 137, 5 saep. *ἀεὶ — διετέλουν* 108, 10. *φύεσθαι πρῶτον* 543, 30. *προκείμεναι προβολαί* i. e. proposita consilia 38, 9. *κατ' ἐκλογὴν ἀριστίνδην κεκριμένοι* 550, 19, ubi uix eiecisset Cobetus [2]) *κατ' ἐκλογήν*, tanquam glossema, si inspexisset 783, 27 *τὴν φάλαγγα κατὰ τέλη σπειρηδὸν ἐπέστησεν* sq. Confer praeterea 725, 1 *κατ' ἐκλογὴν τῶν ἀρίστων προκεκριμένων.* Quidni eundem scripsisse putemus, quod traditur 960, 19 *τὴν σωματικὴν δύναμιν ἔχειν πρὸς τὸ δύνασθαι τὸ κριθὲν ἐπιτελεῖν*? in quibus uerbis cum Naber [3]) eicere uoluisset *δύνασθαι*, bene fecit Hultschius, quod hanc coniecturam in notis criticis silentio praeteriit [4]). Iam restat unum: Scribit Polybius 557, 6 *διὸ, πάντων τῶν προειρημένων χάριν*, sq. 24, 13 *διὸ, χάριν τοῦ* sq. 95, 4 *διόπερ — βλέπων* (= pro enuntiato caus.). 24, 7 — 24, 9 *ὅθεν — διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας.*, Neque delendum est *διά*, quod traditur 456, 10 (*διὰ — διὰ τὰς*

1) Mnemosyn. nou. ser. II. 78. 2) Mnem. XI. 25. 3) Mnemos. VI. 119. 4) Conf. ex numero scriptorum latin. Taciti ab exc. diu. Aug. lib. III. 3. 'magnitudinem mali perferre uisu non tolerauit', et quae collegit exempla Nipperdeius.

προειρημένας αἰτίας), sed aut διὸ aut δι' ἃ scribendum. Neque recte eiecerunt uiri docti διὰ ταῦτα 50, 7 διὸ καὶ πάλιν ἐπερρώσθησαν διὰ ταῦτα; confer praeter exempla modo allata hos locos: 1192, 22 ἐξ ὧν, ὅτι γέγονέ τις ἐπιπλοκή, προφανὲς ἐκ τῶν εἰρημένων sq. 117, 9 ὧν συντελεσθέντων, μετὰ ταῦτα. 57, 10. 902, 25. 70, 5. 25, 8. 9.

Hoc loco commemoranda sunt uerba, quae leguntur 549, 30—31: ξύλοις θρῖπες καὶ τερηδόνες συμφυεῖς εἰσι λῦμαι, δι' ὧν, κἂν πάσας τὰς ἔξωθεν διαφύγωσι βλάβας, ὑπ' αὐτῶν φθείρονται τῶν συγγενομένων. In quibus uerbis quamquam scio multos offendere, tamen non offendemus, si et eos locos respexerimus, quos paulo supra attuli et, quem simillimum iam allaturus sum: 622, 11—12 δι' ὧν ὑπολαμβάνω τὸ πολλάκις ἐν ἀρχαῖς ἡμῖν τῆς πραγματείας εἰρημένον νῦν δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἀληθινὴν λαμβάνειν πίστιν.

Antequam finem faciam disputandi de hoc loco, restat ut unum adnotem. Solet Polybius scribere: μέχρι τούτου πολεμῶν καὶ φιλονεικῶν, ἕως τοῦ λαβεῖν ἀφορμάς 428, 23 saep. Haud raro tamen eadem repetitur praepositio: 699, 10 ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου πεπεισμένοι δεῖν ἡμᾶς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι διότι sq. 1327, 27 ἐπὶ τούτῳ σεμνύνεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, ἐπὶ τῷ καὶ τοὺς πολέμους ἁπλῶς πολεμεῖν. cf. 353, 18. Apparet igitur sine ullo iure Hultschium deleuisse alterum ἕως in uerbis 702, 18 ἕως τούτου βούλομαι ποιήσασθαι τὴν μνήμην, ἕως τοῦ μὴ δόξαι sq.

Neque uerum mihi uidisse uidetur Naber[1]), qui 971, 10 in uerbis: ἦν γὰρ εὔθικτος (sc. Philippus) καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπους uerba πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπους tanquam glossema eici iubet. Neque enim in his uerbis offendes, si respexeris, quae modo attuli exempla, neque in re ipsa est, cur haereamus. Etenim, qui εὔθικτος est (i. e. qui ad commode salseque dicta est idoneus), idem solet illudere homines. Itaque sine dubio coniungere potuit Polybius notiones ‘εὔθικτος’ et ‘εὖ πεφυκὼς

1) Mnemos. VI. 171.

πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπους' [1]). Iam finem faciendum esse puto disputandi de hoc loco; nam quamquam scio non omnia me collegisse, quibus indolem elocutionis Polybianae cognoscamus, tamen ex eis, quae disputaui, unumquemque facile intellegere posse puto, quid de ea re sit iudicandum. Transeamus iam ad tertiam huius dissertationis partem.

Pars III.

DE SINGULIS REBUS GRAMMATICIS.

Quia hac particula singula, quae ad dicendi usum Polybii spectant, uolui complecti, primo loco de articulo pauca exponamus.

Haud raro enim satis habebat Polybius simplicem scribere articulum, ubi alius scriptor usus esset pronomine demonstratiuo; quod cum non intellexissent uiri docti, interdum sine iure uerba tradita mutauerunt. 95, 23 mercennariorum a Carthaginiensibus defectio enarratur, quo loco postquam uerba fecit de prauitate morum, pergit his uerbis: *τέλος δ' ἀποθηριωθέντες ἐξέστησαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· τῆς δὲ διαθέσεως ἀρχηγὸν μὲν καὶ μεγίστην μερίδα νομιστέον ἔθη μοχθηρά* i. e. huius animorum affectus causa est. 1229, 13 postquam dixit, eicere homines ex patria ita, ut in sempiternum redeundi spe priuarentur, indignum esse cum omnibus

---

1) Simili modo 305, 24 scribendum esse puto: *πρὸς τοῦτο διατείνοντα | πρὸς τὸ παραμυθεῖσθαι | τὸν νοῦν αὐτῶν ὑπὲρ* sq. Verba tradita *πρὸς τοῦτον τείνοντα τὸν νοῦν τῶν ὑπὲρ* sq. sensu carent; itaque iam Reiskius pro *τῶν* scripsit *τὰ*, Schweighaeuser. et Hultsch. *τὸν*, secuti A^2B. Sed uidetur altius latere uitium. Si uerba sequentia spectes, uix possis dubitare, quin talem exspectemus sententiam, qualem restitui. De spatio uersuum archetypi, qui multi exciderunt, conf. Hultsch. quaest. Polyb. II. p. 7 sqq. Cum uterque uersus ab eodem inciperet uocabulo, facile alter potuit omitti.

Graecis, tum Atheniensibus, sequuntur uerba: *τὸ γὰρ τὴν μὲν ἰδίαν πατρίδα κοινὴν ποιεῖν ἅπασιν*[1]), *τὰς δὲ τῶν ἄλλων ἀναιρεῖν, οὐδαμῶς οἰκεῖον ἂν φανείη τοῦ τῆς πόλεως ἤθους*; exspectamus *ταύτης τῆς πόλεως*, scilic. Athenarum. 236, 5 *τὴν ἔρημον ταύτην τινὰ περὶ τοὺς τόπους ὑπογράψαντες ἡμῖν*, ubi, si locum propius inspexeris, facile intelleges *τοὺς τόπους* esse 'illa loca'.

Itaque non mutare debuit Naber[2]) uerba tradita: 120, 13 *σίτου τε γὰρ τοσαύτην ἀφθονίαν ὑπάρχειν συμβαίνει κατὰ τοὺς τόπους* in *κατὰ τούτους τοὺς τόπους*. Recte conferri iubet Hultschius in not. critic. 368, 2 *ἐπὶ τοὺς τόπους* et 1242, 22. 366, 22. Potuit praeterea afferre 54, 27 et 941, 26, ubi *κατὰ τοὺς καιροὺς* est pro *κατ' αὐτοὺς τοὺς καιροὺς* uel *κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς*; item 205, 30 *ὅταν ἐπὶ τοὺς καιροὺς ἔλθωμεν*. Et uides eiusdem generis esse 1331, 13 *τῶν μὲν τοῦ Καλλικράτους εἰκόνων εἰσφερομένων, τῶν δὲ τοῦ Λυκόρτα κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκφερομένων*, ubi sententiam uerborum recte significauit Dindorfius, qui scribi uoluit *κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν*; scripsit tamen Polybius, ut uidetur, *κατὰ τὴν ἡμέραν* quemadmodum *κάτὰ τοὺς καιρούς*. Similis est condicio uerborum, quae sunt 135, 15, ubi *τῆς ἐπιβολῆς* est *ταύτης τῆς ἐπιβολῆς*.

Vice uersa Polybius, quamquam solet dicere *τὸν πρὸ τοῦ χρόνον* (tempus praeteritum), tamen haud raro dicit, notione non mutata, *τὸν πρὸ τούτου χρόνον* 299, 32. 757, 24. 762, 27. 774, 1. 798, 11. 1161, 4. Itaque incautius Cobetus[3]) 903, 13 uerba tradita *τὸν πρὸ τούτου χρόνον* mutari iussit in *τὸν πρὸ τοῦ χρόνον*. Et poterunt iisdem exemplis defendi uerba *τὰ πρὸ τούτου σεμνά*, quae 894, 6 in omnibus codicibus leguntur pro *τὰ πρὸ τοῦ σεμνά*, quod usitatum est Polybio. Non aliter dicitur *ἕως τούτου* 1289, 5 et 427, 9 saep. Denique conferas Diodor. Sicul. XI, 76, 3 *τὴν νῦν οὖσαν Αἴτνην ἐκτήσαντο, πρὸ τούτου καλουμένην Ἴνησσαν* sq.

---

1) Thucyd. II, 39, 1 'τήν τε γὰρ πόλιν κοινὴν παρέχομεν sq.' Periclis uerba, quae Polybii animo uidentur obuersata esse.

2) Mnemos. VI. 126. 3) Mnemosyn. XI. 16.

Venio ad alia quaedam, quae pertinent ad pronomina. Primum adnotandum est, pronomen *οὗ οἷ ἕ*, quod apud Atticos satis frequenter inuenitur [1]), apud Polybium plane desiderari.

Deinde genetiuus reflexiui pronominis *ἡμῶν αὐτῶν* et *ὑμῶν αὐτῶν* plane inusitatus est Polybio, qui semper pro his pronominibus scribit *αὑτῶν*: 4, 6 *τὴν ἀρχὴν τῆς αὑτῶν πραγματείας πεποιήμεθα*. item 146, 4. 185, 3. 186, 5. 887, 9. 1330, 25. Pari modo pro *ἡμᾶς αὐτοὺς* habet *αὑτοὺς* 681, 30. 1054, 21. 1331, 21 et *ἑαυτοῖς* pro *ὑμῖν αὐτοῖς* 699, 13. 307, 16 al. saep. Contra morem Atticorum promiscua habet pronomina *ὅδε* et *οὗτος*. Ut nonnulla exempla afferam, *ὅδε* spectat ad praecedentia 2, 6. 14, 1 *ἡ μὲν οὖν πρώτη Ῥωμαίων ἐκ τῆς Ἰταλίας διάβασις μετὰ δυνάμεως ἥδε καὶ διὰ ταῦτα κατὰ τούτους ἐγένετο τοὺς καιρούς*. 305, 25 *ὧδε γὰρ καὶ τῇδέ που συνέβαινε διατετράφθαι καὶ προσδεῖσθαι παραινέσεως τοὺς πολλούς*. Contra *οὗτος* ad sequentia: 25, 15 *ἐδίδασκον ἐν τῇ γῇ κωπηλατεῖν τὸν τρόπον τοῦτον· καθίσαντες — συνείθιζον* cf. 305, 24. 840, 3. 970, 20. 1027, 10. Idem ualet in *τοιόσδε* (117, 23) et *τοιοῦτος* (455, 26. 456, 18. 496, 25 saep.). Hoc loco paucis agendum est de uerbis, quae sunt 576, 6: *τὴν δ' ἐκτὸς ἐπιφάνειαν οἱ γροσφομάχοι πληροῦσι παρ' ὅλον καθ' ἡμέραν τὸν χάρακα παρακοιτοῦντες· αὕτη γὰρ ἐπιτέτακται τούτοις ἡ λειτουργία ἐπὶ τῶν εἰσόδων ἀνὰ δέκα ποιοῦνται τούτων αὐτῶν τὰς προκοιτίας*. In his uerbis compluria non esse sana apparet. Primum *καθ' ἡμέραν*, quo nunc legitur loco, nullum praebet sensum [2]), neque non offendimus in collocatione huius locutionis. Praeterea uerba *αὕτη γὰρ — προκοιτίας* nulla continentur constructione. Apparet autem duas inesse in uerbis *τὴν δ' ἐκτὸς — προκοιτίας* sententias. Primum enim significatur, qui sit uelitum in castris locus, deinde quod eorum sit munus. Puto igitur Polybium scripsisse: *τὴν δ' ἐκτὸς ἐπιφάνειαν οἱ γροσφομάχοι πληροῦσι παρ' ὅλον τὸν*

1) Wilisch, Das indirecte Reflexivpronom. bei Xenophon. Zittau 1875.
2) De *καθ' ἡμέραν* conf. huj. dissert. p. 284.

χάρακα παρακοιτοῦντες· αὕτη γὰρ ἐπιτέτακται τούτοις ἡ λειτουργία καθ' ἡμέραν ἐπὶ τῶν εἰσόδων ἀνὰ δέκα ποιεῖσθαι τούτων αὐτῶν τὰς προκοιτίας. Quam saepe enim uerborum ordo in Polybii libris ea re sit euersus, quod uerba a scribis primum omissa postea in margine adscripta in falsum locum irrepserunt, multis exemplis demonstratur. cf. Hultschii not. ad 207, 7. 480, 15. 253, 20. 387, 16. 271, 4 saep. [1]) A Polybio autem *καθ' ἡμέραν* post *λειτουργία* esse scriptum, uel ex ea re colligo, quod hiatus *λειτουργία ἐπὶ* non potest esse Polybii.

Αὐτός saepe accipit notionem eam, quae propria est adiectiui *μόνος*. 133, 6 *οἱ Ῥωμαῖοι συνιδόντες τοὺς ἱππεῖς αὐτοὺς — ἠκολούθουν* sq. i. e. Romani, cum solos equites adesse uidissent, secuti sunt sq. Item 210, 19. 6, 26. 21, 11. 50, 29. 51, 29. 72, 14. 113, 8. 136, 16. — 138, 22 *αὐτῷ τούτῳ λειπόμενοι* i. e. hac una re inferiores. cf. 561, 5. 143, 5. 166, 29. 174, 11. 219, 5. 223, 9. Interdum *αὐτὸς μόνος* coniunguntur eadem notione: 428, 20 *αὐτῶν μόνων τῶν ἀντιταξαμένων περιεγένετο.* Itaque nescio an iniuria haeserit Hultschius 928, 13 in his uerbis *ὃ τοῖς βασιλεῦσιν αὐτοῖς ἔθος ἐστὶ μόνοις.*

In locutione illa usitatissima *ὅσῳ — τοσούτῳ* haud raro in membro priore omittitur comparatiuus, quem exspectamus. 55, 2 *ὅσῳ δὲ συνέβαινε τοὺς ἄνδρας ἐκτὸς τάξεως ποιεῖσθαι τὴν μάχην, τοσούτῳ λαμπρότερος ἦν ὁ κίνδυνος* saep. 138, 8 *ὅσῳ γυμνὰ καὶ μείζω τὰ σώματ' ἦν, τοσούτῳ συνέβαινε μᾶλλον τὰ βέλη πίπτειν ἔνδον.*

Duobus locis uiri docti datiuum *οὐδέσι* pro *οὐδενί* in textum Polybii inducendum esse putauerunt, qui datiuus pluralis in libris manu scriptis nullo loco legitur. 147, 21 L. Dindorfius [2]) pro *καὶ μὴν οὐδὲ τῶν τῆς ἀνδραγαθίας πρωτείων οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων οἵοί τ' εἰσὶν οὐδέποτε παραχωρεῖν οἱ προειρημένοι* (= Achaei) scribi iussit *οὐδέσι τῶν Ἑλλ.* Sed plane eodem modo scripsit Polybius: 174, 29 *οὐδενὸς γὰρ ὄντες δεύ-*

1) Plane eodem modo Hultschius 881, 7. 8 transposuit *παρ' ὅλην.* conf. huj. diss. p. 272. 2) Ed. Polyb. praef. uol. IV. p. XIII.

τεροι τῶν Ἀρκάδων Μαντινεῖς. 354, 20 Ἀκαρνᾶνες οὐδενὸς τῶν Ἑλλήνων ἧττον sq.[1]). 1157, 6 οὐδενί est referendum ad urbes Boeotiae (Coroneam, Thebas, Haliartum). Itaque hoc loco (147, 21) non est, cur uerba mutemus. Alter locus est 1005, 4 ubi Hultschius cum Reiskio scribit οὔτε γὰρ Ῥωμαίους οὐδέσι τὸ πρῶτον πολεμήσαντας εὐθέως ἀναστάτους ποιεῖν τούτους; in codicibus est οὐδενί. Neque durius est οὐδενὶ — πολεμήσαντας — τούτους, quam illud, quod scriptum est 372, 7: ἐὰν γὰρ ἑνὸς περιγένωνται, τρεῖς ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὴν χώραν τούτων et similia, quae supra collegi. Conferas 550, 12 ἀντισπωμένης δὲ τῆς ἑκάστου δυνάμεως ὑπ' ἀλλήλων, et item 558, 29 παραποδίζεσθαι δυναμένης τῆς ἑκάστου προθέσεως ὑπ' ἀλλήλων. Mihi igitur persuasum est, datiuum οὐδέσι, qui nullo loco traditur, ab illis, quibus inferre conati sunt uiri docti, locis alienum esse.

Venio ad res quasdam, quae pertinent ad casus.

Datiuus, qui cum passiuo coniungitur, eadem notione qua ὑπό c. genit., saepissime a Polybio usurpatur: 14, 24 τὰ κατ' Ἰβηρίαν Ἀμίλκᾳ μετὰ δὲ τοῦτον Ἀσδρούβᾳ πραχθέντα. item 1, 3. 15, 11. 129, 12. 175, 23. 248, 2. 412, 26. 427, 12 saep. Idem casus haud raro pendet ex substantiuis, quae deriuata sunt a uerbis, quae cum datiuo iunguntur: 90, 24 νομίσας ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν πρὸς ἔντευξιν αὐτῷ 'ratus sibi esse opportunitatem adeundi eum'. 54, 14 ἐπίθεσις τοῖς ἔργοις. 54, 17 ἀπαγγελίαι τοῖς ἀνδραγαθήσασιν. 172, 13 ἡμῖν συμφοράς. 352, 17 παράθεσις τοῖς Ἰβηρικοῖς. 497, 8 βοήθεια τοῖς Πενδηλισσεῦσιν saep.

Genetiuo comparatiuo, quem uocant, saepe liberius utitur scriptor. 15, 26 οὐχ ἧττον τῶν προειρημένων παρωξύνθην — διὰ τὸ sq. pro οὐχ ἧττον ἢ διὰ τὰ πρ. 60, 23 ἐπὶ θάτερα μέρη τοῦ λιμένος ἐξάγων τοῦ τῶν πολεμίων εἴσπλου pro ἢ ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος, εἰς ὃ ὁ εἴσπλους τῶν πολεμίων ἐγένετο. 218, 23 διαλήψεως pro ἢ τῇ — διαλήψει. cf. 452, 12. 588, 6

1) Cf. Ztschft. f. Alt. 1856. p. 211 sq., ubi Funkhaenel docuit numerum singularem ex optim. codic. auctoritate in Demosthenis orationibus legi.

καὶ μὴν οὔτε κατ᾽ ἰδίαν ἦθη δολιώτερα Κρηταιέων εὕροι τις ἄν — οὔτε sq., ubi genetiuus *Κρηταιέων* est pro *ἢ τὰ τῶν Κρηταιέων*. Neque enim potest esse *Κρηταιεύς* adiectiuum, quod semper est *Κρητικός* (640, 13. 1296, 8 et 9. 540, 8. 1294, 11), cum *Κρηταιεύς* semper sit substantiuum (379, 16—17. 380, 22. 612, 18. 1295, 18—23). Quae cum ita sint, hoc loco defenditur alius, a Schweighaeusero tentatus:

76, 28 leguntur *τί διαφέρει ἦθη σύμμικτα καὶ βάρβαρα τῶν ἐν παιδείαις καὶ νόμοις καὶ πολιτικοῖς ἔθεσιν ἐκτεθραμμένων*. Genetiuus, qui ex *διαφέρει* pendet, sine dubio est comparatiuus. Itaque quemadmodum 588, 6 *ἦθη δολιώτερα Κρηταιέων* scripsit pro *ἦθη δολιώτερα τῶν* (= *ἢ τὰ*) *τῶν Κρηταιέων*, ita scribere hoc loco potuit *ἦθη σύμμικτα διαφέρει τῶν — ἐκτεθραμμένων* pro *διαφέρει τῶν* (sc. *ἠθῶν*) *τῶν ἐκτεθραμμένων* (sc. hominum). Itaque superuacanea est Schweighaeuseri [1]) coniectura scribentis *ἔθνη* pro *ἤθη*.

Pauca addam de infinitiuo et participio.

Solet Polybius addere pronomen reflexiuum infinitiuo [2]), si idem est subiectum infinitiui et uerbi finiti, ex quo pendet, etiamsi non ita premendum sit illud subiectum, ut propterea additum esse putemus pronomen reflexiuum. 275, 28 *δοξάζων ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν ἐναντίων καταφρονεῖσθαι*. 195, 23 *ὑπολαμβάνοντες ἑαυτοὺς νικήσειν*. 64, 20 *νομίσαντες οὐκ ἀξιόχρεως σφᾶς αὐτοὺς εἶναι*. Idem cernitur 599, 1. 2 et multis passim locis. Nec non id pertinet ad participia: 118, 9 *εὑρόντες σφᾶς ἐπικεκοιμημένους*. 140, 23 *ὁρῶντες σφᾶς ἐλάττους ὄντας* saep.

Interdum etiam accusatiuus praedicati inuenitur cum infinitiuo coniunctus, ubi exspectamus nominatiuum. 111, 12 *οἱ Ῥωμαῖοι οὐδὲν ἐποιήσαντο προυργιαίτερον τοῦ παροπλίσαντας αὐτοὺς ἐμβαλεῖν εἰς τὰ πλοῖα*. 309, 16 *τί μεῖζον εὔξασθαι τοῖς θεοῖς ἐδύναντο τοῦ παρὰ πολὺ τῶν πολεμίων ἱππικρατοῦντας διακριθῆναι περὶ τῶν ὅλων*. 655, 10 *ὁ φύλαξ ἀνέῳξε μετὰ σπουδῆς, ἐλπίζων —, διὰ τὸ μερίτην ἀεὶ γίνεσθαι τῶν εἰς-*

1) Schweigh. lexic. Polyb. s. u. *ἔθος*. 2) Videtur cum in hac re, tum in aliis (cf. huj. dissert. p. 286. 290) latini sermonis usu ductus esse Polybius. cf. Eberhardt, obseruation. Polybian. p. 3 sq.

φερομένων. Itaque ferri potest 124, 31 *οὐκ ἐτόλμησαν ἀντεξαγαγεῖν Ῥωμαῖοι, διὰ τὸ μὴ καταταχῆσαι τὰς τῶν συμμάχων ἀθροίσαντας δυνάμεις*, ubi quod Bekkerus *ἀθροίσαντες* scribi iussit, aut hunc locum omnino non debuit tentare aut etiam 309, 16. 655, 10. 111, 12 mutare accusatiuos in nominatiuos. Conferas etiam 93, 27 (*αἰκισαμένους*) et 599, 4 [1]).

Nonnullis locis infinitiuus futuri inuenitur, ubi Attici scriptores praeferunt infinitiuum praes. aut aoristi; 11, 13 *δεόμενοι βοηθήσειν σφίσιν αὐτοῖς ὁμοφύλοις ὑπάρχουσιν*, ubi Dindorfius quidem *βοηθεῖν* scribendum esse putat. Sed antequam alia exempla similia afferam, uideamus, num recte Dindorfius [2]) ipso hoc loco expungendum esse censuerit *αὐτοῖς*. Vir doctus non intellexit *αὐτοῖς* coniungendum esse cum *ὁμοφύλοις ὑπάρχουσι* i. e. auxilium ferre sibi, qui cum iis (*αὐτοῖς*) eiusdem sint nationis. Eodem modo 566, 16 *τὸν χειρισμὸν ποιοῦνται τούτων αὐτῶν οἱ καθεσταμένοι* sq. *αὐτῶν* cum *οἱ καθεσταμένοι* coniungendum est.

Infinitiuus futuri *δεόμενοι βοηθήσειν* defenditur loco, qui est 373, 29 *ἀξιοῦντες καταλύσειν* [3]). Etiam cum uerbis decernendi hunc in modum coniungitur infinitiuus futuri: 117, 5 *εὐδόκησε φόρους οἴσειν*. 107, 15 *ἔδοξεν αὐτοῖς κοινὴν ποιήσειν τὴν ἐπιγραφήν* cf. 1261, 14 *πᾶν ποιήσειν ἕτοιμός ἐστιν*. Itaque uix fecerim cum Dindorfio [4]), qui 107, 15 *ποιῆσαι* pro *ποιήσειν* scribit.

Genetiuus absolutus etiam tum admittitur, cum ex legibus grammaticis exspectamus participium coniunctum; nec solum ita hoc fit, ut magis efferatur participium illud, sed usitatum hoc fuisse uidetur in sermone communi. 17, 29 *νικώντων τῶν Ῥωμαίων ἡττημένους αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ συγγραφέως ἐπηγγέλθαι* (sc. debemus profiteri). 29, 3 *τὴν Αἰγεσταίων ἔλυσαν πολιορκίαν, ἐσχάτως αὐτῶν ἤδη διακειμένων*. cf. 82, 30. 84, 11.

1) Cf. Thucyd. IV, 84, 2 *πεισθὲν τὸ πλῆθος δέξασθαι καὶ ἀκούσαντας βουλείσασθαι, δέχεται* cf. I, 12, 1. VI, 4, 2. VII, 34, 6. 2) Edit. Polyb. praef. uol. I. p. XLVII. 3) Cf. Thucyd. I, 27, 2 *ἐδεήθησαν — συμπροπέμψειν*. cf. Hultsch. quaest. p. 23 et Forssmann, de inf. tempor. 4) Edit. Polyb., quo loco ne addit quidem, cur infinitiuum mutauerit.

80, 21. 30. 119, 8. 9. 155, 20. 27. 216, 15. 227, 25. 244, 24. 309, 13. 473, 8 saep. Persaepe omittitur in hac uerborum constructione genetiuus pronominis cf. 65, 27. 80, 21. 30. 125, 4. 148, 23. 154, 9. 251, 50. 309, 13 saep.

Iam pauca proponam, quae ad neutrum adiectiuorum spectant.

Maluit enim haud raro Polybius neutrum singularis adiectiui uel participii scribere, quam substantiuum abstractum, quod dicimus [1]). 1, 11 *τὸ παράδοξον τῶν πράξεων, ὑπὲρ ὧν προηρήμεθα γράφειν.* 165, 16 *τὸ Κλειτορίων φιλελεύθερον καὶ γενναῖον εἷς ἀνὴρ κατήσχυνε διὰ τὴν αὐτοῦ κακίαν* i. e. *τὴν Κλειτορίων φιλελευθερίαν καὶ γενναιότητα* cf. 5, 1. 2. 5, 9. 10, 28. 24, 24. 37, 24. 134, 16. 10, 29. 54, 1. 87, 23. Ita 88, 27 *εἰς τὸ συνάπτον ἐλθεῖν* est *εἰς τὴν συναφὴν ἐλθεῖν* (conf. 833, 13). Item 66, 10 *κατὰ τὸ δυνατόν.* 142, 20 *ἐν ἑτοίμῳ.* 155, 20 *ἐκ τοῦ φανεροῦ.* 178, 14 *ἐξ ὁμολόγου.* 137, 6 *τὸ συντεταγμένον* = acies. 152, 4 *τὰ πιστά* = *τὰς πίστεις.*

Etiam hominum mores interdum neutro adiectiui significantur, ut 251, 16 *τὴν τόλμαν καὶ τὸ παράβολον τἀνδρός* [2]). Denique hic usus dignus est, qui commemoretur, ex quo scripsit Polybius 308, 21 *διὰ τὸ τοῖς μὲν Καρχηδονίοις μηδὲν ἐφεδρεύειν ἀξιόλογον.* item 244, 10 *πᾶν τὸ παραπεσὸν — καὶ σφαλέν.* 203, 3 *οὐδὲν — πολέμιον.* Potest etiam conferri 316, 14 et 240, 23.

Iam transeo ad praepositiones.

Non hoc agam, ut uniuscuiusque praepositionis notionem et usum illustrem, sed ut singula tractem, quae ad textum, qui traditus est, aut a coniecturis defendendum aut corrigendum ualeant.

Polybium haud raro praepositionibus cum casu aliquo coniunctis uti, ubi ex communi usu simplex genetiuus habeat locum, iam Schweighaeuserus in lexico exposuit s. u. *κατὰ* II, 2; quod uno exemplo probare liceat. 311, 16 *ἡ κατὰ τὸν ἥλιον*

1) Eurip. Medea 179. saep. cf. supra p. 220. 2) Cf. Thucyd. I, 102, 3 *τῶν Ἀθηναίων τὸ τολμηρὸν καὶ τὴν νεωτεροποιίαν.*

ἀνατολή = *ἡ τοῦ ἡλίου ἀνατολή*. conf. 313, 5. Neque *κατά* solum, sed etiam *περί* praepositio pari modo usurpatur. 24, 20 *ἡ περὶ τὰς πεντήρεις ναυπηγία*. 150, 26 *ἡ περὶ τὸ προειρημένον ἔθνος διάθεσις* cf. 150, 26/29. 192, 9. 193, 3. 195, 17. 275, 13. 589, 4 saep. Denique eodem modo *παρά* praepositione scriptor utitur, atque id non solum in eis locutionibus, in quibus aliquo modo seruatur uis praepositionis, uelut 194, 24 *ἡ παρὰ τούτων ἀλογία*. 262, 10 *τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ*. 685, 6 *τὰ παρὰ τῶν μαθηματικῶν*. 231, 1 *τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ στρατιώτας*. 114, 9 *τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ λέμβους* cf. 255, 16. 290, 12. 188, 2 al., sed etiam, ubi de loco, unde aliquid initium capit uel proficiscitur, cogitari non potest. 272, 4 *ἐν τῇ παρ᾽ αὐτῶν χώρᾳ*. 895, 2 *ἡττηθέντων τῶν παρὰ σοῦ πολιτῶν* cf. 1154, 25 et 256, 28. Quid igitur? negemus eundem scriptorem dedisse 1089, 8 *Ἀυκόρτας ὁ παρ᾽ ἡμῶν πατήρ*? Quo loco quod Herwerden[1]) dicit: ‘Nemo ita loquitur; scriptum erat noto compendio *ΟΠΡΗΜΩΝ* i. e. *ὁ πατὴρ ἡμῶν* quod ocius reddatur Polybio, deleto uocabulo sequenti *πατήρ᾽*, Polybium correxit, non scribam.

Inueniuntur nonnulli loci, quibus Polybius praepositiones pro aduerbiis posuit. *Πρός* est ‘praeterea’: 523, 24 *τὰ δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων τάφρῳ καὶ διπλῷ χάρακι ὠχυρώσατο, πρὸς δὲ καὶ πύργοις ξυλίνοις ἠσφαλίσατο*. 63, 12 *πρὸς δὲ καὶ παραπομπὸς τούτοις ἐπλήρωσαν ἑξήκοντα ναῦς*. Item *μετά* (= postea) 434, 20 *τὸ μὲν πρῶτον ἐλοιδόρουν, μετὰ δὲ βάλλειν ἐνεχείρησαν τοῖς λίθοις*. Quod si uidisset Valesius, non correxisset uerba tradita 1124, 19 *μετὰ δὲ ..... Ἀυκόρταν, ὃς ἦν οὐδὲν ἧττων τούτου*, ubi uir doctus scribi uult *μετὰ δὲ τοῦτον Ἀυκόρτας* sq. Sed spatium inter *δὲ* et *Ἀυκόρταν* est fere octo litterarum neque in textu est *Ἀυκόρτας*, sed *Ἀυκόρταν*; apparet igitur inter *δὲ* et *Ἀυκόρταν* accusatiuum inserendum esse uerbum, ex quo pendeat *Ἀυκόρταν*, et *μετὰ* pro aduerbio esse dictum. Reponas igitur: *μετὰ δὲ εἵλοντο Ἀυκόρταν, ὃς ἦν οὐδὲν ἧττων τούτου* sq.

Singularem nonnunquam *σύν* praepositio habet in com-

1) Mnemosyn. nou. ser. II, 78.

positis notionem. 287, 20 *Φάβιος μέχρι μὲν τοῦ συνάψαι τοῖς τόποις ἔσπευδε καὶ συνυπεκρίνετο τοῖς προθύμως καὶ φιλοκινδύνως διακειμένοις, ἐγγίσας δὲ τῷ Φαλέρνῳ — ἀντιπαρῆγε τοῖς πολεμίοις*, in quibus uerbis *συνυπεκρίνετο* propterea non potest significare — id quod exspectamus, si naturam praepositionis *σύν* respicimus — 'simulauit pugnandi cupiditatem una cum iis, qui *προθύμως καὶ φιλοκινδύνως διέκειντο*', quod illi non simulauerunt cupiditatem, sed cupidi erant. Itaque nihil aliud hoc loco significatur uerbo *συνυπεκρίνετο*, nisi 'fecit cum illis simulans cupiditatem (cum illi re uera cupidi essent)'. Illud *συν* igitur non spectat ad ipsam notionem uerbi, quocum coniunctum est, sed ad uerbum latioris et minus circumscriptae notionis. Idem cadit in *συνυποκριθεὶς* 444, 20. Quae cum ita sint, uix offendet quisquam in uerbis, quae sunt 542, 12, quem locum doctis uiris nonnullis non sanum esse uisum scio: *ἢ καὶ συμψεύδονται καὶ συγχρῶνται πάντες οἱ μόναρχοι τῷ τῆς βασιλείας ὀνόματι*. Quo loco in eo offendimus, quod tyranni non possunt dici una cum regibus fallaciter sibi sumere regium nomen, cum reges ipsi non fallaciter hoc faciant, sed suo iure. Nihilominus nihil mutandum, sed eodem modo explicandum *συμψεύδονται*, quo explicauimus *συνυπεκρίνετο*. Huic loco subiungam alium, qui est de locutione *καθ' ἡμέραν*. 577, 11/12 *καθ' ἡμέραν* inde a Lipsii temporibus non recte intellegitur. Vir doctus in 'militia Romana'[1]) uerba ita uertit: 'Curam uero buccinandi ad quamque uigiliam, ut circuitoribus conueniat cum uigilibus, centuriones primi manipuli triariorum in quaque legione per dies (*καθ' ἡμέραν*) curant.' Quem secutus dicit Marquardtius[2]): 'Zur Ablösung liessen die beiden primi pili der Legionen abwechselnd durch den buccinator des ersten Manipulus der Triarier blasen.' Utcunque res se habet, *καθ' ἡμέραν*, quod legitur, apud Polybium nullo modo potest significare 'per dies' = abwechselnd = einen Tag um den anderen, sed significat 'cotidie'. Hoc docent omnia, quae collegi, exempla: 69, 3 *τὰς συμπτώσεις ἀπαύστους γίνεσθαι*

1) p. 278 et 273. 2) Römische Staatsverwaltung II. p. 407. not. 6.

καθ' ἡμέραν. 339, 20 *ποιεῖσθαι τὸ καθ' ἡμέραν τὴν δίαιταν ἐπὶ τῶν πυλώνων*. Item 574, 11. 575, 11. 681, 3. 16. 735, 13. 909, 1. 1340, 10. Pari modo *κατ' ἐνιαυτόν* est 'quotannis'; 18, 12. 343, 7. 354, 4. 373, 12. 983, 11. 1369, 1. 1084, 5. Adde, quod *καθ' ἡμέραν* apud Diodorum semper est 'cotidie'. I, 36, 7 et 8. 70, 1. 71, 1. 35, 9. 41, 4. 81, 2. II, 47, 2. XII, 4, 3. XIII, 38, 3 saep.

Falsa illa de hoc loco (577, 11) opinio uidetur orta esse a uerbis: 574, 16 sq. *μία δ' ἐξ ἁπασῶν καθ' ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τῷ στρατηγῷ παρακοιτεῖ*, ubi tamen notio alternandi efficitur uerbis *ἀνὰ μέρος*, ut 343, 12 *ἀνὰ μέρος ᾄδειν ἀλλήλοις προστάττοντες* et 573, 23. 245, 17 [1]). Denique legitur *καθ' ἡμέραν* 576, 5, quem locum tamen corruptum esse iam supra demonstraui; nam quid est '*παρακοιτεῖν καθ' ἡμέραν*' i. e. 'täglich lagern'? Neque enim *καθ' ἡμέραν* fit, quod quasi uno tenore per omnes dies, sed quod denuo fit unoquoque die. 'Am Tage' est *μεθ' ἡμέραν* cf. 716, 23. 982, 18. 1064, 5. 1121, 6. 1122, 15. 447, 7. 474, 21. 631, 13. Contra quod putauerunt uiri docti 577, 11 significari uerbis *καθ' ἡμέραν*, id potius est *παρὰ μίαν ἡμέραν* 581, 25 *παρὰ δὲ μίαν ἡμέραν τὰ μὲν ἡγεῖται τῶν στρατοπέδων, τὰ δ' αὐτὰ πάλιν ἕπεται ταῦτα κατόπιν* sq. item 308, 11 *τῆς δ' ἡγεμονίας τῷ Γαΐῳ καθηκούσης εἰς τὴν ἡμέραν ἐπιοῦσαν διὰ τὸ παρὰ μίαν ἐκ τῶν ἐθισμῶν μεταλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν τοὺς ὑπάτους*. conf. *παρ' ἐνιαυτόν* Diodor. Sicul. IV, 65, 1.

Restat, ut dicam de **particulis nonnullis**.

Cum quae cuiusque scriptoris propria sint, optime specten-

1) Item 486, 29. 574, 28. Itaque dubito, an non recte dictum sit *κατὰ μέρος* quod uno loco legitur: 300, 19. Nam quamuis quis possit autumare Polybium concursionem uocalium (*ἢ ἀνὰ*) aliter non potuisse euitare, quam ita ut supponeret *κατά*, tamen propterea hoc mihi non satis est, quod totum locum corruptum esse apparet. Nam uerborum *κατὰ* (*ἀνὰ*?) *μέρος ἄρχειν* subiectum est ambo; item singularis *διελόμενον* se recte non habet; nam *διαιρεῖσθαι* est 'partiri inter se' (300, 22. 8, 23. 603, 1). Denique desideramus notionem '*ἕκαστος*' in altero membro, in altero '*συναμφότεροι*'. Puto igitur, si minus uerba, at sententiam tamen Polybii assequi me sic: *ἢ συναμφοτέρους ἀνὰ μέρος ἄρχειν ἢ διελομένους τὰς δυνάμεις χρῆσθ. τ. σφ. στ. κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἑκάτερον*.

tur ex usu particularum, nolui hanc partem prouinciae meae plane neglegere. Iam cum in Polybio uersemur, qui coniungere maluerit paris iuris enuntiata, quam alterum alteri subiungere, non mirum est, eas particulas imprimis praebere materiam disputandi, quibus coniunguntur enuntiata, minus eas, quibus subiunguntur. De illis igitur erit agendum, ac primum quidem de *καί*.

a) Duae res haud raro ita *καί* particula coniunguntur, non ut significetur utramque uno tempore, sed alteram altero esse gestam. 373, 9 *δῶρα διετέλουν οἱ Βυζάντιοι διδόντες ἀνὰ τρισχιλίους καὶ πεντακισχιλίους . . . χρυσοῦς* i. e. modo terna milia, modo quina milia aureorum. 556, 16 *ὁ γὰρ τὰς διαλύσεις ἀκύρους καὶ κυρίας ποιῶν* sq. 230, 26 *τρεῖς καὶ τέτταρας (ἵππους) τοῖς ἀγωγεῦσιν ἑνὸς ἀνδρὸς οἰακίζοντος*. 515, 7 *οἱ βασιλεῖς τέτταρα καὶ πέντε προιέμενοι τάλαντα* cf. 48, 3. 241, 15. 562, 6.

b) Solet *καί* ita usurpari, ut habeat uim intendendi [1]). Hoc modo cum *μᾶλλον* potissimum solet coniungi in eiusmodi locutionibus: 97, 22 *Ἱέρων ἀεὶ μὲν μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδὴν — τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐφιλοτιμεῖτο*. 651, 3 *ὁ δὲ πάλαι μὲν ἐπεπόριστο — τότε δὲ καὶ μᾶλλον προεπoιεῖτο* sq. cf. 244, 17. 145, 5. 158, 17. 245, 5. 455, 14. Temere omittitur hoc *καί* in codicibus et editionibus 90, 20 *οὗτος ἀεὶ μὲν οἰκείως διέκειτο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, τότε δὲ [καὶ] μᾶλλον παρωρμήθη διὰ τὴν Ἀμίλκου τοῦ στρατηγοῦ καταξίωσιν.*

Venio ad particulam *τε*.

Solet Polybius simplici particula *τε* coniungere enuntiata tum maxime, cum arctissime inter se cohaerent. 203, 4 *χωρίς τε τούτων* sq. 167, 5 *χωρίς τε τούτων* sq. Itaque etiam 172, 13 *χωρίς τε τούτων* ex optimorum codicum auctoritate cum Hultschio in textum est recipiendum, reiciendum *δέ*, quod uulgo scribitur. cf. 306, 6. 153, 12 *ταῦτά τ' ἐγένετο* sq. 262, 26. 4, 3 saep. Et recte Hultschius 281, 12 *διανύσας τε* sq. ex optimis edidit codicibus. Pariter *τε — τε* particulis coniunguntur enuntiata: 70, 3 *ἐκεῖνοί τε γὰρ πολλάκις ἀπολωλεκότες τὰς πτέρυγας —*

1) De latinismis cf. supra p. 280.

ἐκβάλλουσι[1]) (sc. *εὐγενεῖς ὄρνιθες*), *ἕως ἄν — διαδράξωνται. οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι κάμνοντες εἰς τέλος ἀπήλγουν* cf. 141, 10. 157, 10—12. 158, 24. 182, 16. 183, 26. 446, 30 — 447, 1. Interdum miro modo *τε — καί* legitur, ubi simplex exspectamus *καί*. 37, 1 *οἱ Καρχηδόνιοι πρῶτον μὲν στρατηγοὺς εἵλοντο δύο, τόν τε Ἄννωνος Ἀσδρούβαν καὶ Βώσταρον.* 43, 9. 69, 15 *κατελάβετο τὴν πόλιν, ἥτις ἦν μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς καὶ τῶν πρὸς τῇ ῥίζῃ στρατοπεδευσάντων.* item 224, 22. 162, 10. 119, 17 extremam Italiam ad septentriones uergentem scriptor dicit *τὴν παρά τε τὰς ἄρκτους καὶ τὴν μεσόγαιαν παρατείνουσαν.* 140, 6 *τὰς συρροίας τοῦ τε Ἀδόα καὶ Πάδου ποταμῶν.* 1032, 6 *παρὰ Ῥωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό τε εἰς τὴν πίστιν αὐτὸν ἐγχειρίσαι καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὐτοῦ.* Qui haec scripserit, ab eo uix poterimus abiudicare, quae in omnibus codicibus exstant: 3, 7 *ὀλυμπιὰς ἑκατοστή τε καὶ τετταρακοστή.* Conf. Thesaur. Steph. uol. VII. p. 1911 C.

Restat, ut de collocatione particulae *τε* dicam, quae interdum paulo inusitatior uidetur esse. Si enim duobus membris, quae inter se *τε — καί* particulis iungenda sunt, praecedunt nonnulla, quae quamquam ad utrumque pertinent membrum, tamen semel tantum ponuntur: particulam *τε* ita collocat scriptor, tanquam si praecedentia ad alterum quoque membrum repetiturus sit. 1059, 29 *οἵ τε περὶ τὸν Σκιπίωνα καὶ Λεύκιον = οἵ τε περὶ τὸν Σκιπίωνα καὶ οἱ περὶ τ. Λ.* item 180, 1 *τό τε τῶν Ἰλλυριῶν καὶ Μακεδόνων πλῆθος.* 584, 14 *περί τε τοῦ Λακεδαιμονίων καὶ Κρητῶν καὶ Μαντινέων.* Itaque errauit Ursinus, qui 352, 19 in uerba *τά τε κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα* ante *κατὰ τὴν Ἑλλάδα* ⟨*τὰ*⟩ inserendum esse putauit.

Interdum *τε* omittitur, ubi ex communi usu desideratur. 269, 3 *περὶ τὰς λοιπὰς παρασκευὰς διαφερόντως ἐγίνοντο καὶ περὶ φυλακὴν τῶν τόπων* (cum — tum). Hoc loco defenditur

1) Recte uidetur correxisse Herwerdenus (Mnemos. n. s. I p. 18) *ἐκκάμνουσι*.

315, 14 *ἀνὴρ πάντα τὰ δίκαια τῇ πατρίδι κατὰ τὸν λοιπὸν βίον καὶ κατὰ τὸν ἔσχατον καιρὸν ποιήσας*, ubi Bekkerus *κατά τε τὸν λ. β.* scribit, nescio an iniuria; certe addendum est *τε* aut utroque loco, aut neutro.

Similem in modum animaduerto, ubi *μὲν — δὲ* particulae locum habeant, *μὲν* particulam omitti: 213, 19 *εἰ κατὰ τοῦτό τις ἐπιλαμβάνεται Ῥωμαίων, εἰκότως ἂν δόξειε* sq., *εἰ δὲ παρὰ τοὺς ὅρκους ὑπολαμβάνει τις πεποιῆσθαι, ἀγνοεῖ.* 218, 21 *διὰ τὸ τοὺς καταλλήλους τῶν πράξεων παραλείπειν, τῶν δὲ κυριωτάτων μηδὲ ψαύειν.* 159, 31 *ὁ δὲ Ἄρατος διακούσας — περιχαρὴς ἦν τῷ* sq. — *πάνυ δὲ — ἡγεῖτο.* cf. 317, 16. 231, 5. 53, 6. 306, 16. 161, 19. 222, 24 *πεζοὺς μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους.* 389, 17 *πεζοὺς δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους.* Quod nonnullis horum locorum Bekkerus addidit *μέν*, uix fecisset, si omnes locos uno conspectu uidisset.

Tenuem disputandi materiam quaerenti de elocutione Polybiana praebent coniunctiones, quibus enuntiatum enuntiato subiungitur; quod sane mirum non est in hoc simplici et arido genere dicendi. Pauca tamen non indigna, quae commemorentur, exponam de *ἵνα*, *ὅπως*, *ὡς* coniunctionibus enuntiata finalia, quae barbare nunc dicimus, inducentibus.

Initium facio a particula *ἵνα*.

Notum est Atticos solere antecedentibus praeteritis temporibus *ἵνα* particulam coniungere cum optatiuo. Qui usus apud Polybium admodum rarus est. Inuenitur in libris I.—V., qui integri ad nos peruenerunt, post tempora praeterita *ἵνα* c. coni. semel et tricies (4, 22. 31, 8. 97, 24. 112, 13. 131, 17. 144, 15. 159, 11. 169, 10. 222, 30. 229, 29. 253, 16. 259, 13. 272, 24. 273, 3. 298, 22. 316, 21. 350, 19 et 23. 377, 4. 419, 14. 420, 22 et 26. 429, 21. 440, 15. 458, 19. 477, 16. 486, 30. 516, 14 et 30. 527, 11. 529, 2) uno tantum loco *ἵνα* c. optatiuo. 230, 24.

Apparet non posse certa lege definiri, quibus locis optatiuus, quibus coniunctiuus scribendus sit; sed scriptorem, si magis opinionem eius, cui tribueretur consilium aliquod, premere uellet, scripsisse optatiuum; si minus coniunctiuum. Itaque credas eum tum praecipue scripsisse optatiuum, cum enun-

tiatum penderet ex uerbis *σπουδάζειν, φροντίζειν* similibus. Quod idem sensisse uidetur Naber[1]), qui 429, 22 in uerbis *ὁ δὲ ἵνα μὲν συγγενὴς Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου φαίνηται, μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδήν* improbat *φαίνηται*, ponit *φαίνοιτο*. Nihilominus falsa haec est opinio; nam eiusmodi locis quoque Polybius mauult uti coniunctiuo. Conferas, quae infra afferam exempla (112, 13. 419, 14. 800, 25. 990, 24 sq.). Non saepius fere quam in libris I.—V. inuenitur optatiuus in ceteris libris. Etenim cum coniunctiuus fere quinquagies legatur, optatiuus sexies inuenitur, quorum locorum nonnulli ualde dubii sunt. 872, 25 *ἵνα μὴ, τῶν στρατοπέδων ἐκ τῆς παρεμβολῆς χωρισθέντων, οἱ τὴν Ἰτύκην παραφυλάττοντες στρατιῶται τολμήσαιεν ἐξελθόντες* (cod. *ἐξελθεῖν*) *ἐκ τῆς πόλεως ἐγχειρεῖν τῷ χάρακι*. Suidas s. u. *ἐπιβάθρας* Polybii haec uerba seruauit (Hu. 957, 32) *ἵνα, ἐὰν προθῆται διαβαίνειν αὖθις εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐπιβάθραν ἔχοι τὴν Ἄβυδον*. Certa codicis F. auctoritate nititur locus 960, 9 *ἔδοξεν αὐτοῖς πρῶτον μὲν τοὺς δούλους ἐλευθεροῦν, ἵνα συναγωνιστὰς ἔχοιεν*. 643, 8—10 *ἔδει τὸν Βῶλιν ἀκολουθεῖν τῶν ἄλλων κατόπιν, ἵνα — ἐπιλαβόμενος κρατοίη τὸν Ἀχαιὸν καὶ μήτε διαδραίη* sq. 1114, 22 *ἵνα δὲ μὴ πάλιν ἐξ ἀκεραίου περὶ πάντων ἀντιλέγοιεν, ἔγγραπτον ὑπὲρ τῶν ὁμολογουμένων* [*γίνεσθαι ἐκέλευον*]. Conf. locum corruptissimum et maxime mutilatum 1079, 8; et 651, 17, de quo loco uideas huius diss. p. 266.

Non casu fit, ut plerisque horum locorum idem sit subiectum uerbi finiti et enuntiati finalis. Sed ne his quidem exemplis Naberi coniectura, ex qua *φαίνοιτο* scripsit 429, 22, probatur; nam eadem condicione legitur coniunctiuus 836, 17. 420, 22. 516, 13. 694, 14 saep. Atque non solum in his enuntiatis coniunctiuum mauult scribere Polybius, sed etiam in eis, quorum coniunctiones sunt *ὡς — ὅτι — ὅπως — μὴ*, solet praeferre eum modum, qui legitimus est post praesentia tempora. *Ὅτι* c. indic. inuenitur post praeterita in libris I.—V. septies et septuagies, octies (47, 31. 229, 26. 200, 27. 213, 8.

1) Mnemos. VI. 356.

473, 3. 279, 16. 180, 11 (?). 201, 18) cum optatiuo. Item ὡς c. indic. nouies, ὡς c. opt. bis. μή c. coni. quater uicies, μὴ c. opt. uno loco. ὅπως semper cum coniunctiuo coniunctum est.

Iam restat, ut quaeramus, ubi ἵνα coniunctio ex usu dicendi Polybiano locum habeat; neque opus est enumerare omnes illos locos, quibus absolute ponitur ἵνα, ut: 131, 16 τούτους (τοὺς στρατιώτας) ἔταξαν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Γαλατίας, ἵν᾽ ἐμβαλόντες εἰς τὴν τῶν Βοίων χώραν ἀντιπερισπῶσι τοὺς ἐξεληλυθότας. 288, 4 ἐγίνετο πρὸς ἀναζυγήν, βουλόμενος μὴ καταφθεῖραι τὴν λείαν, ἵνα μὴ μόνον κατὰ τὸ παρὸν εὐωχίαν, ἀλλὰ συνεχῶς δαψίλειαν ἔχῃ τῶν ἐπιτηδείων τὸ στρατόπεδον. Quae tam plana sunt, ut opus non sit, multa uerba facere. Contra expedit cognoscere ea uerba, quibuscum coniungit Polybius coniunct. ἵνα. Atticorum est, φροντίζειν ὅπως, Polybii φροντίζειν ἵνα 112, 13 ἔφη πειρᾶσθαι φροντίζειν, ἵνα μηδὲν ἀδίκημα γίνηται Ῥωμαίοις. 419, 14 φροντίζειν, ἵνα μηδαμόθεν αὐτῷ χορηγία παραγίνηται πρὸς τὰς ἐπιβολάς. 800, 25 φροντίζειν, ἵνα μηδεὶς ἐκπορεύηται cf. 990, 24. 1221, 12. 1179, 5. 1180, 11.

σπουδάζειν cum infin. aut ὅπως particula coniunctum legitur apud Demosthenem, Xenophontem, Platonem, alios Atticos, Polybius praefert ἵνα: 529, 2 σπουδάζειν, ἵν᾽ ἔχῃ τὴν ἐξουσίαν. 836, 17 σπ., ἵνα ποιήσηται. item 429, 21. 401, 3.

προνοηθῆναι ὅπως Atticorum est, Polybii ἵνα: 1120, 16 τῶν Ἀχαιῶν παρακαλούντων προνοηθῆναι, ἵνα μηθεὶς σῖτον εἰς τὴν Μεσσήνην εἰσαγάγῃ. Adde, quod scribit: 781, 20 ἔφη δεῖν — περιβλέπειν, ἵνα τῆς χλαμύδος καὶ χιτῶνος καθαριώτερα ταῦτ᾽ ὑπάρχῃ, quo loco commendatur Hultschii coniectura, qui 1079, 8 edidit περιέβλεπεν, ἵνα — γένοιτο.

Praeter cetera adnotandum est, Polybium etiam iis locis interdum malle uti ἵνα, quibus Attici soleant scribere infinitiuum (cf. Krueger, Gr. Sprachlehre 55, 3, 12 ‘Ebenso steht der Infinitiv bei den Verben des Antreibens, Aufforderns etc.’) [1]). 350, 21 ἔπεμψε δὲ καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπιστολὴν ὁ Φίλιππος

1) De latinism. cf. huius diss. p. 280.

διασαφῶν, ἵν' εἴ τι λέγειν ἔχουσι δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων, ἔτι καὶ νῦν συνελθόντες διὰ λόγου ποιῶνται τὴν διεξαγωγήν. 1246, 14 *αἰτησομένους τὴν σύγκλητον, ἵνα αὐτοῖς ἔχειν ἐξῇ.* 516, 30 *Ἄρατος συνετάξατο πρός τε Ταυρίωνα παρασκευάζειν ἱππεῖς πεντήκοντα καὶ πεζοὺς πεντακοσίους, καὶ πρὸς Μεσσηνίους, ἵνα τοὺς ἴσους τούτοις (= ἱππ. πεντήκ. καὶ πεζοὺς πεντακοσ.) ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἐξαποστείλωσι.* 516, 13 *διαπεμψάμενοι πρὸς ἀλλήλους, ἵνα ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ποιήσωνται τὴν ἔξοδον.* 971, 20 *πολλάκις γὰρ κἀμοῦ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων διαπρεσβευομένων πρὸς ὑμᾶς, ἵνα τὸν νόμον ἄρητε* sq. 1334, 22 *νόμους γράψαντες ἵνα τρέφηται τὰ γινόμενα,* 576, 17 *δεῖ τὸν ἱλάρχην ἐνὶ τῶν οὐραγῶν παραγγεῖλαι παράγγελμα τοιοῦτον, ἵνα τέτταρσιν οὗτος ἐμφανίσῃ τοῖς μέλλουσιν ἐφοδεύειν* ‘es muss der Ilarch folgenden Befehl geben; er solle — anzeigen’.

Cum uideamus Polybium *ἵνα* etiam tum praeferre, cum Attici malint ponere *ὅπως*, non mirum est *ὅπως* perpaucis legi locis. Plane eadem notione, qua 971, 20 *ἵνα* (*διαπρεσβευομένων — ἵνα*), legitur *ὅπως* 1075, 25 *πρέσβεις ἐξαπέστειλαν πρὸς τὸν Ἐποσόγνατον, ὅπως πρεσβεύσῃ* sq. et absolute 1354, 10 *ὅπως μὴ διαβαίνοντες οἱ πολέμιοι προμάχωνται.* Est tamen hic locus (1354, 10) in eis, quae Plutarchus a Polybio mutuatus est, neque habemus ipsa scriptoris uerba; ille locus (1075, 25), cum traditus sit in excerptis Constantinianis, nullius est auctoritatis.

Certi sunt loci: 694, 12 *μετ' οὐ πολὺ δὲ μάχῃ νικήσας τοὺς Ἀθηναίους, ἐχρήσατο μεγαλοψύχως τοῖς εὐτυχήμασιν, οὐχ ὅπως Ἀθηναίους εὖ ποιήσῃ, πολλοῦ γε δεῖν, ἀλλ' ἵνα — προκαλέσηται.* Quocum loco confer 1221, 22 *Τίνος οἶν χάριν τὸν πλείω λόγον πεποιήμαι; οὐχ ἵνα συνεπεμβαίνειν δόξω ταῖς ἐκείνων ἀτυχίαις, ἀλλ' ἵνα φανερὰν ποιήσας — παρασκευάσω.* Vix aliud quidquam interest inter *οὐχ ὅπως* et *οὐχ ἵνα*, nisi quod *οὐχ ὅπως* est ‘non quo’, *οὐχ ἵνα* ‘non ut’.

Denique unus restat locus: 781, 17 *σκοπεῖν, ὅπως — ὑπάρχωσιν.* Vides igitur non inueniri indicatiuum futuri.

Non saepius quam ὅπως legitur ὡς.

573, 18 σπουδάζουσιν περὶ ταύτης (τῆς πλατείας) ὡς ῥαίνηται καὶ καλλύνηται σφίσιν ἐπιμελῶς. Videtur hoc interesse inter hunc locum et σπουδάζειν ἵνα, quod σπουδάζειν ὡς — καλλύνηται est: operam dant, quemadmodum possit excoli. Alter locus est, 1151, 7 sq. παρεκάλει φέρειν αὐτῷ τὴν ψῆφον, ποτὲ μὲν ὡς ἀγορανόμος γένηται, ποτὲ δὲ καὶ ὡς δήμαρχος quae tamen uerba dubito, an genuina sint Polybii, quia Athenaeum, qui hoc frustum seruauit (X, p. 439ᵃ), non accurate Polybii uerba reddidisse uel inde apparet, quod oratio nonnullis locis hiatu foedata est (1150, 15. 1151, 14 et 26. 28). Accedit, quod Diodorus Siculus, qui XXIX, 32 (ed. Dind.) ipse quoque his Polybii uerbis usus est, non habet ὡς ἀγορανόμος γένηται sed ὡς ἀγορανόμῳ.

Videmus igitur iucundam uarietatem in enuntiatis componendis sperni a Polybio cum in ceteris, tum in coniunctionibus finalibus eumque particula ἵνα fere sola uti.

Pars IV.

QUAE AD VERBORUM DELECTUM, AD NOVORUM VOCABULORUM USUM, AD ID GENUS ALIA SPECTANT, CONTINENS.

Quia in hac particula id agendum mihi proposui, ut colligerentur, quae in delectu uerborum propria essent Polybii, primum dico de eis uerbis, quae aliam apud Polybium habent notionem, aliam apud priorum temporum scriptores. Primo loco congeram uerba, quae ab Atticis transitiue usurpantur, intransitiue a Polybio. Sunt haec: ἀναλύειν ‘castra mouere’ 140, 9. 262, 15 saep. ἐπιμετρεῖν apud ceteros auctores est ‘zumessen’, apud unum Polybium

'accedere uel addi' 606, 6 *τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον* item 926, 13 al. *ὑποδεικνύειν* 'se praebere' 149, 24. 784, 17. 1060, 18 saep. *προσερείδειν* est apud Aristotelem et alios ui transitiua, apud unum Polybium legitur: 13, 3 *ὁρῶν δὲ παντα-χόθεν προσηρεικότας τοὺς πολεμίους*. item 20, 2 *πρὸς Ἀκράγαντα προσήρεισαν* cf. *συνερείδειν* 508, 13. *παρεμβάλλειν* 'confligere cum aliquo' 331, 20. 568, 31. *κινεῖν* intransitiuam accipit notionem 363, 21. 129, 9. 372, 28. Plutarchus uno loco (uit. Caes. c. 26.) hoc uerbo ita usus est. *ὑποστέλλειν* 'se recipere' 332, 28. *τηρεῖν* 195, 16. 64, 12. 65, 21. Neque debuit offendere Hultschius in 130, 12[1]) *πρὸς ταύτην ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν*; intransitiua enim notio uerbi *ἀναφέρειν* confirmatur loco Aristotelis, qui est *προβλημάτων λη* § 8 *τὸ πῦρ, ᾗ ἀναφέρει*. *διορίζειν* 370, 15. *συνδυάζειν* 'se coniungere' 364, 15.

Perfectum intransitiuum uerbi transitiui est *ἐπτέρωκα* 56, 19, conf. 56, 26.

His uerbis statim subiungo nonnulla, quae non tam intransitiue, quam absolute a Polybio usurpata esse dixerim: *ἀνατείνεσθαι* solet coniungere cum acc. *φόβον* i. e. metum alicui intendere (cf. 161, 22 saep.). Sed haud raro omisso accusatiuo *φόβον* eandem uoluit esse uim meri uerbi *ἀνατείνεσθαι* (minari): 411, 28. 477, 14. 480, 22. 340, 13 saep. *καθικέσθαι* solet coniungi cum genetiuo *τῆς ἐπιβολῆς* uel *τῆς προθέσεως*; sed interdum omittitur genetiuus: 147, 1: *πολλῶν γὰρ ἐπιβαλομένων ἐν τοῖς παρεληλυθόσι χρόνοις ἐπὶ ταὐτὸ συμφέρον ἀγαγεῖν Πελοποννησίους, οὐδενὸς δὲ καθικέσθαι δυνηθέντος* sq. 1372, 9 *ἐκεῖνον οὔτε σκότος οὔτε χειμῶνος μέγεθος ἀπέστησεν οὐδέποτε τῆς προθέσεως, ἀλλὰ καὶ ταῦτα διωθούμενος καὶ τὰς ἀρρωστίας ἐκπονῶν καθῖκτο καὶ διευτυχήκει πάντα τὸν χρόνον*. 1262, 1 *διὸ καὶ μεγάλα συνεβάλετο πρὸς τὸ καθικέσθαι*, ubi nolim cum Hultschio contra codicum auctoritatem addere *τῆς προθέσεως*. Plane eodem modo *παρα-*

1) Similia apud poetas saepe inueniuntur. cf. *συνοίσειν* intrans. Sophocl. Aiac. u. 431 et huius dissert. p. 220.

παίειν (sc. τῆς ἐπιτυχίας, quod tamen omittitur) idem significat, quod οὐ καθικέσθαι τῆς προθέσεως. 820, 24: ὁμολογητέον ἀγνοεῖν καὶ παραπαίειν τοὺς ταύτῃ χρωμένους ἀπεχθείᾳ. διαπέμπεσθαι est 'legatos mittere' 22, 24. 21, 16 saep. Denique huc pertinet, quod 330, 5 legitur τίθεσθαι τοῖς παραγγελλομένοις eadem notione, qua 485, 26 προστίθεσθαι. Ex contraria ratione factum est, ut nonnulla uerba, quae apud priores scriptores non admittunt obiectum, apud Polybium induerent notionem transitiuam, quia propria eorum notio iam oblitione erat obruta:

παρασπονδεῖν apud Atticos est 'bundesbrüchig sein', primus Polybius scripsit: παρασπονδεῖν τοὺς Ῥηγίνους 8, 33. item 11, 17 saep. Etiam 8, 13 scribendum est Μεσσήνην ἐπεχείρησαν παρασπονδεῖν, non Μεσσήνῃ ἐπεχείρησαν παράσπονδοι. Nam Polybius παράσπονδον dicit id, quod fit contra foedera; non homines (83, 9 saep.). ὀνειρώττειν Attici ponunt absolute, Polybius: 532, 27 ταῦτα ὀνειρώττειν et 982, 22 ὀνειρώττειν πᾶν γένος ἐπιβουλῆς. Accedunt: πολυπραγμονεῖν τι 118, 8. 248, 5 saep. φιλανθρωπεῖν τινα 94, 18. 269, 26. σωματοποιεῖν τινα 285, 3. 155, 15. ξενολογεῖν τινα 19, 20. 10, 30. φορολογεῖν τὴν Σικελίαν 9, 24. ἐπισημαίνεσθαι est apud Atticos: 'durch Zeichen seinen Beifall ausdrücken'; Polybius scribit: ἐπισημαίνεσθαί τινα 'laudare aliquem' 310, 12. 309, 18. χορηγεῖν τί τινι 238, 13 saep. 'aliquem aliqua re adiuuare'. Denique ἐξομιλεῖν τινα (placare aliquem) non est in usu ante Polybium: 603, 15 ἐξωμίλησαν τὸ μειράκιον sq.

Nonnullorum uocabulorum notiones, quae ante Polybium artius circumscriptae sunt, latius apud eum patent. Λειτουργίαι sunt opera militaria 288, 25 saep. λειτουργοί operarii militares. 288, 30. 419, 1 saep. — ὄψον apud Atticos est 'Zukost'. ὀψώνιον (ὀψωνιασμός) apud Polybium significat: 'Sold'. 78, 28. 77, 22. 78, 2. 81, 34 saep.

Miro modo μοναρχικόν 552, 14 dicitur 'πολίτευμα' Romanorum, cui duo praesunt consules. Vides hoc certe loco obscuratam esse notionem prioris partis compositi. Similia

sunt: *σωματοποιεῖν τὰς ψυχάς* 285, 3. 155, 15. 285, 3 et *λαφυροπωλεῖν τὴν λείαν* 404, 14.

μεγαλείως non est 'magnifice', sed idem quod *μεγάλως*: 448, 2 *μεγαλείως ὀλιγωρεῖσθαι*; item 282, 8. 261, 11. 1126, 22. Denique conferas: *ἀπαλλάττειν κακῶς* uel *καλῶς* i. e. *διακεῖσθαι*: 34, 31. 133, 16.

Contra nonnulla uerba angustiorem notionem induerunt: *ὠφέλεια* est praeda 107, 11. 128, 29. 23, 25. 112, 16. *ἐντυγχάνειν* (sc. *βιβλίῳ*, quod tamen omittitur) est legere: 4, 28. 5, 7. 43, 8. 90, 24. 91, 8. *ἔντευξις* lectio 1, 19. 4, 28. *ἀλλοίωσις* 'mentis alienatio' 274, 31 cf. *ἀλλοιοῦσθαι* 652, 21. *νεανίσκοι* milites 44, 25. 58, 14. cf. *νέος* 103, 8. 303, 11. *διάφορον* pecunia 554, 28 saep.

Sequuntur singula: *ἀδύνατος* est 'insuperabilis' 557, 24. 566, 14. 81, 1. *ἀόρατος* ante Polyb. 'unsichtbar'; apud P. 'nicht sehend' 127, 16. 308, 5. item *ἀνυπονόητος* apud alios scriptores passiuam tenet notionem, apud Polybium haud raro actiuam: 331, 5. 478, 19. *ἐξόφθαλμος* apud Platonem 'mit hervorstehenden Augen', apud Polybium 'manifestus' 11, 15.

Quemadmodum apud Plautum metus interdum est 'Gefahr' (cf. Trinumm. u. 1009. cum not. Brixii editoris), ita apud Polybium *φόβος*: 420, 6. *ἔχοντες προφυλακῆς τάξιν πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς Ἠλείας φόβον.* 358, 24 *μήτε φόβου ὑφορώμενοι μήτε εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες* cf. 127, 30. 125, 7. 1318, 18 *ἀποστρέψασθαι τὸν ἐνεστῶτα φόβον.*

ἀσφάλειαι sunt 'munimenta' 69, 7. 262, 7. *φυγή* eiectio- 338, 16. 549, 3. 410, 20. *ἀκρόαμα* apud Atticos est 'Ohrenschmauss', primus Polybius ita utitur hoc uerbo, ut idem sit, quod declamator, cantor. 343, 11 *τὰς ἀγωγὰς οὐχ οὕτως ποιοῦνται διὰ τῶν ἐπεισάκτων ἀκροαμάτων, ὡς δι' αὐτῶν.* cf. 950, 6 saep. *ξενίζω* est apud Atticos aliquem 'hospitem habere', apud Polybium 'facere, ut quis miretur'. 28, 10. 40, 20 saep.

Nonnulla enumero uocabula, quorum aliud est genus apud Atticos, aliud apud Polybium: *ὁ κόγχος* apud omnes scriptores, *ἡ κόγχος* 562, 24 (cf. Pausan. 1, 44, 6) *ὁ ὕπερος* est Herodoti,

Hesiodi, Platonis, aliorum, *τὸ ὕπερον* Polybii (27, 9) et qui aetate posteriores sunt. *ἡ βουβαλίς* legitur apud Herodotum, Tragicos, Aristotelem, *ὁ βουβαλός* apud Polybium 810, 29 et, qui eius est assecla, Diodorum Siculum. *τὸ λῦμα* 'sordes' habent Attici, *ἡ λύμη* Polybius 482, 24. cf. *σημαία* fem. gen. pro *σημεῖον* 41, 10. 42, 23 saep.

Denique de genere uerbi nonnulla addam:

πρεσβεύειν est legatos mittere 11, 12. 109, 14. 338, 24, cum Attici semper utantur medio *πρεσβεύεσθαι*. Itaque erravit Schweighaeuserus, qui (in lexico s. u.) 1025, 9 *πρεσβεύω* actiuum non esse Polybii putauit, sed excerptoris. Apud Atticos est in usu *ἀκρωτηριάζομαι*, inde a Polybii tempore *ἀκρωτηριάζω* cf. 94, 18 saep., item *ἀντιστρατοπεδεύω* 10, 21.

Quia egi de eis uerbis, quorum notio alia est apud Atticos, alia apud Polybium, nunc enumeraturus sum ea uocabula, quae apud Polybium solum inueniuntur.

Haud pauca habet substantiua in *—ία*, quae apud neminem praeterea leguntur scriptorem: *ἐργωνία* 557, 25. *ἐνδουχία* 1003, 10. *μικροληψία* 515, 5. *κακοζηλωσία* 738, 22 (in lexicis adhuc desideratur). *φυγοπονία* (ab adiect. *φυγόπονος*) 273, 1. *ἀσκεψία* (*ἄσκεπτος*) 175, 22 (deest in lexicis). *ἀχορηγησία* (*ἀχορηγητός* Aristot.) 1176, 13. *ἀχορηγία* 448, 23. *ἀνηλειψία* (*ἀνηλειπτός*) 281, 27. *ἀντοικοδομία* 58, 4. *ψυχομαχία* 70, 26. *καινοποιία* (*καινοποιός*) 321, 10. Quae cum ita sint, nescio an 550, 14 pro *ἀντίπλοια* scribendum sit *ἀντιπαλία* (ab *ἀντίπαλος*), cuius notionis substantiuum ibi desideramus. cf. *ἀθεσία* (140, 26. 237, 28), quod uocabulum praeter Polybium habet Diodorus Siculus. Dubito an 1319, 2 editores non recte mutauerint *ἀποδειλία*. — *ἀγεννία* 510, 19. *ξυλοκοπία* 577, 20. *κριθοφαγία* 579, 16. *ἀθυρογλωττία* 632, 19. *ὑδρορροία* 383, 22. *χαρακοπία* 419, 2.

Solius Polybii sunt haec substantiua in *—ιον*: *διαβούλιον* 4, 24. 161, 19. *πολεμητήριον* 397, 28. *πλατεῖον* 575, 13 et 20. *ἀνακλητήριον* 1023, 1. *σιβύνιον* 563, 4. *σκορπίδιον* 627, 4.

Neque abstinet a formandis nouis substantiuis in *—εια*: *νουνέχεια* 411, 11. *κακεντρέχεια* 415, 17. *ἐπάρκεια* 424, 8.

προνομεία 395, 5. *ὀρνιθεία* 566, 13. *ἀποπρεσβεία* 1141, 26. *καθημερεία* 573, 17. *ἀντιστρατοπεδεία* 298, 17. *ἀναστρατοπεδεία* 581, 3. *ἀλυσιτέλεια* 373, 20.

Idem ualet in: *ἐπισυνθήκη* 214, 11. *προχοή* 369, 27. *δειπνήτης* 247, 15 (ἅπ. λεγ.). *χειριστής* 189, 29. 445, 31. *πολιδυνάστης* (ἅπ. λ.) 421, 18. *θωρακίτης* 352, 23. *Ἀντιοχιστής* 1040, 22 [1]). *Κλεομενιστής* 162, 29 cf. *μακεδονίζω* 1027, 22. *ἐξορκισμός* 561, 15. *παραδειγματισμός* 579, 16. *σκυβαλισμός* 1228, 16 (ἅπ. λ.). *κατελπισμός* 276, 15. *χρονισμός* 67, 11. *ἀπελπισμός* 1241, 3. *ἐπιρραπισμός* (ἅπ. λ.) 176, 10. *περικάκησις* 100, 1 saep. *ἐθελοκάκησις* 260, 18. *ἐπαναίρεσις* 146, 27. 477, 27. *μηχάνησις* 27, 11. *καταξίωσις* 90, 23. *ὑπόθυψις* 539, 1. 462, 22. *συγκατάστασις* 333, 10. *ἐξέρεισις* 562, 24. *εὐημέρημα* 265, 17. *ἔφαμμα* 136, 19 (ἅπ. λ.). *συνέργημα* 152, 18. 457, 13. *ἔγκλιμα* 23, 3. *σκαίωμα* 482, 17. *σιάλωμα* 562, 22.

Venio ad adiectiua.

φερέκακος 264, 28. 273, 6. *ἐπίτοπος* (ἅπ. λ.) 227, 5 (in lexicis desideratur); contra quod in lexicis *ὁμόεθνος* Polybii esse dicitur, error est; semper *ὁμοεθνής* habet, ut Attici [2]). *παραπομπός* 63, 13. *περίχειρος* 137, 28. *βιβλιαφόρος* 345, 19. *γραμματοφόρος* 92, 27. *ἀκρόπηλος* 244, 30. *βοήθαρχος* 92, 3. *γυναικόθυμος* 112, 23. *ἰσόκριθος* (ἅπ. λ.) 102, 16. *λιμόψωρος* (ἅπ. λ.) 281, 29. *κουρεακός* (ἅπ. λ.) 206, 27. *ὀχλοκόπος* 274, 5. *πανεύφοδος* 382, 7. *πάναισχρος* (ex coniectura Schweighaeuseri mihi maxime probabili) 385, 5. *ζωωτός* 1233, 8. *κηδεμονικός* 356, 19. *καλλίδενδρος* 438, 10. *δυσμενικός* 547, 6. *χειροκρατικός* (ἅπ. λ.) 550, 5. *τρίπεδος* 562, 23. Praeterea solius Polybii uidentur esse: *συμβελής* (ἅπ. λ.) 49, 21. *καταπλαγής*

1) Cf. Diodor. XXX, 5a *περσίζειν* i. e. a partibus Persei, regis Macedonum stare.

2) Nam quod in Stephan. thesaur. *ὁμόεθνος* legi dicitur Polyb. I, 10, 2, illo loco *ὁμόφυλος* est in omnibus codicibus. (Error fluxit ex lexic. Schweigh. s. u. *ὁμοεθνής*.) *Ὁμοεθνής* legitur 78, 30. 110, 29. 791, 25. 1217, 22. Item Aristot. Rhetor. 2, 6. Herodot. I, 91. Diod. Sic. XIII, 27, 6 saep. *ὁμόεθνος* autem non legitur nisi apud Ioseph. c. Apion. I, 22. p. 455 fin., equidem puto omnino expellendum esse ex thesauris ling. Graec. hoc uocabulum.

8, 26 saep. ἀσυρής 323, 16. ἀφέτης 381, 28. φιλαπεχθής 448, 25. βατώδης 136, 18. cf. ἀκροφύλαξ 472, 6 (ἅπ. λ.).

Non nisi in Polybii libris legi uidentur aduerbia haec: ἀσαλεύτως 674, 22. ἐπισήμως 580, 17. ἀπαραχωρήτως 531, 5. ἀνυπονοήτως 322, 18. ἐπιπολαστικῶς 333, 13. καθηκόντως 361, 13. ζωηδόν (ἅπ. λ.) 544, 17. τετραπόδητι 483, 17. συστάδην 267, 19. 20. συνθηματικῶς 641, 16.

Adicio superlatiuos πενιχρότατος 561, 19. μεγαλοψυχότατος 547, 9.

Restat, ut apponam uerba, quae exstant apud unum Polybium. διισθμίζω 341, 15. ὑπερισθμίζω 341, 20. νησίζω 382, 15. 230, 3. — παραγωγιάζω 371, 6. προσαστειάζομαι (ἅπ. λ.) 1383, 8. λυμεωνεύομαι 423, 8. ἀχρειόω 16, 12 saep. ἀποθινόομαι 88, 13. ἀποξυστρόομαι 141, 14. ἐκχαραδρόω 368, 25. δρυοφακτόω 625, 12. ἀπραγέω 262, 27. βιαιομαχέω 34, 3. ψυχομαχέω 70, 1. ὁμοπλοέω 30, 12. ταχυπλοέω 291, 21. περικακέω 158, 11. συντερμονέω 7, 23 saep. συνορέω 9, 22 saep. φιληκοέω 247, 5 (ἅπ. λ.). γεφυροποιέω (ἅπ. λ.) 254, 29. δογματοποιέω 94, 31. ἑλληνοκοπέω 1032, 26. πραξικοπέω 21, 21. 66, 16. ἀλλοτριοπραγέω 462, 10. ἐπιφιλοστοργέω 499, 6. σφαλμέω 1320, 9.

His quasi appendicem subicio, quae collegi de sermone Polybii cum sermone titulorum eiusdem aetatis congruenti.

Cum alii, tum nuper Ierusalem [1]), uir doctissimus, in dissertatione, quae inscribitur ‘Die Inschrift von Sestos und Polybius’, exposuit maximam intercedere similitudinem inter Polybianam elocutionem et dictionem eorum titulorum eiusdem aetatis, qui communi sermone scripti sunt. Solebant enim hoc sermone uti principes et ciuitates, cum alii alios de aliqua re certiores facere uellent, neque soli Graeci, sed etiam Asiatici (cf. quos attulit Ierusalem titulos) et Romani (cf. C. I. G. 1543 saep.). Iusto igitur iure Ierusalem dixit communem sermonem

1) Wiener Studien 1879. I. p. 32 sqq.

fuisse hunc, quem nos dicimus Kanzleisprache. Qui autem tituli spectant ad res domesticas ciuitatis alicuius, non continent, quae pertineant ad aliam ciuitatem, exarati esse solent dialecto dorica, aeolica, ionica (cf. C. I. G. 1542 saep.). Fieri non potuit, quin sermo ille descenderet ex curiis in usum eruditorum et scriptorum, neque dubium est, quin Polybius eo sermone usus sit, cum Romae consuetudine familiari coniunctus esset cum Scipionibus (cf. epistul. Q. Fabii Maximi Q. F. proconsulis, L. Aemil. Pauli filii naturalis, Polybii familiaris C. I. G. 1543). Apparet igitur originem et processus κοινῆς dialecti multum habere similitudinis cum ea lingua germanica, quam dicimus 'Neuhochdeutsch', quam ex curiis principum ortam esse notum est.

Sed uideamus singula. Etenim quamquam Ierusalem diligentissime exempla collegit et in genera disposuit, tamen, cum neutiquam omnes titulos inspexerit, neque ita uideatur esse uersatus in Polybii libris, ut nihil eum fugeret, quod huc pertineret, non abs re esse putaui nonnulla addere, quae aut noluit afferre Ierusalem aut neglexit.

Atque addo 1.) quae ad orthographiam spectant et id genus alia.

Polybium scripsisse[1]) οὐθείς et μηθείς confirmatur titulis C. I. A. οὐθεις: 440, 10. 445, 7. 465, 9. 466, 13. 467, 82. 470, 15. 594, 15. C. I. G. 2058 A, 31. 3068 B, 10. 3137, II, 43. 3137. II, 63. 66. 67. 76. 2263, c. 22. 25. 2561[b], 30. μηθεις C. I. A. 422, 14. 444, 8. 476, 17. 551, 82. 552 C, 5. 624, 14. C. I. G. 1608, 3/4. 1770, 12 eodemque modo semper in titulis publicis.

Item αἰεί eiusdem aetatis est[2]), pro ἀεί: C. I. G. 3068 A, 13. 17. 25. 3068 B, 4. 12.

δυεῖν, quod omnibus locis reddendum esse putaui[3]) Polybio, communis esse sermonis apparet ex C. I. A. 380, 27 δυεῖν ταλάντοιν cf. δυσίν C. I. A. 467, 27.

Dindorfius[4]) negat Polybii esse posse δεκατέτταρας 1, 36, 11. 4, 56, 2. 12, 21, 4. 4, 39, 5. 5, 89, 4. 8, 12, 2 δεκαδύο 1, 42, 5.

1) Cf. pag. huius dissert. 230. 2) Cf. pag. huius dissert. 229.
3) Cf. huius dissert. p. 232. 4) Edit. Polyb. praef. uol. I. p. XLV.

δεκαπέντε 3, 56, 3. Sed sustentantur codicum lectiones: C. I. G. 2139[b] (= uol. II. p. 1013) uers. 7 (qui titulus scriptus est regnante Attalo Philadelpho) μείναντος [ἔτη δε]καέξ.

δαμιουργός[1]), ut ex Liuii libris docuit Nissenus, non δημιουργός genuinam esse formam apparet ex C. I. G. 1543, 21 titulo Achaico saeculi secundi.

Statim subiungam pauca de formis nominum et uerborum: acc. plur. nomin. in —ευς excidit in εῖς, non in έας[2]): γονεῖς C. I. G. 3137, I, 6. cf. 3137, I, 11. 14. III, 92. 3595, 26. 2139[b], 29.

εἶπα[3]), non εἶπον, ex suae aetatis consuetudine scripsisse Polybium, testes sunt hi tituli: C. I. G. 4697, 8. 2058 A, 2. 2059, 9. Passiuum ἐγενήθην, quod Polybio et posterioris aetatis scriptoribus usitatissimum est, inuenis C. I. G. 1608, 14. 15. 2347, c. 10.

Venio 2.) ad uocabula ante Polybii tempora non usitata.

καθὰ pro καθάπερ ante Polybium non est in usu scriptoribus, quem in hac quoque re communem dialectum secutum esse docent tituli C. I. G. 2671, 25. 4697, 40. 4697, 48. C. I. A. 551, 81 (cf. Polyb. 9, 1, 4. 3, 107, 10). Non minus saepe singularem num. καθὸ habet codex optimus Vaticanus (III, 38, 1 et 107, 10. VIII, 13, 7. XI, 2, 4). item C. I. G. 3599, 22.

διότι Polybio idem esse, quod ὅτι supra docuimus (p. 243), nunc confero C. I. G. 1193, 2. 4697, 53. 3067, 35.

φιλαργυρεῖν non est in usu ante Polybium (9, 25, 4. 9, 22, 8. 9, 25, 1. 9, 26, 11) φιλαργυρεῖν legitur C. I. G. 1770, 12. cf. φιλαγαθεῖν C. I. G. 3521, 8, quod uerbum in lexica adhuc non receptum est.

φιλοδοξία primus habet Polybius et C. I. G. 1770, 13. conf. ἐπιμελήτεια C. I. A. 628, 42 (lexicis addendum). κατασκήνωσις Pol. 11, 26, 5. C. I. G. 3137, II, 57. Eiusdem generis est ἐπιθυμίασις (ἐπιθυμιᾶν Räucherwerk anzünden) C. I. G. 3068 A, 24. Hoc quoque uerbum deest in thesauris l. gr.

Polybium amasse nomina in —ία supra demonstraui;

1) Cf. huius dissert. p. 234. 2) Cf. huius dissert. p. 235.
3) Cf. huius dissert. p. 231.

possunt conferri: *χρυσοφορία* C. I. A. 552, C. 8 et *φιλαγαθία* C. I. A. 470, 72. Idem cadit in adiectiua *παραδόσιμος* (Polyb. 6, 54, 2. 12, 5, 5. 8, 12, 11 saep. C. I. G. 1570, 8) et *ἀφορολόγητος* (Polyb. 4, 25, 7. 4, 84, 5 saep. C. I. A. 465, 41), in aduerbia *καθηκόντως* (Polyb. 5, 9, 6. C. I. G. 4697, 28), *καταξίως* (Polyb. 8, 12, 5. 1, 88, 5 saep. C. I. A. 383, 9. 594, 21), *ἀπέναντι* (Polyb. 1, 68, 3. C. I. G. 2347 c. 29), in uerba *κατακολουθεῖν* (Polyb. 2, 56, 2. 3, 33, 18 saep. C. I. G. 3067, 20), *συλλαλεῖν* (Polyb. 4, 22, 8. 1, 43, 1. C. I. G. 3137, I, 23). Ut Polybius (I, 8, 1 saep.) habet *συνορεῖν*, ita tituli *δμορεῖν* (C. I. G. 5127 B. 33).

Venio 3.) ad nonnulla uerba, quae aliam tenent notionem apud Polybium et in titulis eiusdem aetatis, aliam apud priores scriptores.

ἀναστροφή est proprie conuersio. Apud Polybium primum accipit notionem ‘se gerendi’: 4, 82, 1 *κατὰ τὴν λοιπὴν ἀναστροφὴν τεθαυμιασμένος*. Item *ἀναστροφὴν ποιεῖσθαι* (se gerere) C. I. G. 1193, 19. 1331, 3. C. I. A. 477 [b], 12.

τὰ ὕπαιθρα sunt Polybio ‘aperta loco, quibus opponuntur castella et urbes’. Exempla collegit Schweighaeuser in lexico. Conf. C. I. G. 3137, II, 50 et 59.

τὸ διάφορον apud scriptores Atticos idem ualet, quod utilitas, commodum, impensa; Polybius ita hoc uocabulo utitur, ut sit ‘pecunia’ (4, 18, 8; *ἀκρίβεια περὶ τὸ διάφορον* diligentia in re pecuniaria. 32, 13, 11. 6, 45, 4. 6, 14, 6. 23, 8, 11 [1]). 32, 13, 13), non aliter in titulis: C. I. G. 2335, 33 *συναθροισθέντων διαφόρων*. cf. C. I. A. 595, 6.

ἀπαντᾶν τινι (item *ἀπάντησις*) uerbo Polybius simili modo translate utitur, ac nostrates ‘jemandem (freundlich etc.) begegnen’ i. e. aliquem (liberaliter etc.) tractare (cf. 18, 17, 3. 28, 2, 7. 36, 1, 1) [2]). In titulis quamquam non exstat *ἀπάντησις* hoc sensu, tamen *ὑπαπάντησις*, quae uox lexicis addenda est, cf. C. I. A. 467, 9 (470, 18). Item 471, 21 *ἀπήντων διὰ παντὸς τοῖς — Ῥωμαίοις*.

---

1) In Hultsch. edit. 1098, 22. 2) Hu. 1001, 22. 1170, 1. 1322, 8.

ἐπισημασία est honoris uel beneuolentiae significatio. Polyb. 30, 1, 1 saep.[1]) non aliter C. I. A. 639, 6. Verisimile est additum fuisse in hoc titulo male lacerato uocabulum εὐνοϊκῆς, ut Polyb. 6, 6, 8.

ἀντιστράτηγος eandem habet notionem atque ἀνθύπατος (proconsul.) Polyb. 3, 106, 2. 28, 3, 1. C. I. G. 2349[b] (= uol. II. p. 1063), 5. 6.

περίστασις est ‘condicio’ uel etiam idem significat, quod συμφορά. Polyb. 1, 32, 3. 1, 35, 10. 2, 41, 6 saep. C. I. A. 628, 12, 27.

Restat, ut pauca addam 4.) de locutionibus nonnullis.

Maluisse adhibere Polybium infinitiuos substantiuorum locum tenentes, quam enuntiata secundaria, supra significaui[2]). Addo exemplis, quae supra exscripsi χάριν τοῦ ἀγνοεῖσθαι 1, 20, 8. cf. 1, 27, 8. 49, 8. 2, 14, 2 saep. Esse tamen ne hoc quidem proprium Polybii, sed omnino aequales eius ita locutos esse apparet ex his exemplis: ἕνεκα τοῦ — τηρῆσαι C. I. G. 3137, III, 91. 4697, 11. εἰς τὸ — γενέσθαι C. I. G. 2561[b] (= uol. III. 1102). uers. 34. ἐπὶ τῷ — C. I. G. 3068 A, 12. ἅμα τῷ — 2058 B, 14. διὰ τὸ 2058 A, 49. 3137, I, 8. Ut Polybius solet dicere[3]) ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ — ποιεῖν, ita in uersu 2. tituli eius, quem Ierusalem l. c. edidit, legitur κάλλιστον — τό c. inf. Denique hoc loco iterum commemorandum est, quam temere Cobetus negauerit, posse Polybii esse παρ᾽ ὀλίγον ἐλθεῖν τοῦ — παθεῖν simil.[4]), cum censeret reponendum esse, quod omnium esset scriptorum Graecorum παρ᾽ ὀλίγον ἐλθεῖν παθεῖν. Nemo enim negat solere scribere Graecos κινδυνεύω παθεῖν τι. Sed C. I. G. 4896 C, 11/12 legitur συμβαίνει κινδυνεύειν ἡμᾶς τοῦ μὴ ἔχειν τὰ νομιζόμενα. Vides κινδυνεύειν τοῦ μὴ ἔχειν fere idem esse ac παρ᾽ ὀλίγον ἐλθεῖν τοῦ μὴ ἔχειν (= paene non habere).

Neutrum adiectiui tenere interdum locum substantiui abstracti exemplis ex Polybii libris allatis supra[5]) illustraui. Conferas tituli Ionici a Ierusal. editi uers. 40 τὸ φιλόσπουδον αὐτοῦ. C. I. G. 2059, 13 et 17.

1) Conf. ἐπισημαίνεσθαι huius dissert. p. 294. 2) p. 252 sq.
3) p. 253 sq. 4) p. 254. 5) p. 282.

DE HIATU IN LIBRIS DIODORI SICULI.

Diodori libri, id quod Lud. Dindorfius primus quantum scio demonstrauit, glossematis et lacunis, interpolatione et neglegentia scribarum pessime corrupti ad nos peruenerunt. Qua re quoniam factum est, ut cum alia uitia, tum permulti hiatus textui inculcarentur, non mirum est, neminem adhuc operam dedisse, ut quaereret, quibus apud Diodorum Siculum legibus hiatus circumscriptus esset. Accedit, quod adhuc sunt, qui sibi persuadere non possint, illos inferiores aetate scriptores in euphonia tuenda tam subtiles fuisse. Sed cum Polybii exemplo, cuius in multis rebus esse asseclam Diodorum constat, doceamur, quanti eam euphoniam posterioris quoque aetatis scriptores fecerint, tum Sintenis, uir de Plutarcho optime meritus, mihi semper dignissimus uisus est, qui in hac re laudaretur tanquam Thomas incredulus, paulo post ad aliam mentem traductus. Qui ipse in ea, quam de hiatu apud Plutarchum dedit ad Herm. Sauppium [1]), epistula profitetur tantum afuisse, ut nouum illud Benseleri inuentum amplecteretur, ut quem meminisset diligentissime hiatum tersi et compti explorasse Isocratis, rideret ad scriptorum genus maxime dispar idem transferre exilis diligentiae studium. Idem tamen uir doctus primus exstitit, qui certa uia ac ratione, quibus legibus hiatus apud Plutarchum circumscriptus esset, exponeret, et cum ad finem peruenisset disputationis exclamaret: ‘cum reputo, quam sint rara hiatuum uestigia, quam denique suspecta omnia, alia propter aliam causam, nihil habeo, quod in hoc genere cum Plutarcheis comparare possim, nisi Isocratem’. Potuit com-

1) Edit. Plutarch. uit. parall. Lips. MDCCCXLVI. uol. IV. p. 323 sqq.

parare Polybium, qui multo etiam diligentior est in hiatu euitando, quam Plutarchus, potuit Diodorum Siculum. De quo Benseler in libro de hiatu satis habuit haec annotasse: 'Ad eos, qui ad uocalium concursus animos attenderunt, sed non ita, ut seuere et strenue in hac re uersarentur, referes Diodorum Siculum sq.' Non posse acquiescere in hac Benseleri doctrina, qui aliquem ad restituenda genuina Diodori uerba fructum ex obseruationibus de hiatu percipere uelint, satis apparet.

Valde autem est dolendum, nos plane carere in Diodori libris legendis codice, qualis est codex Vaticanus Polybii (A). Quem si non haberemus, sed recentiores tantum codices sequi cogeremur, innumerabilibus locis apud Polybium nunc inueniremus hiatus.

Inducunt enim codices illi recentiores formas multas suae aetatis, quas Polybius aut ante uocalem aut post uocalem non admisit, ut ὅτι pro διότι, ὅτι pro ὡς, ἐθελοντί pro ἐθελοντήν similia. Iam plane eadem mihi uidetur esse condicio codicum scriptoris Siculi nec dubito, quin si unquam fortuna secunda codicem adipisceremur Diodori, qualis est A Polybii, permultos qui nunc leguntur hiatus in Diodori libris huius codicis auctoritas expelleret. Hanc opinionem postea exemplo illustrabo; nunc satis erit demonstrare excerpta Constantiniana ex codice multo meliore fluxisse, quam ei sunt codices, quibus libri superstites traduntur [1]). Hoc cum iam Ludou. Dindorfius acerrimo ingenio uiderit, tum confirmata est haec opinio eis, quae de hiatu inquirens inueni [2]). In excerptis enim Constantinianis libri XXI. nullus inuenitur hiatus illegitimus. Nam quod XXI, 20, 1 concurrunt uocales, uerba sunt excerptoris, quem solere initio excerptorum sententiam antecedentium addere, oratione scriptoris in breuius contracta, initio huius dissertatiunculae

1) Nihil commune habere excerpta Hoeschel. cum opere Constantini, sed multo deterius esse tradita, cum iam Dindorfius uidisset, tum mihi de hiatu quaerenti manifestum est factum. Abundant enim hiatibus.

2) Accedit quod seruatur in excerpt. Const. δυεῖν pro δυοῖν (cf. XXII, 9. X, 7, 2. XXX, 21, 4. 34, 4. XXXVIII, 20). νηός pro νεώς (XXIV, 11, 3. XXXIII, 5, 3). ἐθελοντήν pro ἐθελοντί cf. extremam hanc dissertationem.

exposui (p. 224). Item nullus hiatus illegitimus inuenitur in libris XXII. (cap. 1, 3 init. uerba eclogarii sunt) XXIV. XXV. XXVI.[1]) XXVII. (uerba hiatu corrupta initio capit. 6, 2 esse excerptoris apparet ex 6, 1, cuius paragraphi summam paucis uerbis significauit excerptor ineunte paragrapho 2. capitis 6.) XXVIII. (cap. 12 uerba ultima sunt excerptoris cf. huius dissert. p. 225 sq.) XXX. XXXI. VI. VII. Iam qui in ceteris libris traduntur hiatus, sunt perpauci, qui fere omnes aut lenissima mutatione tolluntur aut ad excerptorem uerba scriptoris in breuius contrahentem referendi sunt.

Sunt autem hi: In libro XXIII, 2 legitur *μαθητὰς γὰρ τοὺς Ῥωμαίους ἀεὶ ὄντας γίνεσθαι κρείττους τῶν διδασκάλων*. Sed mihi *ἀεὶ* ad *γίνεσθαι κρείττους* multo rectius uidetur referri, quam ad *ὄντας*, et scribendum *ὄντας ἀεὶ γίνεσθαι*. Eiusdem libri 15, 5 *παράδοξον γὰρ ἐφαίνετο πᾶσιν εἰ προσγενομένου τοῖς Καρχηδονίοις ἑνὸς μόνου ἀνδρὸς τηλικαύτη τῶν ὅλων ἐγένετο μεταβολή* sq. Sed Diodorus, pariter atque Polybius, cum numeralibus non adiectiuum, sed aduerbium coniungit cf. XXXI, 10 *πεντήκοντα μόνον ἔτη*. IV, 33, 6 *τρεῖς γὰρ ἀπὸ τῶν εἴκοσι μόνον διεσώθησαν* saep. Nulli praeterea in hoc libro exstant hiatus.

L. XXIX, cap. 4 uerba sub finem eclogae ab excerptore esse mutilata nemo non sentit; quod autem cap. 25 legitur *τῇ δὲ λύπῃ ἀδιορθώτως συνεχόμενος*, certam quidem non uideo medelam, sed facile ita potuit euitare hiatum Diodorus, ut, quod saepe eadem de causa fecit, postponeret aduerbium uerbo: *τῇ δὲ λύπῃ συνεχόμενος ἀδιορθώτως*.

Libri XXXII, 9ᶜ offendunt *καταγνοὺς δ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς παντελῆ ἀδυναμίαν* (addendum est *τὴν*?) et 22 *λιμῷ ἀπέθνησκον*.

Libri XXXIII. uno loco 17, 2 hiatum efficiunt uerba *ὁ Πομπήιος τοῦ Θορύβου αἰσθόμενος* (*καταισθόμενος*?). Praeterea nullus in hoc libro exstat locus hiatu foedatus, ne-

1) Cap. 15. in uerbis *'ἐπηκολούθει ἐκ τῶν ὄχλων μῖσος'* *ἐκ* est dittographia litterarum *ει* antecedentium.

que in libris XXXIV. et XXXV. inueniuntur concursiones uocalium, in quibus quis offendat, nisi quod apparet in capite 28[a] nonnulla esse turbata. Neque enim recte se habere possunt uerba: *Ὀπιμίου βουλευομένου εἰς τὸ Καπιτώλιον περὶ τοῦ συμφέροντος* (quae enim haec est constructio?) et *προωθεῖν ἐπὶ* inauditum est.

Parata est medela uni loco libri XXXVI., quo loco concurrunt uocales; legitur enim 15, 2 *περιήει εἰς τοὺς ὄχλους*. Sed Diodorus sine dubio, ut omnes scriptores Graeci, dedit *περιῄει τοὺς ὄχλους*, ita ut *εἰς* praepositionem dittographiae litterarum *ειτ* (*περιῄειειττοὺς*) deberi appareat.

Non offenderim in hiatu, qui inuenitur libri XL. cap. 5 *ἑκάστῃ οἰκίᾳ*; efficiunt enim haec uerba unam notionem [1]).

Libr. XXXVII, 22[a] totum locum esse corruptum apparet. Denique leguntur hiatus ll. XXXVIII. et XXXIX., in cap. 2.; l. VIII. c. 4, 4 et 6 (excipio caput 24., cuius uerba magnopere corrupta sunt) l. IX, 24, 2.

Si hanc hiatuum in tot paginis paucitatem considero, quorum non paruus numerus facile tolli potest, si rationem simul et naturam eclogarum Constantinianarum respicio, mihi plane constat non neglegenter uersatum esse Diodorum in hiatu uitando, id quod Benselerus putauit, sed non minus accurate quam Isocratem, Polybium, Plutarchum. Quodsi libri superstites (I.—V. XI.—XX.) paulo pluribus laborant uocalium concursionibus, id non Diodoro debetur, sed ei rei, quod nullum codicem habemus incorruptum, sed interpolatos omnes [2]). Quamquam ne superstites quidem libri adeo corrupti sunt, ut ex ei non intellegatur, Diodorum in uitando hiatu certissimas lége secutum esse. Quod quo facilius intellegatur, in animo est antequam de uia ac ratione, qua Diodorus hiatum uitaueri disseramus, exponere unius libri condicionem.

1) Cf. huius dissert. p. 313 sq.

2) Mihi constat futurum esse, ut multis locis hiatus expellerentu si tandem aliquando hoc munus susciperet uir doctus, ut conferret fragi Constant. a libr. I.—V. et XI.—XX. excerptorum. Nam Valesius, Ursinu Mai, Feder, Mueller deperditorum tantum librorum excerpta ediderunt.

In libro uicesimo i. e. in paginis 133 editionis Dindorf. inueniuntur hiatus hi:

50, 3 *καὶ αὐτός*. 50, 5 *καὶ αὐτός*. 53, 4 *καὶ οἱ λοιποί*. 79, 3 *καὶ ἕνα*. 85, 4 *καὶ αὐτοί*. 94, 2 *καὶ αὐτοί*. 35, 4 *τὸ ἔθνος*. 48, 2 *τὸ ὕψος*. 74, 3 *τὸ εἰς πότον ὕδωρ*. 31, 5 *τὰ ὅπλα*. 37, 7 *τὰ ἄλλα* (ubi *τἄλλα* scribendum cf. 81, 3 saep.). 42, 5 *τὰ ὅπλα* item 45, 7. 50, 4 *τὰ ἐλάχιστα*. 87, 4 *τὰ ἀκροστόλια*. 36, 1 *ὁ ἕτερος*. 39, 3 *ὁ Ἀγαθοκλῆς*. 52, 5 *ὁ ἐν τῇ Σαλαμῖνι*. 97, 6 *ὁ ἀρχιπειρατής*. 111, 4 *ὁ υἱός*. 35, 2 *οἱ ὕπατοι* 90, 3 item. 37, 3 *τοῦ Ἀμύντου* et *τοῦ εἰς*. 11, 1 *τοῦ ἀριστεροῦ*. 2, 2 *τῇ ἱστορίᾳ*. 46, 5 *τῇ Ἑλλάδι*. 51, 5 *ἡ ἀρετή*. 88, 7 *τῷ ὕψει*. 11, 1 *τῷ υἱῷ*. 33, 7 *μὴ ἐκδιδόντος*. 102, 1 *ἢ ἐπ᾽ αὐτόν*. 91, 2 *πρὸ αὐτῆς*. 41, 2 *περὶ Αὐτόμαλα*. 42, 2 *περὶ Ἀγαθοκλέα*. 57, 6 *περὶ ὧν* (contra 77, 3 *μηκέτι εἶναι* scribae culpa legitur pro *μηκέτ᾽ εἶναι* cf. I, 38, 10 *οὐκέτ᾽ οὖν*) alii pauci eiusdem generis, in quibus nemo offendet; nam sunt legitimi ii et apud eos quoque scriptores admittuntur, qui diligentissimi sunt in hiatu uitando. Nec maiorem mouet offensionem, quod in numeralibus interdum concursus uocalium inuenitur [1]) (37, 1 *ὀλυμπιὰς ἤχθη ὀγδόη*. 45, 7 *δύο ἡμέρας*. 101, 5 *ἔτη εἴκοσι*) et in locutionibus nonnullis, quarum uerba singula dirimi non possunt [2]): 47, 3 *οὐ πολὺ ἐλάττους*. 57, 2 *οὐ πολὺ ἐλαττόνων*, unde excusatur 91, 8 *οὐ πολὺ ἐλείπετο*. Denique elisione, ut mox demonstrabimus [3]), tolluntur hiatus hi: 34, 7 *μάλιστα αἴτιοι* (cf. 38, 3 *μάλιστ᾽ εὐθέτους*). 41, 3 *παραχρῆμα ἀποκτείνειν*. 31, 4 *παραχρῆμα ἐπὶ* (cf. XIV, 25, 6 *παραχρῆμ᾽ ἀπαιτεῖ*). 63, 2 *γέλωτα ἐκτρέπεσθαι*. 61, 5 *ηὐξῆσθαι ἐπὶ*. 79, 2 *ὥστε αὐτὸν*. 61, 8 *γε εὖ*. 33, 3 *γε εἴασε*. 72, 3 *δὲ ἐπὶ*. 55, 3 *τε ἐπὶ*. 85, 4 *τε ἀπὸ*. 58, 2 *μήτε ἐπί*. Hiatus uitiosi, quos qui Diodorus potuerit admittere non uideo, septem tantum toto inueniuntur libro, non plures fere, quam in singulis Polybii libris, in quibus optimo utimur codice Vaticano. Qui hiatus sunt hi:

20, 1 *πάλαι ὀρεγόμενος*. 44, 8 *μάχῃ ἐπροτέρησαν*. 76, 2

1) Cf. huius diss. p. 313. 2) Cf. huius diss. p. 313 sq.
3) Cf. huius diss. p. 314 sq.

αἱ ἄλλαι ἐκβιασαμένων. 91, 6 πληγῇ ἐνδιδόναι. 59, 4 οἱ καταλειπόμενοι ἔμποροι οὐχ. 96, 7 παρασκευασθέντι ὕδατι ἐν. 106, 3 αὐτοῦ ὅμορον.

Non est, quod haereamus in uerbis, quae sunt 58, 5 ὅτι πιθήκου αἷμα ἀποτίσειαν; est enim prouerbium (ἐν παροιμίας μέρει λεγόμενον), cuius uerba non debent mutari.

Hanc paucitatem hiatuum si consideraueris, concedes non casu potuisse fieri, ut concursus uocalium tam accurate uitaretur, sed consilio scriptoris diligentissimi. Accedit quod, cum per multas paginas plane nullus inueniatur hiatus, uno interdum uersu complures cumulantur (cf. XX, 59, 4 et 96, 7). Nec minus id est premendum, quod haud paucis locis facile demonstrari potest, uerba, quae hiatum efficiant, repugnare, qualia nunc sint, consuetudini scriptoris Siculi [1]). Neque praetermittam, orationem, ubi scriptor aliorum afferat uerba, abundare saepe hiatibus, ut nemo non possit dicendi genus plane dispar cognoscere (cf. I, 27, 4 saep.).

Sed accedunt alia. Ac maximi quidem est momenti, quod Diodorus plane eodem modo ac Polybius uarietate quadam formarum et locutionum euitare studet hiatum. Cuius generis sunt haec: I, 29, 3 τῆς θεοῦ τότε. III, 58, 1 τῆς θεοῦ ταύτης (cf. IV, 51, 3. IV, 84, 4). V, 4, 5 τῆς θεοῦ ταύτης item V, 72, 3. Sed II, 4, 2 τέμενος θεᾶς ἐπιφανοῦς. IV, 83, 7 θεᾶς ἀπαγγελίαν. Idem ualet in τῆς μεσογείου — τῆς μεσογείας, similia. Neque alia causa commotus scripsit I, 32, 2 στάδια μάλιστά πως μύρια, saepe; I, 31, 6 ἐπὶ σταδίους ἑξακισχιλίους item omnibus reliquis locis.

I, 39, 10 τοσοῦτο πλῆθος ὕδατος. I, 58, 4 ἐπὶ τοσοῦτο δὲ saepe. I, 3, 8 τοσοῦτον ὑπερέχειν. I, 52, 6 τοσοῦτον αὐτῶν πλῆθος. I, 37, 9 τοσοῦτον ἀπέχουσι. Conferas τοιοῦτο — τοιοῦτον (XIII, 10, 1 — XIII, 48, 8). τηλικοῦτον — τηλικοῦτο (XIV, 67, 2 — XV, 13, 5). XIII, 59, 8 ταχὺ πολύ cf. XIII, 72, 5. XIV, 2, 1. 30, 2. 45, 4. 56, 3. XVI, 52, 7. 74, 3. 83, 2. Sed XIII, 55, 7 ταχέως εἰσέπεσον cf. XIII, 74, 1. 105, 4. 106, 1.

1) Cf. huius diss. p. 317 sq.

XIV, 20, 2. 23, 7. 36, 3. 40, 6. 59, 2. XIV, 75, 5. 81, 2. XV, 71, 3. 82, 4. XVI, 49, 8. 86, 6. 84, 2 saep. Item *ἄρτι — ἀρτίως*, *βραχύ* (XVII, 76, 5. XVIII, 19, 1 saep)., *βραχέως* (XVII, 20, 7 saep.), *λάθρᾳ* (XVIII, 46, 4. I, 64, 5), *λαθραίως* (XVIII, 32, 3 saep.), *οὑτω — οὕτως* se excipiunt.

Venio ad uerba.

De *θαυμάσαι — θαυμάσειεν* simil. cf. XII, 62, 6. XI, 58, 5. XIII, 60, 3. XVI, 9, 2 al.

Verba in *—μι* ante uocales infinitiuum exeuntem habent in *—ειν*, ante consonantes in *—ναι*: IV, 52, 5 *δεικνύειν ὡς*, contra XVI, 23, 5 *δεικνύναι κατὰ τὸ δυνατόν*. cf. XIV, 90, 5. XIX, 37, 4. XIV, 25, 8 saep. Item *ἱστάναι — ἱστάνειν*; *ἐνέγκαι* ante consonantem (V, 71, 1. XIII, 102, 2. XV, 4, 10. 55, 4) sed ante uocalem *ἐνεγκεῖν* (XI, 59, 1. XIII, 19, 5. XIX, 95, 7. XX, 25, 4. I, 87, 8. 97, 4). *Ἔφη* legitur fere semper; contra ante uocales *ἔφησεν* I, 58, 4 *ἔφησεν ὅπως* cf. XI, 81, 5. XI, 84, 4. XIV, 5, 2. 78, 2. 110, 3 saep.

Idem studium apparet in eligendis compositis: IV, 60, 1 *ἐστὶ προσαναδραμόντας τοῖς χρόνοις* contra XI, 67, 1 *τοῖς χρόνοις ἀναδραμόντες* saep. XIV, 29, 6 *ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον*. XVII, 16, 4 *ἀνήκοντα προσανελάμβανε τὸ στρατόπεδον*. XI, 9, 1 *ἑτοίμως ἀποθνήσκειν*. XIII, 79, 2 *εὐγενῶς ἀποθνήσκειν* item XIV, 65, 4. sed XII, 17, 2 *παραχρῆμα θνήσκειν*. Multa eiusdem generis, si quis operam dabit, poterit inuenire.

Addo nonnulla de locutionibus quibusdam [1]).

XII, 42, 6 *παρεκάλει τοὺς νέους ἡσυχίαν ἔχειν*. II, 19, 10 *μὴ διαβαίνειν ἡσυχίαν ἔσχε* item XII, 42, 4. XIV, 5, 3. Contra XIII, 96, 2 *ἠναγκάζοντο τὴν ἡσυχίαν ἔχειν*, addito articulo ne concurrant uocales. item XIII, 96, 2. XIV, 64, 3. XV, 33, 2 et 3. XVII, 19, 2.

---

1) Scripsit Diodorus XI, 8, 2 *ἐπὶ τοσοῦτο προέβησαν ταῖς προθυμίαις, ωστε* contra V, 35 *ἐπὶ τοσοῦτο διατεῖναι τῆς φιλοκερδίας, ὥστ'* sq. non *φιλοκερδίᾳ ὥστ'*. Itaque nescio, an IV, 25 scripsisse putandus sit: *ἐπὶ τοσοῦτο προέβη τῆς δόξης, ὥστε* sq., quamquam in codicibus est *προέβη τῇι δόξηι ὥστε*, ut IV, 54, 6 *ἐπὶ τοσοῦτο — ὀργῆς ἅμα* sed V, 33, 1 *τῇ δόξῃ προελθ*. XXIV, 11, 3 *ἀνθραγαθίας, ὥστε* item XXVIII, 2.

XIII, 10,4 *τῶν Ἀθηναίων ἡσυχίαν ἀγόντων*. XIV, 110, 4 *εὐδοκήσαντες ἡσυχίαν ἦγον* sed XV, 91, 6 *οἱ λοιποὶ τὴν ἡσυχίαν ἦγον*. XVI, 7, 2 *ποιησάμενοι τὴν ἡσυχίαν ἦγον* item XVII, 19, 5. XVII, 116, 3. XII, 56, 2.

XIII, 65, 3 *οὐδὲν ἄξιον λόγου πράξας* et saepe; contra XIII, 104, 8 *οὐδὲν ἄξιον μνήμης ἔπραξε* cf. XV, 47, 7. XVI, 40, 2.

Solet scribere, ut XIV, 7, 7 *τὸν ἔπαρχον, ὄνομα Δώριχον, ἀπέκτειναν*. V, 53, 4 *τῶν μετὰ Ἱππότου τις μετασχὼν τῆς ἀποικίας, ὄνομα Ναῦσος*. cf. XI, 8, 5. 56, 4 saep. Contra uocalium concursus euitatur II, 45, 4 *πόλιν κτίσαι μεγάλην παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Θερμώδοντος ποταμοῦ τοὔνομα Θεμίσκυραν* sq.

Pariter ac Polybius, Diodorus *ὑπέρ* ponit post consonantes, *περί* post uocales:

I, 83, 1 *βραχέα πρότερον ὑπὲρ αὐτῶν διελθόντες*, sed IV, 25, 2 *βραχέα περὶ αὐτοῦ διελθεῖν*. IV, 25, 4 *ἐπεὶ περὶ Ὀρφέως διεληλύθαμεν* saepe. XI, 3, 3 *συναγωνίζεσθαι περὶ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας*. XI, 5, 5 *γενναιότερον ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιοῦνται*. item XI, 6, 2. XII, 41, 5 *καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας ἠγωνίζοντο*. XIII, 14, 3 *ἀγωνιζομένων ὑπὲρ τῆς σωτηρίας*. I, 34, 11 *Αἴγυπτον, ὑπὲρ ὧν μακρὸν ἂν εἴη γράφειν* (cf. I, 85, 5). II, 36, 3 *ζῷα, περὶ ὧν μακρὸν ἂν εἴη γράφειν* (cf. I, 51, 2). Conferas XIV, 96, 3 — XIV, 97, 2. XIV, 98, 2 et praeter ceteros locos XIV, 65, 4 *πρὸς δὲ πικρὸν τύραννον ὑπὲρ ἐλευθερίας καὶ περὶ πατρίδος οὐδὲ λόγῳ παῤῥησίαν ἔτι ἄγειν τολμῶμεν*.

Hoc interest inter *πρὶν ἢ* c. inf. et *πρὶν* c. inf.: XI, 9, 3 *πρὶν ἢ γνῶναι* item XIII, 79, 8. XIX, 13, 5. XIX, 38, 1 sed XIII, 10, 1 *πρὶν ἐλθεῖν*. XIV, 52, 1 *πρὶν ἐπιδεῖν* cf. XIV, 59, 5. idem cadit in uocabula *μέχρι* et *μέχρι ὅτου*.

Ὅτι et *διότι* se excipiunt non aliter, quam apud Polybium, ita ut *διότι* post uocales, *ὅτι* post consonantes locum habeat. Instar omnium exemplorum (I, 27, 3. 37, 8. IV, 43, 4. XI, 17, 3. XIII, 31, 4. 94, 1 saep.) affero: XI, 25, 2 *οὐ μόνον*

ὅτι πολλοὺς στρατιώτας ἀπεσταλκότες ἦσαν, ἀλλὰ καὶ διότι — πολλοὶ — ἀνεχώρησαν.

Ut intellegas eundem esse usum particulae *περ* apud Diodorum, atque apud Polybium, animaduertas ante uocales legi *ὅπερ* I, 7, 3. 37, 9. III, 55, 8. XI, 55, 4. XIII, 25, 1. 46, 3. IV, 59, 2. *ὅπερ ἂν* XII, 75, 4. *ἅπερ ἂν* IV, 51, 6. — *ἥπερ* I, 22, 6. XII, 66, 3. *ᾧπερ* XIII, 18, 5. XVI, 62, 1. *ἧπερ* XIV, 25, 8. 116, 4. XIX, 12, 2. — *εἴπερ* XIII, 22, 8. I, 12, 9. I, 77, 4. *ἐπειδήπερ* IV, 7, 1. XIII, 102, 2. *δήπερ* XXXVIII, 3. *ἤπερ* I, 2, 7. 29, 5. II, 50, 2. — *διόπερ* pro *διό* (I, 3, 4. 18, 7 saepe): I, 4, 1. 12, 7. 15, 4. 30, 9. 55, 7 saep.

Item *αἵτινες οἵτινες ἥτις* pro *αἵ οἵ ἥ* ante uocales: I, 28, 5. 79, 5. 59, 3. IV, 57, 4. V, 8, 2. 56, 5. XI, 88, 6. XIV, 101, 1: *αἱ γὰρ κατὰ τὴν Ἰταλίαν πόλεις ἐν ταῖς συνθήκαις εἶχον οὕτως, ἵν' ἥτις ἂν ὑπὸ τῶν Λευκανῶν λεηλατηθῇ χώρα, πρὸς ταύτην ἅπαντες παραβοηθῶσιν, ἧς δ' ἂν πόλεως μὴ καταστῇ τὸ στρατόπεδον*, etc.

Denique uideamus de *ὅτι — ὡς*: XI, 12, 5 *διδάσκων, ὅτι συμφέρει.* XIII, 37, 4 *ἐδίδασκε γὰρ, ὡς οὐ συμφέρει* cf. XIV, 40, 2 — XVI, 23, 4.

XII, 16, 5 *εἰπεῖν, ὅτι σώζειν ἀναγκαῖον.* XII, 38, 3 *εἴποντος, ὅτι τὴν* sq. XII, 74, 3 *εἶπεν ὅτι Βρασίδας* sq. sed XI, 28, 2 *εἶπον, ὡς αὐτοὶ — πειράσονται.* XI, 39, 5 *εἶπεν ὡς αὐτὸς* sq. Item *λέγειν ὅτι* seq. conson. XI, 4, 3. 6, 2. XIV, 4, 3. *λέγειν ὡς* seq. uoc. XIV, 25, 4 saep. *ἀποκρίνεσθαι ὅτι* XXVIII, 15, 1. XXXI, 39. *ὡς* XXVIII, 15, 4. XXXIII, 17, 2. *φανερὸν ὅτι* XI, 81, 5. 86, 4. XIII, 52, 8. *ὡς* XIII, 22, 8 saep.

Non minus, quam ex hac in eligendis uerbis diligentia, Diodori studium hiatus uitandi apparet ex eo, quod saepissime elisione usus est praeter consuetudinem eorum scriptorum, qui non pari modo euphoniae student. Et quamquam scribae haud raro uocales elisas rescripserunt, ita quidem ut interdum errarent[1]), tamen satis multa uestigia etiamnunc exstant, ex quibus, quid Diodorus egerit, possit intellegi. Quamquam in

1) Conf. huius dissert. p. 319.

his potissimum obseruationibus hoc incommodo laboramus, quod de codicum scriptura nondum accurate edocti sumus.

Cum elisione compono crasin, qua multo saepius et liberius quam alii scriptores uno excepto Polybio utitur Diodorus. Scribit igitur: *τοὐναντίον* I, 71, 2. 72, 5. 81, 5. 83, 4. 93, 3. II, 30, 1. 25, 8. XII, 1, 3 saep. *ταὐτόματον* XII, 38, 4. *τοὔνομα* I, 92, 1. II, 45, 4. IV, 10, 1. XI, 55, 2. *τἀργύριον* XIII, 91, 4. *τοὔργον* I, 61, 4. *τἀκριβές* II, 9, 4. IV, 8, 3. *τοὐμφανές* XII, 27, 1. *τοὐπίσω* III, 54, 3. XI, 18, 6. *τοὔμπροσθεν* XI, 18, 4. *τἀληθές* IV, 4, 4. XI, 40, 2. XI, 45, 5.

τἄλλα I, 70, 5. 87, 4. 96, 4. II, 1, 1. 19, 3. 25, 5. 34, 5 saep. *ταὐτά* XI, 18, 5. *τἀναντία* III, 40, 9. *τἀγαθά* X, 7, 2. XXI, 17, 4.

τἀνδρός I, 88, 4. XI, 42, 5. 57, 6. *ταὐτομάτου* XXIV, 12, 12. *τἀδελφοῦ* IV, 56, 1. XI, 67, 4. XV, 77, 5. XIX, 34, 5. XIX, 35, 1. XX, 16, 1. 68, 3. 29, 10. 31, 20.

τἀδελφῷ XI, 48, 4. V, 50, 2. XVII, 34, 2. XX, 16, 1. *ταὐτῷ* II, 26, 3. *τἀνδρί* XIX, 31, 6. XX, 93, 4.

κἀκεῖνος III, 17, 5. IV, 84, 4. XI, 56, 8. *κἀκεῖ* IV, 85, 5. 34, 1.

Iam quia mihi legentium animos eo adduxisse uideor, ut concedant non iniuria me Diodoro diligentissimum hiatus uitandi studium tribuere, accedat oratio ad id, quod restat, ut uideamus, qua ratione ducatur Diodorus in hiatu uitando. Ac primum quidem uideamus, qui hiatus legitimi habendi sint. Non offendimus, si hiatum faciunt articuli aut particula *καί*, in qua re quoniam usus Diodori cum ceterorum scriptorum consuetudine conuenit, qui in uitando uocalium concursu diligentes sunt, non opus est copiosius exponere.

Ut apud Polybium, ita apud Diodorum post *μή* uocalis legitur sine offensione. I, 69, 6 *μὴ οὐ*. IV, 2, 10 *μὴ ἀνακάμπτειν*. IV, 65, 2 *μὴ ὑπακούοντος*. V, 18, 4 *μὴ ἁμαρτάνειν*. V, 60, 4 *μὴ ἐπανελθεῖν*. XI, 45, 1 *μὴ ἀνακάμπτειν*. XI, 61, 4 *μὴ ἔχειν*. XII, 16, 1 *μὴ ἀναλαβόντων* item XV, 16, 1. XVI, 82, 3. XX, 33, 7.

Pro *ἤ* solet ante uocalem reperiri *ἤπερ*. Nihilominus nonnullis locis *ἢ* traditur, utrum ex corruptela, an consilio scrip-

toris, difficile est dictu. Loci sunt I, 78, 3. II, 58, 4. 59, 9. XV, 7, 1. XVIII, 58, 3. XX, 102, 1.[1])

Nullum facit hiatum δή, uno loco (XVII, 99, 2) ἤδη, neque est, cur hac re offendamur.

Post πρό et περί legitimus est hiatus ut apud omnes scriptores, ita apud Diodorum. περί I, 4, 6. XII, 50, 3. XIV, 5, 4. XIV, 117, 5. XV, 18, 1. XVIII, 18, 5. XX, 41, 2. 42, 2. 57, 6. πρό XV, 55, 5. XVIII, 5, 1. XX, 91, 2 al.

Denique post τί (IV, 46, 3. XIII, 24, 2). ὅτι (XVI, 55, 3. XIV, 19, 4). ἄχρι (I, 80, 6. XII, 17, 2). μέχρι (I, 18, 3. 30, 7. 35, 10. 39, 3. 56, 4. II, 32, 3. 33, 6. XIII, 71, 3 saep.)[2]) nulla est in hiatu offensio.

Quamquam pro οτι ante uocales fere semper inuenitur ὡς, tamen nonnullis locis ὅτι (IV, 85, 7. III, 62, 7. XI, 34, 4. XI, 55, 8. XIV, 109, 6. XVI, 82, 5. XVII, 10, 5), quod codicibus interpolatis potius tribuam, quam Diodoro.

Non ferendum est XIV, 65, 4 ἔτι ἄγειν, ubi potius elisa uocali scribendum est ἔτ᾽ ἄγειν cf. I, 38, 10 οὐκετ᾽ οὖν. De ἐθελοντί infra disputabimus.

Constat ab omnibus scriptoribus admitti hiatum in locutionibus quibusdam, quarum uerba tam arcte ad unam notionem coniuncta sint, ut nullo modo possint disiungi. Huius generis uidentur esse XV, 18, 2 et 3 ἅμ᾽ ἡλίῳ ἀνιόντι. XVI, 88, 2 σοῦ ἡγουμένου. XVII, 80, 1. 118, 1 διὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ. XVI, 88, 3 τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ cf. XI, 24, 1. XIX, 46, 6 ἀσήμου ἀργυρίου. XV, 88, 3 πολὺ ἄν.

Denique non uidetur Diodorus spreuisse hiatum in nominibus propriis et in numeralibus[3]).

Iam antequam de hoc loco disputandi faciamus finem,

---

1) Nullum, quantum memini, η facit hiatum in excerptis Constantinianis.

2) Quamquam suspicor Diodorum, aeque ac Polybium, scripsisse ante uocales μέχρις et puto huius quoque usus posse inueniri uestigia in excerpt. Constantin., nam et Dindorfius testis est (proleg. ed. p. XXVIII) II, 9, 2 nonnullos libros habere μέχρις ὅτου et Wesselingius: III. 12.

3) Idem docet Sintenis de hiat. in Plut. libr. l. c. p. 328.

liceat exponere de hiatu, qui excusationem habet uel interpunctionis uel pausae.

Facile sine dubio hiatus inter protasin et apodosin fertur atque inter membra particulis *μὲν — δὲ* disiuncta: I, 45, 4 *τὸν μὲν οὖν περίβολον ὑποστήσασθαι σταδίων — τετταράκοντα, οἰκοδομήμασι δὲ μεγάλοις κοσμῆσαι* sq. I, 53, 4 *ὑπῆρξαν ἀθληταὶ μὲν τοῖς σώμασιν εὖρωστοι, ἡγεμονικοὶ δὲ καὶ καρτερικοί* sq. Confer: I, 57, 7. 41, 1. II, 59, 6 saep.

Idem ualet in *οὔτε — οὔτε*, uelut I, 73, 3 saep., et excusatur hac ratione XIV, 102, 3 *συμφερόντως αὐτῷ, οὐ λυσιτελῶς δὲ Διονυσίῳ συντεθεικὼς τὸν πόλεμον.*

Denique non offenderim in hiatu ante coniunctiones *ὅπως* et *ὥστε* et ante relatiua pronomina admisso: cf. I, 57, 1. II, 58, 1. I, 70, 12. II, 6, 6. 56, 3. I, 95, 1. II, 20, 5. III, 15, 1. IV, 61, 3 saep.

Postremo quaeramus, quid de genetiuo absoluto et participio coniuncto iudicandum sit. Neque dubium uidetur esse, quin interdum pausa ita disiungantur participia a uerbis sequentibus, ut condicio eorum fere eadem sit, quae enuntiatorum subiunctorum. Itaque non haerendum est in talibus: XIV, 105, 3 *Διονύσιος δὲ λαβὼν ῥάβδον καὶ πατάξας ἐπὶ τοῦ λόφου, ἠρίθμει τοὺς καταβαίνοντας*, uel XV, 19, 2 *τοῦ βασιλέως τὴν ὅλην ἀρχὴν ἀνακτησαμένου, οἱ μὲν Ὀλύνθιοι — οὐχ οἷοί τ' ἦσαν* sq. Possunt conferri: XIV, 3, 2. 60, 4. 111, 3. XV, 31, 1. 51, 1. XVI, 36, 2 al.

Denique unum commemorandum est. Si alterum enuntiatum secundarium ita amplectitur alterum, quem ad modum XV, 20, 2 *ἵν', ἐὰν — λάβωσι, καταλάβωνται* sq., non admittitur hiatus. Legitur igitur I, 66, 6 *ὥστ' εἰ*. IV, 54, 6 *ὥστ' ἐπεί*. XV, 20, 2 *ἵν' ἐάν* cf. III, 29, 2. I, 98, 8 *διόπερ, ὅταν* cf. III, 39, 7. *διόπερ ἵνα* III, 66, 5. XV, 43, 2 *ὡς ἐάν* (non *ὅτι ἐάν*). Similia persaepe leguntur. Est igitur per elisionem scribendum XI, 4, 4 *ὥστ' ἐάν* et I, 35, 9 *ὥστ' εἰ* sq.

Iam qui praeterea inueniuntur hiatus, aut elisione tolluntur, aut uitiosi sunt.

Eliditur enim *α* in praepos. *παρά* (I, 12, 5 *παρ' ἐνίοις.*

I, 12, 6 *παρ᾽ αὐτοῖς* item I, 14, 2. 39, 13. 40, 6 *παρ᾽ ἡμᾶς*. I, 76, 3 *παρ᾽ ἀλλήλων*. I, 78, 4 *παρ᾽ ἀμφοτέρων*. XV, 2, 2. XV, 10, 1 *παρ᾽ ὀφθαλμούς* persaepe alias). Dubium igitur esse non potest, quin scriptor omnibus locis ante uocales in praepositione *παρά* elisione *α* litterae hiatum uitauerit; si nihilominus nunc nonnullis locis *παρά* legitur pro *παρ᾽*, hoc scribarum est, qui non in Diodori solius, sed in omnium scriptorum libris uocales elisas rescribere solent. Quod ualet in *παρά*, idem in *κατά*, *διά*, *μετά*: I, 12, 8 *κατ᾽ ἐνιαυτόν*. I, 15, 1 *κατ᾽ Αἴγυπτον*. I, 40, 3 *κατ᾽ ἐκείνους*. I, 40, 6. 43, 5. 45, 2. XV, 8, 2. 9, 3. — I, 15, 5 *δι᾽ ὧν* cf. I, 48, 2. 70, 8. 76, 2. XII, 14, 1. XV, 13, 1 et 3. — XV, 6, 5 *μετ᾽ ὀλίγον*. XV, 7, 9 *μετ᾽ ᾠδῆς*. I, 70, 4 *μετ᾽ ἐσθῆτος* saep.

Non minus frequens est elisio litterae *α* in aduerbiis et particulis *μάλιστα*, *ἀλλά*, *ἔπειτα*, *ἵνα*, *εἶτα*, *τηνικαῦτα*, *ἅμα*, *τάχα*. I, 10, 3 *μάλιστ᾽ ἄν*. I, 37, 10. 43, 3 *μάλιστ᾽ ὅτε*. I, 67, 2 *μάλιστ᾽ ἐνεπίστευσε*. I, 70, 8 *μάλιστ᾽ ἀνηκόντων*. V, 57, 1 *μάλιστ᾽ ἐν*. XV, 38, 1 *μάλιστ᾽ ἤλπιζε*. Reponatur igitur II, 26, 2 *μάλιστ᾽ εὐζώνους*. cf. II, 40, 2. Legitur *ἀλλ᾽* I, 12, 8. 39, 6. 44, 2. 70, 1. 73, 3. XVI, 8, 5 saepe. I, 39, 10 *ἔπειτ᾽ εἰ*. I, 55, 1 *ἔπειτ᾽ εἰς*. I, 79, 2 *ἔπειθ᾽ ὑπελάμβανεν*. XII, 22, 1 *ἔπειθ᾽ ὑπό*. Eodem modo scribendum I, 77, 3 *ἔπειτ᾽ εἰ*. I, 85, 2 *ἔπειτ᾽ εἰς*. — Traditum est III, 27, 3 *εἶθ᾽ οὗτοι*. XV, 21, 1 *εἶθ᾽ οἱ*. II, 28, 4 *εἶθ᾽ ὁ*. *τηνικαῦθ᾽ ὁ* XI, 56, 2. ita scribas XI, 83, 4 *τηνικαῦτ᾽ ἀπογνούς*. XV, 14, 4 *ἅμ᾽ ἡμέρᾳ* item XV, 26, 2 saepe. Itaque non Diodori est, sed scribae II, 8, 3 *ἅμα ἔμελλε*. — *τάχ᾽* legitur XX, 25, 3 *τάχ᾽ ἄν*, neque minus *τάχιστ᾽* XIX, 48, 1 *τάχιστ᾽ ἦλθον*. Itaque XVII, 108, 4 reponatur *τάχισθ᾽ ὁ*. Neque dubium esse potest, quin etiam *ἐνταῦθ᾽* sit scribendum atque reddendum scriptori II, 13, 3. 24, 6. Denique in unaquaque fere pagina legitur *ἵν᾽* cf. I, 73, 7 *ἵν᾽ οἱ*. XV, 20, 2 *ἵν᾽ ἐάν* saep.

Neque minus constat usitatam esse Diodoro elisionem litterae *α* nominatiui et accusat. plural. neutr. Habes *τοιαῦτ᾽* I, 10, 1. 84, 4. II, 20, 3. XVI, 26, 6. 57, 4 saep. *ταῦτ᾽* XVI, 57, 4. XV, 19, 2. I, 72, 6. I, 85, 1. IV, 28, 1. XI, 26, 8. *τοσαῦτ᾽* I, 29, 6. I, 52, 6. — I, 16, 2 *ἅπαντ᾽ αὐτῷ*. II, 14, 4 *πάντ᾽ ἂ*.

I, 90, 3 *τὰ μέγιστ᾽ εὐεργετεῖν*. XIV, 46, 1 *πάντ᾽ αὐτῷ*. XX, 84, 4 *χρήματ᾽ εἰσέφερον*. XIX, 94, 8 *τὰ στόματ᾽*. XVII, 54, 2 *τάλαντ᾽ ἀργυρίου*. XVII, 103, 6 *τραύματ᾽ εἰληφόσιν* al. Itaque non dubito, quin scribendum sit II, 29, 3 *τοιαῦτ᾽ ἐπιτηδεύουσιν*. XIV, 12, 3 *ταῦτ᾽ ἀναρχίας* item I, 37, 4. XVI, 70, 5 *πάντ᾽ ἀκριβῶς*. XV, 6, 4 *ποιήματ᾽ ὑπάρχειν*. XVII, 84, 1 *κράτιστ᾽ ἐξέπεμψε*. Pari modo nonnullis aliis locis corrigendum est.

Rara inueniuntur uestigia elisae *α* litterae in accusatiuo singul. masculini generis; sed tamen inueniuntur. XV, 7, 1 *ἔχοντ᾽ ἀξίαν*. XX, 81, 3 *προτιμήσαντ᾽ αὐτήν*. Itaque non mihi uideor nimis audax esse, si iubeo scribi I, 89, 3 *ἀναληφθέντ᾽ εἰς*. item XI, 19, 6. IV, 27, 3 et 4. I, 75, 5 *εἶκον᾽ ὅ*. I, 78, 4 *γυναῖκ᾽ ἐλευθέραν*.

Ut traditur XIV, 25, 6 *παραχρῆμ᾽ ἀπαιτεῖ*. XVIII, 18, 2 *παραχρῆμ᾽ ἐξεπέμφθη*, ita Diodorus scripsisse putandus est I, 35, 3 *δέρμ᾽ αὐτοῦ*. II, 57, 5 *ἐλάττωμ᾽ ἔχοντα*. III, 38, 1 *καῦμ᾽ ἀοικήτου*, neque aliter paucis aliis eiusmodi locis.

Denique non dubito, quin hiatus, qui paucis locis inuenitur post nominatiuum singul. femin. partic. elisione sit tollendus. Scribo igitur IV, 9, 6 *κομίσασ᾽ αὐτό*. IV, 31, 8 *συνοικήσασ᾽ αὐτῷ*. IV, 38, 3 *συνειδυῖ᾽ ἑαυτῇ*. XVII, 37, 5 *ὑπολαβοῦσ᾽ εἶναι*. XIX, 35, 6 *ἐλπίζουσ᾽ αὐτῇ*.

Venio ad litteram *ε*. Tam saepe leguntur *οὔτ᾽* (I, 9, 2. 30, 8. 38, 6. 70, 2. 74, 6), *μήτ᾽* (I, 52, 1. 74, 6. II, 39, 5), *εἴτ᾽* (III, 31, 2), *τ᾽* (V, 75, 4. XII, 27, 3. XIII, 16, 2. 82, 7. 88, 1), *ποτ᾽* (I, 68, 5), *ὥστ᾽* (I, 95, 5), *μηδέποτ᾽* (III, 48, 3), *δήποτ᾽* (XVI, 55, 3), *τότ᾽* (XVI, 1, 2), *δ᾽* (I, 10, 3. 12, 9. 70, 6. 71, 3. 74, 4), *οὐδ᾽* (I, 39, 6), *μήδ᾽* (II, 16, 8. II, 23, 1), ut dubium esse non possit, quin ubique ante uocalem elisione litterae *ε* in his particulis euitare uoluerit hiatum Diodorus. Praeterea legitur XXXI, 10 *οἴεσθ᾽*.

Littera *ι* fere semper elisione eicitur ante uocalem in *ἐπί* (I, 17, 3. 32, 5. 32, 6. 43, 6. 47, 6. 50, 1) et *ἀντί* (I, 34, 11. III, 61, 5. IV, 53, 7). Ut I, 38, 10 legitur *οὐκέτ᾽*, ita XIV, 65, 4 Diodorus scripsit *ἔτ᾽ ἄγειν*.

Non minus saepe quam *ι* in *ἐπί* et *αντί*, *ο* eliditur in

ὑπό (I, 15, 10. 20, 2. 21, 4. 24, 5. 32, 4) et ἀπό (I, 18, 4. 45, 7. 51, 4. 73, 6). τοῦτ᾽ traditur I, 21, 6 τοῦτ᾽ ἐν I, 38, 2 τοῦτ᾽ αὐτόν I, 41, 10 τοῦτ᾽ ἀπιστητέον I, 83, 6 saep.

Denique docemur his locis: XI, 81, 1 δύναιντ᾽ ἄν (cf. XIV, 65, 1). XX, 70, 1 ἐπισημήναιτ᾽ ἄν. XIII, 102, 2 ἐφαίνετ᾽ ἀνδρός. XIV, 52, 2 ἀπελείπετ᾽ οὖν. XVII, 83, 1 ἐδείκνυθ᾽ ὑπό. XIX, 108, 3 προυκαλέσατ᾽ αὐτούς. XX, 94, 4 συνετάξατ᾽ ἡμέραν: hiatum elisione expellendum esse XIV, 6, 3 ἐφηφίσαντο ὑπάρχειν. XV, 31, 3 μετεπέμψαντο αὐτόν. XV, 85, 4 ἠλαττοῦντο οὐχ. XVII, 87, 2 ὠνομάζετο Ἐμβίσαρος.

Iam restat, ut quaeramus, num αι etiam a Diodoro ante uocalem elisum sit. Apud Polybium satis multa huius usus inueniuntur uestigia[1]); in libris bibliothecae nulla potui inuenire, contra saepe in tertia persona praes. med. et in infinitiuo αι cum insequenti uocali concurrit. Itaque aut putandum est legitimum hunc esse hiatum, aut ut apud Polybium elisione litterae αι tollendum; quae mea est opinio. Certam de hac re sententiam dicere non poterimus, antequam accuratius de codicum scriptura erimus edocti.

Iam, qui praeterea in singulis libris inueniuntur hiatus, eos facere non possum, quin uitiosos esse putem; quos pro amplitudine operis Diodori et pro deteriore librorum manu scriptorum condicione satis raros esse concedemus; singulorum enim librorum eadem est condicio, quae libri XX[2]). Cum tamen uno impetu omnes illos locos corrigere minime meum sit, in animo est locos tractare nonnullos, in quibus hiatus ita legitur, ut simul Diodori consuetudini uerba tradita repugnent. Antea tamen ipse Diodorus nos doceat, quem ad modum a scribis hiatibus inculcatis genuina uerba sint corrupta. Repetit enim Diodorus ipse[3]) libri secundi (II, 48, 7) particulam ita libr. XIX, 98, ut dubitari non possit, quin altero loco, quae priore scripserat, fere ad uerbum transcripserit. Iam per totum caput 48. libri II. nullus inuenitur hiatus praeter unum

1) Cf. Polyb. III, 36, 4 saep. 2) Cf. huius dissert. p. 307.
3) Vidit hoc Ludou. Dindorf. in edit. I. p. V.

§ 7: *ἐμβαλλόντων δ᾽ εἰς αὐτὴν ποταμῶν μεγάλων τῇ γλυκύτητι διαφόρων, τούτων μὲν περιγίνεται κατὰ τὴν δυσωδίαν, ἐξ αὐτῆς δὲ μέσης κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐκφυσᾷ ἀσφάλτου μέγεθος* sq. Eadem uerba altero illo loco XIX, 98 med. ita leguntur: *ἐμβαλλόντων δ᾽ εἰς αὐτὴν ποταμῶν μεγάλων τῇ γλυκύτητι διαφόρων, τούτων μὲν περιγίνεται κατὰ τὴν δυσωδίαν, ἐξ αὐτῆς δὲ μέσης ἐκφυσᾷ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀσφάλτου* sq. Iam quis dubitat, quin altero loco habeamus Diodori uerba genuina, altero hiatum a scribis inculcatum? Iam spero te faciliore animo lecturum esse, quae de aliis uitiis disputaturus sum.

1. Quemadmodum Polybius, ita Diodorus solet postponere infinitiuum uerbo finito, ex quo pendet. Legis igitur: XIV, 13, 6 *συνέβαινεν ὀνομάζεσθαι.* XIV, 51, 7 *συνέβαινεν εἶναι.* XIV, 73, 2 item. XV, 30, 2 *συνέβαινε γίνεσθαι.* XV, 91, 2 *συνέβη γενέσθαι* item XVI, 49, 8. XIII, 68, 4 *συνέβη θαυμασθῆναι.* XIII, 106, 10 *συνέβη φυγεῖν.* XI, 81, 5 *συνέβη γενέσθαι* XII, 9, 1 item. XII, 33, 1 *συνέβη νικῆσαι* cf. XII, 75, 4. 101, 6. XIII, 84, 1. 90, 4 saep., et plane nulla est causa, cur XI, 76, 1 scripserit *πεσεῖν συνέβη οὐκ* sq. Reddatur Diodoro *συνέβη πεσεῖν οὐκ* sq.

2. Omnibus locis legimus IV, 75, 1 *πόλιν — ὠνόμασεν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Δάρδανον.* IV, 75, 3 *τοὺς λαοὺς ὠνόμασεν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Τρῶας.* V, 83, 2 *ὠνόμασεν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Τένεδον*, et ita semper (cf. V, 81, 6. XI, 26, 3. XVI, 8, 7. XIX, 108, 2 saep.). Cur igitur putemus scriptorem uno potissimum loco IV, 75, 1 dicere maluisse: *τοὺς λαοὺς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ὠνόμασε Δαρδάνους*, quam, ut ceteris locis, *τοὺς λαοὺς ὠνόμασεν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Δαρδάνους*?

3. Solet Diodorus substantiuo *πλῆθος* praeponere genetiuum, qui ex eo pendet: XV, 3, 3 *καὶ σίτου πλῆθος* sq. XV, 9, 3 *χρημάτων πλῆθος.* XV, 14, 4 *στρατιωτῶν πλῆθος.* XV, 20, 1 *πόλεων πλῆθος.* XV, 55, 5 *νεκρῶν πλῆθος.* XVI, 24, 3 *στρατιωτῶν πλῆθος* cf.: XVI, 28, 1. I, 39, 7 et 9 et 64. XVI, 73, 1. 73, 3. 36, 1. XVII, 8, 5. XV, 34, 3 *σίτου πλῆθος.* XV, 33, 2. XVI, 51, 2 *χρυσοῦ πλῆθος.* XVI, 53, 3. XVI, 37, 2.

XVI, 39, 8. XIX, 16, 2 *σίτου πλῆθος*. cf. XX, 99, 2. I, 29, 1. Cur igitur XV, 3, 3 maluerit scribere cum hiatu *πλῆθος σίτου ἱκανόν* non uideo. Conf. I, 55, 10 *λαφύρων πλῆθος ἀνυπέρβλητον*. XXXI, 33 *σίτου πλῆθος τακτόν*.

4. Qui XIV, 55, 2 scripsit *αἱ πρῶται πλέουσαι*, ei nonne recte reddemus XIV, 29, 3 *οἱ πρῶτοι πορευόμενοι* pro *πορευόμενοι οἱ πρῶτοι*?

5. Ex eis, quae supra [1]) de *ταχέως* et *ταχύ* exposui, apparet non esse Diodori XIII, 46, 1 *καὶ ταχὺ ὁ τόπος*, ubi aut *ταχέως* scribendum, aut *τάχ᾽ ὁ τόπος* i. e. *τάχα ὁ τόπος* (cf. XX, 25, 3 *καὶ τάχ᾽ ἂν* sq.). Scriba errauit reponens *ταχύ* pro *τάχα*. Nec non est tribuendum scribarum neglegentiae, quod IV, 18, 1 legitur *ἧ ἔθετο* et XII, 29, 1 *ἧ ἐνίκα* et XII, 16, 4 *εἰ ἐπί*, ubi Diodorus scripsit *ἧπερ* et *εἴπερ* [2]).

6. Dubium esse non potest, quin secundum ea, quae de locutione illa *τὴν ἡσυχίαν ἔχειν* (*ἄγειν*) supra dixi, XV, 52, 4 in uerbis *οἱ νεώτεροι ἡσυχίαν εἶχον* addendum sit *τὴν*.

7. XV, 55, 5 scripserim *πρὸ αὐτοῦ θνήσκοντας* pro *ἀποθνήσκοντας* [3]).

8. Etiam aliis locis facillime hiatus expellitur: XV, 19, 2 scribendum uidetur *οἷοί τ᾽ ἦσαν* pro *οἷοι ἦσαν*, ut habes XXXI, 16 *οἷοί τ᾽ ἦσαν* [4]). XV, 30, 1 *αὕτη γὰρ εὐηργετημένη ὑπὸ Λακεδαιμονίων μεγάλα, πεπολεμημένη δὲ δεινῶς ὑπὸ Ἀθηναίων* sq. uix potuit omittere scriptor *μὲν* post *εὐηργετημένη*. IV, 10, 1 Diodorus scripsisse putandus est *τούτῳ δὲ μόνον ἡ ἀρετή* non *τούτῳ δὲ μόνῳ ἡ* sq.

9. Venio ad *ἐθελοντί* et *ἐθελοντήν*. Inuenitur hoc aduerbium apud Diodorum his locis librorum superstitum: I, 67, 9 *ἐθελοντί εἰς τὴν* sq. XI, 84, 4 *ἐθελοντὴν στρατεύειν*. XI, 84, 5 *ἐθελοντὶ ἀπογράφεσθαι*. XVIII, 53, 7 *ἐθελοντὶ ὑπακούοντας*. XVI, 42, 9 *ἐθελοντὶ στρατιῶται*. XVIII, 61, 5 *ἐθελοντὶ κατήντων*. Cum ex eo loco, qui est XI, 84, 4 appareat Diodorum non abstinuisse a forma *ἐθελοντήν*, sane mirum

1) Cf. huius diss. p. 308. 2) Cf. huius diss. p. 311.
3) Cf. huius diss. pp. 309. et 248.
4) Vides medicamentum iterum ab excerpt. Constant. petendum esse.

esset, si ante uocales potissimum (I, 67, 9. XI, 84, 5. XVIII, 53, 7) scribere maluisset ἐθελοντί. Scimus autem [1]) Polybii unum codicem antiquissimum Vaticanum ubique seruasse ἐθελοντήν, contra omnes ceteros codices recentiores suo arbitrio habere ἐθελοντί. Itaque, cum XI, 84, 4 uel ante consonantem seruatum sit apud Diodorum ἐθελοντήν, hanc formam ubique reddere Diodoro non dubito. Quae opinio egregie comprobatur excerptis Constantinianis, quae ex meliore codice fluxisse, quam ii sunt, quibus in libris superstitibus utimur, supra exposui [2]). Ubique enim in illis excerptis legitur ἐθελοντήν, non ἐθελοντί: XXXII, 4, 2. XXXVII, 14. XXXVIII, 12. Videmus igitur hoc modo tribus locis (I, 67, 9. XI, 84, 5. XVIII, 53, 7) hiatum expelli.

Haec habui, quae hoc loco de hiatu in libris Diodori disputarem; quae restant, alia occasione data proponere est in animo.

1) Cf. Hultschius, quaest. Polyb. I. p. 15. 2) Cf. p. 304 sqq.

MISCELLEN.

1. Anastrophe.

Benfey hat in den Göttinger Nachrichten vom 27. Febr. 1878. S. 175 ff. (= 'Vedica und Linguistica' S. 101 ff.) die Betonung der griechischen Präpositionen einer sehr beachtenswerthen und, wie ich glaube, in der Hauptsache überzeugenden Untersuchung unterworfen. Das Ergebniss läuft im wesentlichen darauf hinaus, dass diese Wörter nicht in ihrer gewöhnlichen Stellung vor dem Nomen oder Pronomen, auf das sie sich beziehen, sondern in der ungewöhnlichen hinter dem Redetheil, zu welchem sie gehören, ihren natürlichen Accent haben, also in *κακῶν ἔξ, μάχης ἄπο*, nicht in *ἐκ τούτου, ἀπὸ νηῶν*, dass also die zweisilbigen Präpositionen nur in der 'Anastrophe' zu der ihnen zukommenden Betonung gelangen. Die Tonlosigkeit von *ἐν εἰς ἐξ ὡς*, die freilich nur auf der Autorität von Handschriften beruht und den alten Grammatikern unbekannt ist, und die Endbetonung der Zweisilbler, die sie meistentheils als die natürliche vorschreiben, beruht — letztere freilich mit belehrenden Ausnahmen — nur auf der Erscheinung, für welche G. Hermann den treffenden Ausdruck Proklisis gefunden hat. Als schwer wiegende Argumente führt Benfey für diese seine Auffassung die Thatsache ins Feld, dass einerseits fünf 'anastrophirende' Zweisilbler indischen Präpositionen mit stets betonter Paenultima entsprechen

	ἄπο	*ἔπι*	*πάρα*	*πέρι*	*ὕπο*
skt.	*ápa*	*ápi*	*pára*	*pári*	*úpa*

und dass andrerseits eine von den Präpositionen, welche im Griechischen nach der Lehre der Alten in keinerlei Stellung

Paroxytona sind, im Sanskrit stets die Endsilbe betont *ἀμφί* = *abhí*. Freilich fehlt es auch nicht — was Benfey selbst ausführt — an Störungen dieses glücklichen Einvernehmens zwischen Griechen und Indern. Zwei unter diesen treten scharf hervor, denn da die Inder *upári* sagten, erwarten wir kein *ὕπερ* und umgekehrt, neben skr. *ánti* in der Anastrophe **ἄντι*, das die Grammatiker verwerfen. Ob diese Discrepanzen in der Eigenmächtigkeit der griechischen Techniker, denen in allen Stücken unbedingt zu glauben bedenklich ist, da ihnen ja nur bei *πέρι* im lebendigen attischen Gebrauch ein Regulativ zur Seite stand, oder — was B. zu zeigen sucht — in allerlei Zufälligkeiten, Verschiebungen und Schwankungen der wirklichen Betonung ihren Grund haben, ist schwer zu entscheiden. Aber das eben erwähnte glatte Ergebniss wird die classische Philologie gewiss um so lieber sich aneignen, als bei dieser Auffassung ein sehr fasslicher Grund für den Tonwandel erkennbar ist: der enge Anschluss der fast zur Unselbständigkeit herabsinkenden Präposition an das Wort, auf das sie sich bezieht, falls dies der Präposition nachfolgt.

So hätte man also dem verdienten Sprachforscher nur zu danken, wenn dieser es nicht zum Schlusse für gut fände ‘der griechischen Philologie’, bevor er von ihr Abschied nimmt, noch einen Verweis zu ertheilen und zwar mit folgenden Worten:

‘Allein es ist nicht besonders rühmlich für die griechische Philologie, dass, nachdem sie mehr als zwei Jahrtausende mit verhältnissmässig geringer Unterbrechung (?) geübt ist, noch in ihren jüngsten Lexicis und Grammatiken die Formen *ἀπό*, *ἐπί*, *παρά*, *περί*, *ὑπό*, *κατά*, *μετά*[1]) aufgestellt werden, welche in der Sprache weder je vorkommen, noch vorkommen konnten.’

Es ist B. nämlich entgangen, dass Gottfried Hermann schon im Jahre 1801 in seiner Schrift de emendanda ratione grammaticae Graecae p. 102 die zweisilbigen Präpositionen

1) Ueber die ursprüngliche Betonung von *κατά* und *μετά* lehrt das Sanskrit nichts sicheres.

ganz im Sinne Benfey's ‘dictiones *procliticae* duabus syllabis constantes’ nennt und noch bestimmter und ohne andere störende Nebenvorstellungen in seinen Annotationes zu Elmsley's Medea (1822) p. 393 zu v. 1143 sich so ausspricht:

Nos quidem, ut alibi demonstravimus, nihil putamus certius esse, quam praepositiones per se non esse oxytonas, ideoque, ubi aut post nomen, ad quod pertinent, aut ante nomen quidem, sed cum singulari quadam vi, aut pro adverbiis, aut, quod eodem redit, in tmesi ponantur, retinere naturalem accentum suum, qui in disyllabis est in penultima.

Dass diese in einem Commentar versteckte Bemerkung einem auf anderen Gebieten heimischen Sprachforscher — zumal bei der bedauerlichen von ihm hervorgehobenen Augenschwäche — entgangen ist, kann durchaus nicht befremden; aber ein neckischer Zufall ist es, dass B. eben diese annotatio wegen einer darin später zur Sprache kommenden Einzelheit, nämlich wegen der für ἄνα fraglichen, aber von Hermann vertheidigten Anastrophe citirt, dabei aber übersehen hat, dass er für den Kern seiner Lehre an eben diesem philologischen Meister einen gewichtigen Vorläufer hatte. Auffallender ist es, dass Benfey, ehe er einen so scharfen Tadel gegen die ‘griechische Philologie’ in corpore aussprach, nicht wenigstens in dem Buche nachschlug, welches für Fragen der Formenlehre noch immer in manchem Betracht bis jetzt durch kein andres völlig ersetzt ist, in Buttmann's ‘Ausführlicher Griechischer Sprachlehre’. Er hätte dort Bd. II² S. 376 folgende Bemerkungen finden können:

‘Jede Präposition ist an und für sich ein Adverb. — — Als solche nun haben alle, auch die sogenannten Atona darunter ihren Ton — und die zweisilbigen haben ihn am natürlichsten vorn: also ὕπο, πέρι u. s. w.

Sobald sie aber mit einem Theil der Rede zusammengedacht werden, so neigt sich auch ihr Ton dahin. — Sämmtliche zweisilbige nehmen den vorwärts sich drängenden Ton auf die zweite Silbe: ἀπὸ τούτου.

Wenn nun aber eine Präposition hinter das Wort tritt, worauf sie sich bezieht, so — — bekommen die einsilbigen ihren eignen Ton: κακῶν ἔξ. Was aber die zweisilbigen betrifft, so zieht sich der Ton dieser ebenso natürlich auf seine erste Stelle zurück.'

Man sieht, auch Buttmann hat es trotz der gewundenen Ausdrucksweise mit Entschiedenheit ausgesprochen, dass die Paroxytonirung die ursprüngliche und eigentliche Betonung der zweisilbigen Präpositionen gewesen ist.

Freilich ist später diese Auffassung wenig oder gar nicht beachtet. Was Carl F. C. Wagner in seiner 'Lehre von dem Accent der griechischen Sprache' (Helmstädt 1807) darüber berichtet, übergeht die Hauptsache. Göttling in seiner 'Allgemeinen Lehre vom Accent der griechischen Sprache' (Jena 1835) erwähnt zwar Hermann in Bezug auf zahlreiche Einzelheiten, aber nirgends finde ich in dem sonst verdienstlichen Buche eine Hindeutung auf jenen wichtigen Punkt, ebenso wenig in Kühner's 'Ausführlicher Grammatik', oder bei Lehrs in seinen 'Quaestiones epicae', wo vieles auf den Accent bezügliche gelehrt erörtert wird. Misteli in seinen neuesten Arbeiten über den Accent hat keine Gelegenheit über den Accent der Präpositionen zu sprechen. Möglich, dass irgendwo in einer verschollenen Einzelschrift noch eine Erwähnung steckt, sehr wahrscheinlich aber ist dies nicht. Die Accentlehre gehört durchaus nicht zu den gesuchten Gebieten der classischen Philologie und andrerseits hat sich die vergleichende Grammatik, welche ja erst seit Aufdeckung des Accents im Veda überhaupt im Stande war hier einzugreifen, mit solchen Einzelheiten kaum je beschäftigt. Bopp in seinem 'Vergleichenden Accentsystem' (1854) begnügt sich S. 202 mit der Aufzählung von sechs Präpositionen, in denen scheinbar das Indische und das Griechische auseinander gehen. Louis Benloew 'De l'Accentuation dans les langues Indoeuropéennes' (1847) erwähnt die Präpositionen gar nicht. Also hat Benfey darin Recht, dass aus neuester Zeit kein Zeugniss für das Vorhandensein jener richtigen Auffassung vorlag. Immerhin aber verdient

es jener Rüge gegenüber hervorgehoben zu werden, dass die beiden ersten und anerkanntesten Autoritäten für griechische Grammatik in unserm Jahrhundert von Benfey's Auffassung nur sehr unerheblich entfernt waren.

Am wenigsten aber verstehe ich die von mir im Druck hervorgehobenen Worte Benfey's, in denen er behauptet, die oxytonirten Formen *ἀπό* u. s. w. seien in der Sprache weder je vorgekommen, noch hätten sie vorkommen können. Wenige Zeilen vorher führt er ja selbst diese Formen als die bei der vorherrschenden Stellung allein wirklichen an, ebenso hat er S. 173 gegen *ἐστί* nichts einzuwenden[1]). Es ist also klar, dass er nicht etwa die Ansicht hegt, den Präpositionen komme in proklitischer Stellung gar kein Accent zu, eine Ansicht, für welche sich vom Standpunkt eines radicalen Apriorismus manches sagen liesse, die bekanntlich im Alterthum durch einzelne Grammatiker vertreten ward und in einzelnen Handschriften, z. B. im Laurentianus des Apollonius Rhodius, fortwirkt. Räumt also Benfey ein, dass auch in der Verschiebung des Hochtons von der Paenultima auf die Ultima bei den Präpositionen so gut wie bei *ἀλλά* neben *ἄλλα*, bei *ποσός* neben *πόσος*, bei *τοτέ* neben *τότε* eine Art Proklisis zu erkennen ist, so läuft die Sache nach seiner eigenen Meinung darauf hinaus, dass die fraglichen Präpositionen einen beweglichen Hochton hatten, als Adverbia und nachgestellt den ursprünglichen, als Präpositionen in der Proklisis den auf der Endsilbe oder, zum Theil, gar keinen. Wie kann man nun aber von einer dieser Betonungen sagen, sie käme nicht vor? Die bewegliche Betonung ist in diesem Falle vielleicht so alt wie die griechische Sprache. Neben einander bestanden von frühen Zeiten an *ἄπο* und *ἀπό*. Nur in der Reihenfolge beider factisch vorhandenen Betonungen irrte man vor Gottfr. Hermann. Da aber die Anastrophe eine mit Ausnahme von *πέρι* auf den Dichtergebrauch beschränkte und nur bei wenigen Präpositionen häu-

1) Im Vorübergehen mag bemerkt werden, dass was S. 172 über die stete Bewahrung des Hochtons von lat. *est* bemerkt wird, sich durch einen Blick auf Corssen's Aussprache II² 853 für jeden erledigen wird.

figere Erscheinung ist, so waren Grammatiker wie Lexikographen in vollem Rechte, wenn sie die geläufige und bei der üblichen Stellung ausnahmslose Betonung voranstellten, und noch jetzt sähe ich nur eine unpraktische Schrullenhaftigkeit darin, wollte man in die Schulgrammatik oder die Lexika die neue Grundbetonung ohne weiteres aufnehmen und etwa die Schüler lehren, eigentlich hiesse es ἄπο, aber uneigentlich nur bei Dichtern zuweilen so, sonst aber immer ἀπό u. s. w. In einer Schulgrammatik könnte höchstens in der Form einer für reifere Schüler bestimmten Anmerkung auf das wahre Verhältniss hingewiesen werden. Wie wir die Präpositionen unter diesem Namen, nicht als Adverbien aufführen, obwohl höchst wahrscheinlich jene aus diesen hervorgegangen sind, wie wir vom Artikel sprechen und sprechen müssen, obgleich dieser von Haus aus demonstratives Pronomen war, also überall die jüngere Entwicklung mit Recht durchaus als wirklich vorhanden betrachten und in Lehrbüchern sogar an die Spitze stellen, ebenso gewiss fordert trotz der sprachhistorischen Richtigkeit der von Benfey vertretenen Auffassung, die beschreibende Darstellung der Sprache das Verbleiben bei der alten Lehre.

Obgleich also der der griechischen Philologie ertheilte Tadel in mehrfacher Beziehung ein unberechtigter ist, bleibt es dankenswerth, dass der scharfsinnige Göttinger Veteran eine ziemlich verschollene Wahrheit wieder aufgedeckt und namentlich, dass er durch sicheren Nachweis aus der mittelst des Sanskrit klarer erkannten Sprachgeschichte bekräftigt hat, was bei Hermann und Buttmann nach der Richtung und den Erkenntnissmitteln ihrer Zeit nur aus allgemeinen Betrachtungen erschlossen und wohl eben deswegen bei der nachfolgenden Generation wenig beachtet war.

---

2. ταρτημόριον.*

Dies Wort für die kleinste attische Münze spielt jetzt eine gewisse Rolle in den neuesten Constructionen über den griechischen Vocalismus in seinen Beziehungen zum urindogerma-

nischen. Wir lesen nämlich bei Hesychius *ταρτημόριον· τὸ τριτημόριον ἢ τὸ δίχαλκον*. F. de Saussure in seinem scharfsinnigen Mémoire sur le système primitif des voyelles (L. 1879) S. 17 nimmt diese Glosse wie sie überliefert ist und schliesst daraus, es habe einmal eine griechische Form **ταρτος* statt des gewöhnlichen *τρίτος* gegeben, die — was allerdings schon an sich Bedenken erregen konnte — zufällig sich nur in diesem offenbar nicht einem entlegenen Dialekt, sondern der attischen Volkssprache entnommenen Compositum erhalten habe. Dies angebliche **ταρτος*, meint er nun, entspreche einem grundsprachlichen **tṛtas*, aus welchem das wirklich vorhandene skr. *tṛtīyas* weiter gebildet sei, es läge uns also hier ein neuer Fall der anderweitig hinreichend erwiesenen Thatsache vor, dass dem indischen vocalischen *ṛ* griechisches *αρ* oder *ρα* entspreche. Gustav Meyer in seiner Griechischen Grammatik ist ihm in dieser Behauptung gefolgt.

Die Annahme ist aber aus sachlichen Gründen unhaltbar. Denn der Zusatz *ἢ τὸ δίχαλκον* beweist, dass das *ταρτημόριον* zwei *χαλκοῖ*, das ist den vierten Theil eines Obolos galt und mit *τεταρτημόριον* völlig gleichbedeutend war, das wenige Blätter weiter in demselben Lexikon mit *οἱ δύο χαλκοῖ* erklärt wird. Die Doppelform wird ausdrücklich bezeugt von Pollux IX, 65 *ὁ μέντοι ὀβολὸς ὀκτὼ χαλκοῦς εἶχε. καὶ οἱ μὲν δύο χαλκοῖ τεταρτημόριον καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ταρτημόριον ἐκαλεῖτο*. Die kürzere Form, welche zur Bestätigung der Herleitung von *τράπεζα* aus *τετράπεζα* und *τρυφάλεια* aus **τετρυφάλεια* (nach Fick's ansprechender Deutung in Bezzenberger's Beitr. I 64) dienen kann [1]), ist in dem Fragment eines Komikers bei Athenaeus p. 582 c, wie man seit Porson erkannt hat, durch den Vers gesichert und auch von Harpokration,

1) Oder sollte die Abneigung mehrerer jüngerer Sprachforscher gegen jede Aenderung oder Kürzung der Laute eines Worts, die nicht auf einem Gesetz beruht, so weit gehn, auch dies zu bezweifeln? Auch für die Kürzung von Theil zu —tel im deutschen Drittel, Viertel kenne ich kein Lautgesetz. In Antheil, Vortheil bleibt der Diphthong unverkürzt. Der Grund ist leicht zu erkennen.

Photius und im EM. verzeichnet (vgl. Hultsch Metrologie S. 150). τριτημόριον bedeutete dagegen 3/4 eines Obolos oder 6 χαλκοῖ. Daraus schlossen die Gelehrten seit Salmasius mit Recht, dass an jener Stelle τριτημόριον unmöglich und τεταρτημόριον zu lesen sei, so dass wir es hier mit völlig bekannten Grössen zu thun haben.

---

3. Lückenbüsser.

Lugebil in seiner mir kürzlich freundlichst zugesendeten Schrift 'Der Genetivus Singularis in der sog. zweiten altgriechischen Declination' (Suppl.-Band XII der Jahrb. f. cl. Philologie) S. 201 sagt in der Anmerkung unter dem Text folgendes:

'Von neuern soll nach G. Curtius (das Verbum I S. 33) noch Westphal die Entstehung von *οιο* aus *οο* durch Einschub eines *ι* angenommen haben, doch ist davon auf S. 145 von Westphal's griechischer Grammatik, welche C. citirt, nicht die Rede. Gerade das Umgekehrte sagt Westphal.'

Ein Blick auf S. 144 würde L. haben belehren können, dass ich Westphal nichts zugeschrieben habe, was er nicht gesagt hat. Denn dort heisst es:

'in der epischen Sprache ist die Genitivendung *ος* — erst vermittelst eines euphonischen *ι* an den Stammvocal getreten.'

W. identificirte also das *ο* von ἵππο-ο mit dem *-ος* von ποδ-ός und stellte die Reihenfolge auf: *-ο-ος*, *-ο-ι-ος*, *-ο-ι-ο*. Aus der letzteren Form liess er durch Schwund des zu *j* gewordenen *ι* ein neues *ο-ο* und dann *ου*, *ω* entstehen. Dass diese Reihenfolge weder mit dem skt. *-a-sja* vereinbar, noch an sich irgendwie wahrscheinlich und schwerlich von irgend jemand gut geheissen ist, bedarf keiner Ausführung. Ich aber irrte höchstens darin, dass ich statt S. 144 die folgende Seite citirte, wie L. jetzt selbst einsehn wird.

Georg Curtius.

Druck von J. B. Hirschfeld in Leipzig.

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

VIERTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1881.

INHALT.

Seite

HEDDE MAASSEN, De littera *ν* Graecorum paragogica quaestiones epigraphicae 1

ERNESTUS SCHWABE, Quaestiones de scholiorum Thucydideorum fontibus 65

J. H. LIPSIUS, Miscellen 151

1) Die Archonten im Areopag.
2) Chronologie des Hellanikos.
3) Thukydides aus Cassius Dio emendirt.
4) Zum boiotischen Kalender.

PAULUS GLAESSER, De Varronianae doctrinae apud Plutarchum uestigiis 157

FRIEDRICH ADOLF VOIGT, Beiträge zur Mythologie des Ares und der Athena 225

G. CURTIUS, Epigraphische Miscellen 316

DE

LITTERA NY GRAECORUM PARAGOGICA QUAESTIONES EPIGRAPHICAE.

SCRIPSIT

HEDDE J. J. MAASSEN.

CAPUT I.

PRAEMONENDA.

§ 1.

Quaestiones de usu litterae *ν* Graecorum paragogicae quot quantisque difficultatibus obstructae sint, plurimos eorum, qui operam studiumque in litteras graecas conferunt, effugere solet, nisi forte in edendis ueterum scriptorum libris uel aliqua artis criticae exercendae occasione eo adducuntur, ut ad litteram illam minutam animum aduertant. Et a pueris quidem lege illa scholastica si minus per omnes, at certe per grammaticas in usum scholarum conscriptas peruulgata imbuti sumus, quae breuiter ac dilucide praecipit, ut littera *ν* paragogica in media oratione ante uocalem attrahatur, omittatur ante consonam, in pausa uero, si minus ubique, attamen ante interpunctionem grauiorem et in fine orationis addatur. Praeceptum illud quidem speciem praebet, quasi omnia sint plana, expedita, difficultatibus libera; sed longe diuersam esse rem statim uidebimus.

Nam si quis diligentius in condicionem litterae paragogicae inquisiuerit, quaestionem haudquaquam ad liquidum perductam esse cognoscet. Etenim quamquam nonnulli uiri docti satis diligenter usum praestantissimorum codicum notauerunt et obseruationes suas publici iuris fecerunt; quamquam Augustus Lobeckius, rerum grammaticarum perscrutator peracutus, ante undeuiginti annos in libro de pathologia graeci sermonis (uol. 2 p. 144—204) summa doctrina instructus rem aggressus et summa etiam cura et diligentia, subtilitate et acumine difficultates expedire conatus est; quamquam multi alii uiri docti,

si res tulerat, ultro citro disputauerunt, tantum abest, ut quisquam explicationem exprompserit, quam tuam facere possis, ut tota quaestio adhuc in dubio sit et in paruo numero eorum, qui certum aliquid consecuti esse sibi uideantur, uix inueniantur, qui in singulis definiendis consentiant. Ex difficultatibus quibusdam grauioribus hanc incertam rerum condicionem oriri apertum est.

Nam positae sunt istae difficultates in condicione fontium, a quibus omnis quaestio proficiscatur necesse est, atque illae quidem non tam ex inopia quam ex corruptione uel incerta eorum fide nascuntur. Ex iis enim fontibus, qui ex ipsa antiquitate nobis permanserunt, uirorum doctorum disputatio fere solum in ueterum grammaticorum testimoniis et in usu librorum manuscriptorum examinandis adhuc uersata est.

Ac primum quidem, ut grammatici quid afferant ad hanc quaestionem absoluendam in uniuersum quam breuissime proferamus, non multum luminis rei afferre mihi uidentur. Etenim id imprimis ualde dolendum est, quod ueteres omnino rarissime ac strictim tantummodo occasione oblata attingant litteram paragogicam neque quicquam nisi naturam originemque huius litterae respiciant. Non desunt quidem, qui etiam de usu paucis disserant, tamen inferioris sunt aetatis, quam ut non propter id ipsum nobis suspecti sint. Atque perspicuum est hosce grammaticos antiqui usus nimis ignaros fuisse ac non tam usum antiquum definire, quem solum curamus, quam suaquemque aetatis praecepta uel usum uulgarem uel etiam codicum deprauatorum, quos forte praesto habuerint, consuetudinem describere.

Quae cum ita sint, quid mirum, quod nostrae aetatis uiri docti ueterum grammaticorum testimoniis, praesertim quae ad ipsorum ratione ac regula tralaticia tantopere diuersa essent nullam fidem habuerunt, quin etiam plerique eorum omnino nullam habuerunt rationem?

Alterum deinde ad genus fontium quod attinet, etiam de codicum auctoritate, cum non omnino easdem praebeant litteras ac uerba, quae erant scriptoris, multum detrahitur. Est enim

notissimum libros, cum describerentur a librariolis saepius omni eruditione destitutis, eiusmodi hominum inscitia atque incuria uel etiam correctorum interpolatione in tantam deprauationem delapsos, tot uitiis mendisque esse obsitos, ut in rebus minoribus, utpote quae facilius neglegantur, plurimi codices fide sint admodum dubia.

Utut uero res sese habet — neque enim hic locus est, ut in eam quae iam exsistit quaestionem, num libri manuscripti usum ueterum scriptorum satis integrum repraesentent, plenius inquiram — in usu litterae ν partim sibi omnino non constant et inter se tantopere uariant, ut certae distinctaeque leges, quae usui subsint, nullo modo cognosci ac definiri possint, partim miram prae se ferunt uniformitatem, quae cum ipsa per se suspecta sit, eam adulterinam haberi oportet; ac profecto constat eam ex correctorum interpolatione ortam esse. cf. § 17.

Quid igitur mirum, quod ii uiri docti, qui codicibus grammaticorumque testimoniis examinatis litterae ν usum definire conati sunt, alius aliud sentiunt? Ii enim, quos in edendis scriptoribus certam quandam rationem obseruare necesse est, duabus, ni fallor, rationibus utuntur; alii, libris manuscriptis nullam fidem habendam esse rati, usum litterae paragogicae ad regulam scholasticam, quae plerisque ex consuetudine in naturam uertit, conformant; itaque si ueterum libros inspexeris, satis multos, ne dicam plurimos, editores in ea etiamnunc haerere uidebis; alii codicum scripturis magis fauentes litteram ν ibi etiam, ubi legi illi tritissimae aduersetur, ferri posse censent, certaeque rationis expertes modo huc modo illuc nutant. Itaque minime mirum, si ii quoque uiri docti, qui in libris grammaticis de usu litterae ν dixerunt, tantum abest, ut ad artem certaque praecepta eum reuocauerint, ut acquiescant fere in obseruando uario codicum usu.

§ 2.

Iam si negari non potest summam cautionem adhibendam esse libris manuscriptis, si porro uerum est grammaticorum

testimonia inania esse ac futtilia, illud eo magis nobis concedatur necesse est, tertium fontem, qualiscumque sit, dignissimum esse in quem accuratius inquiratur. Haec omnia reputans non plane operam et oleum perdere mihi uisus sum, si tertium genus fontium, titulos dico, ut diligentius perscrutarer, mihi proponerem.

Vix opus est commemorare, quanti sint tituli cum ad res antiquas explorandas tum maxime ad rerum grammaticarum notitiam amplificandam. Itaque iam ante hoc tempus etiam de litterae *ν* paragogicae usu epigraphico obseruationes factae sunt, sed nemo adhuc hanc quaestionem copiosius instituit uel propria dissertatione complexus penitus pertractauit.

Itaque nominasse satis habeo hosce uiros doctos: Augustus Lobeckius l. l. titulos leuiter atque in uniuersum modo attigit exemplis non allatis. Voemelius in prolegomenis grammaticis, quas praemisit contionibus Demosthenicis, paucissima exempla ex titulis atticis attulit. Item Weckleinius in libello qui inscribitur „Curae epigraphicae“ (§ XXI p. 50 sq.) perpauca exempla exscripsisse satis habuit. Deventer in dissertatione de littera *ν* Graecorum paragogica (Monasterii 1863) nonnulla exempla ex C. I. Graec. uolumine primo collegit, non solum titulorum atticorum, sed etiam peloponnesiacorum, boeoticorum, phocicorum, locricorum, thessalicorum. Denique in nonnullis dissertationibus de linguae Graecae dialectis, quae reperiuntur in studiis ad gramm. gr. et lat. a Georgio Curtio editis, litteram paragogicam breuiter tractatam inueni, atque in hisce quidem: Renner, de dialecto antiquioris Graecorum poesis elegiacae et iambicae, l. l. I, p. 157 sq. Meister, de dialecto Heracliensium Italicorum, ibid. IV, p. 413 Erman, de titulorum ionicorum dialecto, ibid. V, p. 278 sq. qui quantis in erroribus de litterae *ν* paragogicae usu ionico uersarentur uiri docti titulorum testimonio confirmauit; Cauer de dialecto attica uetustiore, ibid. VIII, p. 292 sq.

Qui uiri docti omnes profecti a regula tralaticia id unum egerunt, ut ea exempla afferrent, quae regulae illi aduersarentur, ea dico, quae litteram *ν* ante consonam habent, sequente

uocali omittunt. Verum enim uero id ipsum quaeritur, utrum illa regula ualuerit antiquis temporibus, an potius grammaticis Byzantinis debeatur. Atque, ut comparatis inter se uariis usus rationibus ad finem aliquem perueniamus, res ita instituenda est, ut non solum ea exempla colligamus, quae contra grammaticorum regulam litteram ν consona sequente exhibent, ante uocalem omittunt, uerum etiam ea, quae regulam illam secuntur. Ita demum efficitur, ut uniuersum usum in conspectu habeamus; quare ea etiam quae Poppo in proll. ad Thuc. p. 455 sqq. ex codicibus congessit exempla fere nulli sunt usui.

Atque ego quidem, ut omnia exempla litterae paragogicae et positae et omissae ex Corpore Inscriptionum Atticarum quam diligentissime colligerem, operam dedi. At cum odiosum sit chartas nimia exemplorum mole implere, non omnia omnino exempla, sed ea tantummodo, quae anno trecentesimo ante Chr. n. uetustiora sunt, proponere in animo est. Quod meo iure facere eo magis mihi uideor, quod omnes quas usus litterae ν in titulis atticis habet mutationes ante illum annum usu ueniunt. Deinde praemonendum est consilio me exempla infra afferenda ac deinceps in quaestionem adducenda ex solis decretis publicis (C. I. A. I, 1—116 [1]), II, 1—296) desumpsisse; sed tamen quando usus fuerit uel ipsa res poposcerit, etiam ceterorum titulorum uol. I atque uol. II habebo rationem.

Quoniam, ut supra diximus, usus litterae paragogicae perpetuas habet mutationes, ita ut alio tempore alius exsistat, totum illud temporis spatium in tres aetates diuidere e re esse mihi uisum est; qua diuisione facta et proprium cuiusque aetatis usum cognoscere in promptu erit, et trium aetatum discrimina comparatione definiri poterunt, ut denique in tabulis, quas iam proponam, quasi gradus ac progressus litterae ν conspiciantur. Ac primae aetatis terminus ultro offertur annus 403 a. Chr.

1) Ut exempla decretorum anno Euclidis uetustiorum quam plenissime adessent, supplementa uoluminis I ab Adolpho Kirchhoffio composita adhibui (s. t.: C. I. A. uoluminis IV supplementa complexi fasciculus prior supplementorum uoluminis primi partem priorem continens, Berolini 1877). Quae exempla littera s uncis inclusa notaui: (s).

(= Ol. XCIV, 2); alteram autem et tertiam aetatem nonnullis de causis, quae partim extrinsecus petitae, partim in usus mutationibus positae sunt, anno 336 (= Ol. CXI, 1) definiui.

Denique non omnia uerborum genera promiscue in medium proferenda esse consentaneum uidetur; catalogus igitur sola declinabilia complectetur, indeclinabilia separatim breuiter tractabuntur.

Atque ita quidem disputationem meam instituendam esse putaui, ut primo loco omnia titulorum quos supra nominaui exempla quam accuratissime digesta proponerem, deinde qui usus iis subesset paucis describerem, postremo autem loco qui fructus inde percipi posse uideretur ad eas quaestiones absoluendas, quae essent de natura et usu litterae ν paragogicae, pluribus examinarem.

CAPUT II.

CATALOGUS EXEMPLORUM DECLINABILIUM.

TABU

exempla co
Euclidis (403 = Ol. X

LIT

in

ante uocalem

adest	abest
τῇσιν αὐτῇσι 1 B, 30.	*—σ]ισι ἐμΠυθίου* 2 c, 20.
παισὶν ἑαυτοῦ 9, 16. ?	*Πλυντηρίοισι Ἀθηναία* 3, 9.
δικαστῆσιν ἐκ 22 ac, 15 (s).	*τοῖσι Ἁρμοδίου* 8, 5.
οἰκοῦσιν ἐν 23 b, 4.	*νικήσασι Ὀλυμπι — —* 8, 16.
Ἀθήνησιν ἄρχαι 26, 3.	*Ἀθήνησι ὄντων* 22 ac, 11 (s).
Ἀθήνησιν Ἀθηναίοις 27 a, 73 (s).	*Ἐρετριεῦσι ἐψηφίσατο* 27 a, 42 (
ὀμόσωσιν ἅπαντες ib. 19.	*καλῶσι Ἑστιαιᾶς* 29, 10.
Ἀθηναίοισιν ὅν ib. 26.	*Ἀθήνησι οἱ* ib. 7.
ἐξορκώσουσιν ἀφικόμενοι ib. 45.	*ἐξενέγκωσι ἐς* 37 f—m, 17, 26.
τελοῦσιν Ἀθήναζε ib. 54.	*διαπράξωσι ἐπί* ib. 26.
ἐστιν ἑκάστῳ 32 A, 23.	*ὧσι ἐπιτήδειοι* 40, 11.
ἐστιν ᾗ 32 B, 25.	*πόλεσι ᾗ* ib. 43.
ἀπάγωσιν αἱ 37 f—m, 33.	*ἀπαντήσωσι ἐς* ib. 50.
δραχμὴν ἕκαστος ib. 26.	*δῶσι οἱ* 47 d, 8.
πόλεσιν ἡ ib. 47.	*ἐστι ἀγαθός* 56 b, 3.
ταμίασιν εἰς 47 a, 4.	*εἰσι ἐχ* ib. 7.
ἀνδράσιν οὖσιν 51, 16 (s).	*ἐπαγγέλλωσι Ἀθηναῖοι* 61 a, 1 (
χρήμασιν εἶναι ib. 4.	*ἀνδράσι ᾗ* 77, 11.
οὖσιν ἀγαθοῖς ib. 16.	*ἀποδημοῦσι εὐεργετ — —* 81, 12
οὖσιν Ἀθηναίων ib. 18.	
ποιοῦσιν Ἀθηναίους ib. 31.	
ναυσὶν Ἀθηναίων 50, 14.	
—σ]ιν Ἁλιῆς 71, 26 (s).	
— κουσιν Ἀθηναίων 83, 8.	
μισθοφοροῦσιν ἐμμ — — 84, 12.	
Ἀμφικτίοσιν οἵδε 110, 4.	
ἐχειροτόνησεν ὁ 40, 29.	
ἔδοξεν ἑλλν — — 57, 35.	
ἐγραμμάτευεν Οἰ — — 58, 2.	

[MA
rum anno
iorum. (C. I. A. I, 1—116).

AGOGICA
one

ante consonam

adest	abest
τησιν καί 1 B, 6.	τοῖσι μύστησιν 1 B, 4.
ίπτησιν καί ib. 7.	αὐτῆσι πόλεσιν ib. 31.
λούθοισιν καί ib. 9.	τοῖσι δέ ib. 32.
οισιν τοῖς ib. 10.	ὀλείζοσι μυστηρίοισιν ib. 33.
τηρίοισιν τάς ib. 34.	αὐτοῖσι τήν 8, 7, 13.
ιδιδῶσιν παρά 2, 18.	αὐτοῖσι κατά ib. 11.
ὶν γαλαθηνοῖσιν 4 A, 14.	Ἐρύθρασι πρίν 9, 14. ?
ίασιν δραχμαῖσι 9, 18. ?	Ἐρύθρασι δέ 11, 8.
λκιδεῦσιν πειθομένοις 27 a, 15 (s).	Ἀθ]ήνησι καί 22 a, 8 (s).
ήνησιν γραφ — — 28, 17.	ποιήσουσι τήν 27 a, 50 (s).
ιν τοῖς 32 A, 5.	τέλεσι τοῖς ib. 60.
μασιν τοῖς 32 B, 17.	Χαλκιδεῦσι κατά ib. 71.
— ουσιν παρα — — 47 d, 3.	Ἀθήνησι μέν ib. 58.
ιγγέλλωσιν μ — — 50 a, 11.	Ἀθήνησι δέ 29, 18.
ουσιν κ — — 51, 11.	ἐστι τούτων 32 A, 6.
νσιν ταῖς 54, 6.	ἀναγράψωσι τά ib. 29.
ριέννωσιν τόν 93, 11.	περιοῦσι χρῆσθαι ib. 31.
	ταμίασι τῶν 32 B, 20.
	πόλεσι περί 37 f—m, 15.
	κήρυξι τοῖς ib. 38.
	ἰοῦσι τόν ib. 38.
	τυγχάνωσι προεδρεύοντες ib. 41.
ξεν τῇ 16, 6; 21, 1; 27 a, 1 (s); 32, 1; 33 a, 11 (s); 37 a—c, 3; 40, 3, 32; 45, 3; 51, 3 (s); 56 a, 2; 58, 3; 60, 1; 61, 3; 63, 4; 68, 2; 71, 2 (s).	πόλεσι φόρος ib. 45.
τῷ 49, 5.	τῆσι πόλεσι ib. 31, 47.
]ξεν τόν 37, 47.	μυρίασι δραχμαῖς ib. 4, 26; 40, 38.
ιβεν καί 82, 3.	στήλησι γίγνηται 40, 15.
έπεμψεν καί 82, 4.	τῆσι πόλεσι ib. 43.
ργέτησεν τήν 82, 10.	ποιῶσι ταῦτα 43, 7.
	ποιῶσι κ — — 47 b, 5.
	χρήμασι δέ 50 a, 6.
	εἶσι ποιεῖν 51, 12.
	ἔχωσι χρῆσθαι 50 a, 12.
	φρουροῦσι τήν 55 d, 1.
	—ωσι συνιστάμενοι 60, 6.
	ἐθέλωσι τόν 61, 16.
	φεύγουσι Σηλυμβριανῶν 61, 11 (s).
	ῶσι τ[ότε 68, 12.
	τέλεσι τοῖς 96, 10 (s).

LITT
in

ante uocalem

adest	abest
πόλεσιν, ὅταν 1 B, 26. *ἅπασιν. ἄρχειν δέ* ib. 13. *Χαλκιδεῦσιν, ὅτι* 27 a, 48 (s). *διαχειρίζουσιν, ἀπαριθμησάσθων* 32 A, 19.	*ἀποδιδῶσι, ἐκπράττειν* 79, 8.
ἴεπεν· ἐπαινέσαι 51 f g, 28 (s).	*ἐγραμμάτευε· Εὐπείθης* 32 A, 2. *ἔδοξεν* 33 a, 10 (s); 45, 3; 71 a, 1 (s). *ἐπί* 37 f—m, 45; 46, 2. *Ὄνασος* 38 b, 2. *Ἱεροκλείδης* 40, 58. *Εὐθύδικος* 61, 4. *Εὐκτήμων* 62, 4. *ἦρχε· Ἀρ — — —* 20, 3. *Ὑπέρβολος* 46, 4. *Ἐρασινίδης* 59, 5. *ἔδοξεν* 61, 2. *εἶπε· ἐπειδή* 22 c, 4 (s); 40 c *ἀγαθῇ* 27 a, 40 (s). *ἀποδοῦναι* 32 A, 2. *ὁπόσησι* 37 f—m, 44. *ἐπαινέσαι* 45, 7. 51, 28 *ἐπρυτάνευε· Αἰ — —* 22 b, 2 (s).

AGOGICA

onis

ante consonam

adest	abest
ἰκιδεῦσιν. *τοὺς δέ* 27 a, 52 (s).	*Ἀθηναίοισι, καί* 27 a, 25 (s).
ἰκιδεῦσιν. *τὰ δέ* ib. 64.	*ἐπαινῶσι, γνῶμας* 40, 28.
δῶσιν, *ζητήσαντες* 32 A, 11.	*φασι, βουλεύσασθαι* ib. 48.
γγέλλωσιν. *τούτων* 50, 3.	
ράσιν, *μηδέ* 77, 10.	
διδῶσιν, *παρά* 79, 8. ?	
ν. ταμίας δέ 32 A, 13.	*εἶπε· τά* 22, 12; 37 f—m, 40; 38, 15; 44, 18; 49, 6; 59, 38; 89, 10; 27 a, 70 (s); 116 e, 6 (s).
	περί 31 B, 1.
	Φαντοκλέα ib. 4.
	ξ[υνθέσθαι 22 b, 4 (s).
	κατά 27 a, 2 (s).
	τήν 33 a, 13 (s).
	διαχειροτονῆσαι 40, 5.
	Μεθωναίους ib. 34.
	τύχῃ 55, 2.
	τόν 61, 4.
	καθ' ἅ 61 a, 26 (s).
	ξυνθήκας 71, 4 (s).
ντάνευεν, Δι — — 16, 7.	*ἐπρυτάνευε· Μνησίθεος* 32 A, 1.
αμμάτευεν, Χαιριμένης 51, 4 (s).	*Μεγακλείδης* 40, 32.
	Δρακοντίδης 27 a, 2 (s).
	Χαρίας 33 a, 13 (s).
	Προκλῆς 45, 5.
	Φίλιππος 58, 5.
	Λόβων 59, 4.
	Διόγνητος 61, 3.
	Νε — — 65, 5.
	Φι — — 84, 3.
	Νεοκλείδης 71, 2 (s).
	ἐγραμμάτευε· Μένυλλος 22 b, 3 (s).
	Τιμόξενος 33 a, 14 (s).
	Τιμωνίδης 40, 4.
	Νικο — — 40, 34.
	Λυ — — 46 a, 3 (s).
	Φιλιστίδης 59, 4.
	Σμίκυθος 60, 2.
	Στράτων 68, 3.
	ἦρχε· Θρασικλέης 45, 7.

TABU

ex

titulorum inter annos 403 (

(C.

LITT

in

ante uocalem

adest	abest
κελεύουσιν ἐς 1 b, 9.	*Ἀθήνησι ἀνεπιτήδειοι* 17, 33.
εἰσιν ἄνδρες 1 b, 35.	*ἐστι ἀνήρ* 47, 9, 21.
ἐκτείσωσιν ἐπί 14, 8.	*ἐκπεπτωκόσι [ἰ]σοτέλειαν* 54 b, 2
εἰσάγουσιν ὁπόσοι 14, 15.	*βοηθήσασι εἰς* 64, 9.
ἐστι]ν ἐς 14 b, 5.	*ἔστι ὅτι* 86, 8.
αἱρεθεῖσιν εἰς 15 b, 7.	*εἰδῶσι ὅτι* 114 A, 13.
εἰσιν Ἀθηναίων 21, 7.	*λέγουσι ἀνα—* 128, 7.
ἐστιν ἀνήρ 36, 1; 46, 4; 52 c, 17; 72, 5.	
ἀπαγγέλλωσιν οἱ 50, 7.	
ἐπαγγέλλωσιν Ἀθηναῖοι 52, 16.	
λέγουσιν [ἐψηφ]ίσθαι 52 c, 9.	
λέγουσιν οἱ 57, 5; 109, 6.	
Ἀμφικτίοσιν [ἀτελεῖς 54 a, 24.	
ἔχωσιν οἱ 62, 10.	
εἰδῶσιν Ἀθηναῖοι 74 b, 7.	
ἐστιν ἠκολ — — 74 b, 8.	
Ἀθήνησιν ἀτέλειαν 91, 11.	
εἰσιν ἐκ 108 a, 14.	
δόξασιν ἄριστα 114 B, 9.	
εἰδῶσιν ἅπαντες 115 b, 11.	
τοῖς εὐεργετοῦσιν εἰαυτόν 115 b, 13.	
διαμένουσιν ἐπί 115 b, 14.	
ἐψηφίσωσιν οἱ 115 b, 48.	
λάχωσιν ἀ[εί 119, 24.	
οἰκοῦσιν Ἀθήνησιν 121, 25.	
ἀνδράσιν ἀγαθοῖς 128, 5.	
οἰκ]ῶσιν ἤδη 136, 5.	
χρήμασιν κα — — 144, 7.	
ἐγραμμάτευεν Ἐλευσίνιος 22, 1.	*ἐπεψήφιζε Ἱπποχ — —* 135 b, 2.
Ἀχερδούσιος 23, 1.	
Ἄσπετος 117 a, 4.	
ἐπεψήφιζεν [Ἀ]ρισταῖος 111, 7.	
Ἀριστόμαχος 116, 5.	
[Ἀ]ντιφάνης 124, 6.	
ἔδωκ]εν ὁ 121, 20.	
ἐσιτήγησεν ἐξ 143, 2.	
ἤνεγκεν Ἀθηναιο — — 85, 9.	

'ERA

ns

IV, 2 et Ol. CX, 4) exaratorum.

59).

AGOGICA

ne

ante consonam

adest	abest
τερί 1 b, 22.	ἐπαινοῦσι δέ 1 b, 12.
ερί 1 b, 29.	τέλεσι τοῖς 3, 16; 11, 26; 59, 8.
Τυθφάνει 1 c, 16.	πῶσ]ι τοῖς 1 c, 23.
;αί 55, 13.	λέγουσι Δε— 14 b, 6.
ν προεδρεύειν 52 c, 10; 114 A, 9.	ἐῶσι τούς 17, 9.
εῦσιν καί 17 b, 14.	Ἀθήνησι μέν 17 b, 16.
εῦσιν τάσδε 17 b, 19.	ἐστι ποιεῖν 25, 4.
ν δέ 52 c, 49.	πείσουσι Θηβαίους 17, 74.
κατά 65, 9.	Ἀθήνησι καί 42, 3.
τοῖς 70, 18.	ἔχωσι μισθόν 62, 21.
σιν κ— — 85, 4.	ἐπαγγέλλωσι Κορκυραῖοι 49 b, 20.
ῶσιν κατά 86, 32.	—σ]ι τούς 57, 9.
ν τοῖς 90, 10.	βοηθή]σασι τόν 64, 11.
ν τά 108 bc, 18.	λέγουσι Δημοσθένης 66, 9.
ν καί 114 A, 14.	πρυτάνεσι τοῖς 73, 21.
ωσιν χάριτας 115 b, 12.	πρέσβεσι τόν 89, 11.
εύωσιν [καί 115 b, 41.	ἀπο]λάβώσ[ι] τ[ούς 105, 11.
ν μετά 116, 15.	πόλεσι πρ— — 112, 17.
άττουσιν [τήν 121, 9.	εἰσι κύριαι 115, 5.
σιν καί 139, 6.	
ῶσιν καί 140, 5.	
ιν καί 144, 7.	
ωσιν τοῖς 153, 4.	
τῇ 3, 4; 8, 5; 11, 1; 17, 5; 17 b, 4; 21, 3; 25, 1; 29, 4; 50, 3; 52 c, 7, 35; 53, 6; 54 a, 6; 55, 4; 57, 4; 57 b, 3; 66, 8; 70, 7; 72, 2; 75, 4; 76, 7; 77, 4; 105 b, 3; 111, 8.	ἔδοξε τῇ 31, 1; 62, 6.
τῷ 28, 1; 116, 6; 119, 4; 121, 5.	παρήγγειλε τοῖς 38, 12.
ιεν Διονύσιος 51, 8.	ἔδοξε τῷ 108 a, 1.
ριζεν Γλαυκέτης 70, 6.	
Παντάρετος 17 b, 6.	
Μνήσαρχος 66 ba, 6.	
Σ— — — 117 a, 3,	
ν διαχειροτονήσασα 114 A, 5.	
τεν τῷ 97, 2.	
λευκεν λέγων 114 A, 11.	
ούλευσεν κατά 57 b, 16.	

LITTI
in p

ante uocalem

adest	abest
εἰσιν, Ἀθηναίων 17, 8.	*παισί, ἐπειδή* 3, 11.
διατελοῦσιν, ἐψηφίσθαι 19a, 3.	*στρατηγῶσι, ὅπως* 115, 42.
γράμμασιν· ἐπειδάν 61, 17.	
προσδεδανείκα]σιν, ὅ[πω]ς 117b, 18.	
πρυτανεύωσιν, ἐπιμελεῖσθαι 115, 16.	
στρατηγῶσιν, ὅπως 121, 30.	
ἐπρυτάνευεν, Ἀριστοτέλης 17b, 5.	*εἶπε· Ἀμύντορι* 3, 7.
Εὐξίθεος 23, 4.	*ἐπ — —* 5, 4.
Ἀμφικράτης 26, 2.	*ἐπαινέσαι* 23, 7; 25,
Ἀμεινίας 28, 2.	*Ἀ — —* 24, 5.
Ἀγάθαρχος 57, 3; 57b, 4.	*ἐγραμμάτευε, ἔδοξεν* 8, 5; 49, 4;
ὀγδόῃ 117a, 2.	*Εὐβουλίδης* 9, 3.
ἐγραμμάτευεν, ἐπί 17, 3.	*Ἀ — —* 110, 3.
ἔδοξεν 27, 3; 75, 4; 116, 6.	*ἐπρυτάνευε, Ἀγύρριος* 1b, 5.
ὀγδόῃ 62a, 4.	*[Ὀ]νάσιππος* 11, 2.
Ἀρίστυλλος 52c, 5.	*Αἰ]σ[χυ]λο[ς* 21, 4.
Εὐφ — — — 73, 12.	
ἕκτῃ 111, 5.	
εἶπεν· ἐπειδή 21, 5; 55, 6; 67, 5; 68, 2; 69, 9; 76, 8; 114B, 7, A, 4, B, 14.	
εἶναι 27, 8; 116, 8.	
ἀναγράψαι 29, 7.	
ὅπως 62, 7. 162, 15.	
ἐπαινέσαι 70, 8.	
ἐψηφίσθαι 82b, 10.	
εὔξασθαι 57b, 6.	
ἦρχεν, Αἰαντίς 52c, 3.	

ARAGOGICA

ationis

ante consonam

adest	abest
γουσι[ν], δεδόχθαι 51, 6.	*Ἀθήνησι, μή* 86, 33.
γουσιν, τοὺς δέ 115b, 22.	*Ἀθήνησι, τὴν δέ* 54b, 14.
εἶπεν· περί 17b, 7; 50, 6; 51, 5; 52b, 9; 54a, 8; 52c, 8; 109, 6; 121, 6.	*ἐπρυτάνευε, Δεξίθεος* 3, 5. *Πιστόξενος* 29, 5. *Παράμυθος* 50, 4. *[K]αλλιάδης* 105, 9.
τύχῃ 52, 6. 114B, 10.	*ἐγραμμάτευε· Δημοκλῆς* 3, 6.
τά 52c, 30; 54b, 8; 55, 20; 86, 29; 119, 6; 138, 5.	*Δαΐφρων* 14b, 3. *Φίλιππος* 52b, 8.
ἐπρυτάνευεν, Νικόστρατος 55, 4.	*Θεοφ — —* 33, 2.
Δ[ιόδοτος 63, 4.	*Κηφισόδωρος* 21, 4.
Λυσίμαχος 109, 3.	*Τιμ — —* 105b, 6.
Μόσχος 52c, 4.	*ἦρχε. Μενετέλης* 21, 5.
Κηφισοφῶν 1b, 20.	*Πύθων* 1b, 21.
ἐγραμμάτευεν, Χαρικλῆς 55, 5.	*Παράμυθος* 14b, 1.
τῶν 66, 6; 124, 5; 126, 4.	*Κεκροπίς* 14b, 2.
Σιμ — — 73, 2.	*εἶπε· περί* 8, 5; 49, 5.
[K]ηδικράτης 76, 5.	*Ξανθίππῳ* 26, 4.
Θεόφιλος 109, 4.	*τά* 38, 6; 41, 8.
Θαργηλιῶνος 121, 3.	
γρα[μμάτευεν]· τρίτῃ 70, 5.	
γραμμάτευ[εν] Ξάνθιππος 57b, 5.	
πεμψεν· καί 86, 4.	
πέστειλεν· δεδόχθαι 109, 9.	
ἤνεγκεν· καλέσαι δέ 1b, 18.	

TABUL

exemp

titulorum inter annos 336 et 3

(C. I.

LITTER

in med

ante uocalem	
adest	abest
πᾶσιν Ἀθηναίοις 161, 11.	
λέγουσιν οἱ 164, 1.	
— — ωσιν ο[ἱ 167, 22.	
εἰσενέγκωσιν οἱ 167, 41.	
σφησὶν ἐλαϊνοῖς 167, 44.	
εἰσιν οἰκοδομημένοι 167, 59.	
ἀπαγγέλλουσιν οἱ 191, 12.	
—ο]υσιν ὄντες 197, 16.	
συνειδῶσιν ὅτι 206, 4.	
δοκῶσι]ν ἄξισι 207, 11.	
φεύγουσιν ἐκ 222, 9.	
οἰκ]οῦσιν ἕως 222, 11.	
—ισιν οὖσιν 225, 14.	
κατοικοῦσιν Ἀθηναίων 231, 7.	
ἐστιν ἀνὴρ 234, 13.	
ἀποφαίνουσιν αὐτόν 238, 12.	
βασιλεῦσ]ιν Ἀντιγόνῳ 247, 16.	
πᾶ]σιν ὑ[π — — 249, 15.	
ἀποδίδωσιν ὑφ' ὧν 251, 11.	
φεύγουσιν Ἀθηναίων 268, 11.	
διατετελέκασιν ἐν 270, 9.	
γεγόνασιν εἰς 270, 12.	
Ἀθήνησιν εἰς 270, 11.	
συνκατέστησεν Ἀθηναίοις 161, 8.	
ἐπεψήφιζεν Ἐπαμείνων 171, 1.	
Εὔαλκος 186, 20.	
Ὀνησαντίδης 191, 9.	
Ἀν — — 238, 6.	
Ἐπικράτης 263, 7; 270, 5.	
Ἀριστοκράτης 234, 7.	
ἐπεψήφισεν Ἀρχέστρατος 179, 6.	
πέπομφεν ἅπαντα 176, 19.	
προσέταξεν αὐτῷ 186, 25.	
ἔδωκεν ὁ 222, 15.	
ἔδωκεν αὐτῷ 227, 9.	
ἔδοξεν Ἄρχιππος 230 b, 15.	

ERTIA

tinens
CXI, 1 et Ol. CXX, 1) exaratorum.
160—296).

RAGOGICA

*ation*e

ante consonam

adest	abest
]οκί[σιν] καὶ ἐπιβλῆσιν τιθείς 167, 62. τρωτῆρσιν περιενκεντρίσει 167, 62. ίσ[ιν] κείμεναι 167, 70. τλατέσιν πέντε 167, 79. τετιμήκασιν σ — — 175, 16. τρυτάνεσιν πέντε 163, 11. τομπεῦσιν τοῖς 163, 14. στι[ν] περί 186, 4. στεφανώκασιν καί 190, 15. λάχωσιν προεδρεύειν 190, 18. ἐναλώμασιν καί 193, 17. —ουσ]ιν τόν 197, 13. ησιν τήμ 203, 7. ἰτελέ]σ[ιν] τοῦ 222, 12. ῦσιν τόν 225, 14. ξιώσουσιν τόν 251, 20. τόλεσιν προσα — — 254, 29. ἰατελοῦσιν πρός 282, 7. ἰατελοῦσιν περί 288, 10.	λάχωσι προεδρεύειν 168, 13. ἅπασ[ι τ]ο[ῖς] 251, 8. ? —ο]υσι [κ]αί 268, 16. ? ἐθέλωσι πάντα 274, 9.
δοξεν τῇ 168, 5; 175b, 9; 180, 7; 190, 10; 221, 5; 270, 6. τῷ 167, 1; 168, 30; 173, 7; 174, 12; 176, 9; 180b, 2; 181, 6; 182, 8; 186, 21; 191, 10; 201, 3; 230, 5; 231, 5; 238, 8; 240, 1; 247, 11; 260, 7; 263, 8; 264, 9; 269, 11; 256b, 10. εψήφιζεν Θεόφιλος 168, 4. Φανόστρατος 168, 28. Νικόστρατος 173, 6; 174, 11. Φανόμαχος 175, 6. [Δη — — 176, 8. [Τ]ιμόστρατος 181, 5. Δημήτριος 190, 9. Πάμφιλος 193, 3; 236, 6. Χαρίδημος 244, 4.	—ετ]ηκε πο[λλ 259, 11. ἀπέδωκε Χαλκιδεῦσιν 266, 4.

LITTE
in me

ante uocalem

adest	abest
πεπολέμηκε]ν ὁ 249, 7. *—ε]ν αὐτοῦ* 251, 25. *ἐπιδέδωκεν ἑαυτόν* 256 b, 17. *ἐκώλυσεν ἐ — —* 271, 11. *διατετέλεκεν εὔνους* 278, 10. *κατέστησεν εἰς* 281, 9.	

in pa

εἶπεν· ἐπειδή 174, 13; 176, 11; 178, 10; 190, 12; 193, 5; 240, 2; 247, 13; 256 b, 12; 263, 10; 266, 1; 270, 7. *ὑ[πέρ* 238, 9.	
ἐγραμμάτευεν· Ἐλαφηβολιῶνος 173, 4; 174, 8. *ἐ — —* 176, 5. *Ἀνθεστηριῶνος* 260, 3. *ὀγδ[όῃ* 241, 4.	

ΛRAGOGICA

ntione

ante consonam

adest	abest
πεψήφιζεν Πύθιππος 247, 9.	
Σωσιγένης 257, 6.	
Θεο — — 259, 6.	
Σωικ — — 265, 3.	
Καλλιάδης 278, 6.	
Φυλαξίας 256b, 13.	
ιατετέλεκεν ποιούμενος 161, 12.	
ατέρρωγεν τοῦ 167, 75.	
ταρέσχηκεν κατά 187, 6.	
πέστει]λεν πυρῶν 194, 13.	
ιετέστησεν καί 222, 6.	
ατεσκεύασεν καί 240, 8.	
ιετέσχεν Λυκούργῳ 240, 20.	
βοήθησεν τ — — 249, 23.	
στειλεν τήν 268, 10.	
ταρέσχε]ν χρήσιμον 271, 5.	
πέστειλεν τῷ 281, 3.	
ὑναπέστειλεν παρά 281, 8.	
ἴχεν καί 281, 9.	
ιετέλεσεν περί 287, 9.	

ιtionis

ίσιν, δεδόχθαι 232, 3.	
κπλεύσωσιν, καί 270, 20.	
εἶπεν· περί 168, 7, 32; 180b, 4; 181, 7; 191, 11; 222, 4; 230, 6.	*ἐγραμμάτευε· Σκιροφοριῶνος* 263, 3.
τά 186, 22.	
δεδόχθαι 234, 10.	
γραμμάτευεν· Θαργηλιῶνος 177, 5; 179, 3; 186, 18.	
Πυανοψιῶνος 178, 5; 182, 4.	
Βοηδρομιῶνος 221, 3.	
Μαιμακτηριῶνος 230, 2.	
Μουνυχιῶνος 247, 5.	
Σκιροφοριῶνος 270, 3.	
Γαμηλιῶνος 256b, 5.	
Ποσιδεῶνος 191, 5; 238, 4; 256, 4.	
ξφκοδόμησεν, τήν 240, 5.	

CAPUT III.

Iam hinc nobis incohanda est ea pars dissertationis, ut ab exemplorum catalogo profecti gradus ac progressiones, quae tempore procedente in titulis atticis habuit littera paragogica, paucis persequamur. Quam ad rem expediendam haud inutile esse mihi uisum est in tabellarum formam, utpote ex quibus facilius singulae res cognoscantur, ita redigere exemplorum tabulas, ut summas cuiusque generis exemplorum pariter atque in tabulis ipsis factum est disponamus et numerorum ordines, qui tribus aetatibus respondent, in uno componamus conspectu. Denique ut et eas rationes, quae inter cuiusque aetatis numeros, et eas, quae inter tres numerorum ordines intercedunt, quam accuratissime exprimamus, ne id quidem inutile, ad centesimarum rationem, ubi usus erit, reuocare numeros.

§ 3.

Iam ad singula si transgredi licet, primo loco qua dixi ratione omnia exempla in uno conspectu ita ponere iuuat, ut formae in ι et in ε cadentes in unum confundantur.

Sic igitur numeri inter se respondent:

	littera ν paragogica							
	ante uocales				ante consonas			
	in media orat.		in pausa		in media orat.		in pausa	
	adest	abest	adest	abest	adest	abest	adest	abest
I	29	20	5	24	39	42	9	43
II	41	9	39	15	61	25	35	21
III	45	0	17	0	77	6	25	1

Quae tabella ad centesimarum rationem reuocata hanc habet speciem:

	ante uocales				ante consonas			
	in med. orat.		in pausa		in med. orat.		in pausa	
	adest	abest	adest	abest	adest	abest	adest	abest
I	59	41	17	83	48	52	17	83
II	82	18	72	28	71	29	63	37
III	100	0	100	0	93	7	96	4

I.

In titulis igitur anno Euclidis archontis (403 = Ol. XCIV, 2) uetustioribus A. mediis in commatis 1. ante uocalem non potest non mirum uideri, quod tot exempla contra regulam uulgarem hiatum tolerauerunt,

$$29\,\nu : 20 = 59\,\%\ \nu : 41\,\%.$$

Quae res eo magis notanda est, quod 2. ante consonam dimidia fere pars exemplorum litteram illam admisit; qui usus et ipse illi praecepto plane aduersatur:

$$39\,\nu : 42 = 48\,\%\ \nu : 52\,\%.$$

Vel maxime uero is usus, qui B. in pausa orationis conspicitur, regulam tralaticiam doctorumque doctrinam labefactare uidetur; nam non modo consona, sed ne vocalis quidem litterae ν fauet:

ante uocales: $5\,\nu : 24 = 17\,\%\ \nu : 83\,\%$,
ante consonas: $9\,\nu : 43 = 17\,\%\ \nu : 83\,\%$,

nullum igitur discrimen inter duo genera interest.

II.

Altera deinde tabula exempla continens titulorum inter annos 403 et 336 exaratorum a prima haud leuiter discrepat, cum litterae ν usus tantum ceperit incrementum, ut iam ubique praeualeat; nam A. mediis in commatis 1. ante uocalem littera paragogica multo saepius quam antea occurrit, etenim amplius quatuor partibus subiecta est:

$$41\,\nu : 9 = 82\,\%\ \nu : 18\,\%.$$

2. ante consonam simile incrementum atque ante uocales conspicimus; etenim littera *ν*, quae antea abesse solebat, in hisce titulis tam crebra est, ut iam ad tres partes exemplorum eam admiserint:

$$61\,\nu : 25 = 71\,\%\,\nu : 29\,\%.$$

Potissimum uero ea, quae B. in pausa exstitit, commutatio conspicua est; ea enim, quae antea uigebat, ratio iam adeo imminui coepta est, ut littera *ν* longe plurima exempla non solum uocali uerum etiam consona sequente obtineat; ante uocalem paene tres partes eam attraxerunt:

$$39\,\nu : 15 = 72\,\%\,\nu : 28\,\%,$$

ante consonam duae fere partes:

$$36\,\nu : 21 = 63\,\%\,\nu : 37\,\%,$$

discrimen igitur hic quoque non ita magnum est.

Sed littera *ν* quamquam procedente tempore in pausa orationis potissimum increbruit, tamen ne in huius quidem aetatis titulis tam crebra est in pausa orationis, quam in media oratione.

III.

Denique sub finem saeculi quarti usus litterae *ν* tantam prae se fert constantiam, ut inter singulas usus rationes iam nulla fere emineant discrimina.

Namque A. ante uocales 1. neque in media oratione: $45\,\nu : 0 = 100\,\%\,\nu : 0\,\%$,

2. neque in pausa orationis: $17\,\nu : 0 = 100\,\%\,\nu : 0\,\%$, litterae *ν* omissae exstat exemplum.

B. sequente consona littera *ν* quamquam non plane peruicit, tamen exempla, in quibus contraria ratio ualet, perpauca sunt et ex parte, quorum fides in dubium uocari possit:

1. in media oratione: $77\,\nu : 6 = 93\,\%\,\nu : 7\,\%$,

2. in pausa orationis: $25\,\nu : 1 = 96\,\%\,\nu : 4\,\%$,

ratio igitur hic quoque fere eadem est.

§ 4.

In praecedentibus omnes formas coniunctim tractauimus. Hic conspectus quamquam usus quasi cursum ac per duorum

fere saeculorum spatium mutationes in uniuersum recte exprimit, tamen ad singula accuratius cognoscenda eum non satisfacere consentaneum uidetur. Neque enim te fugiet usum litterae ν in formis uerbalibus in ε desinentibus a principio longe alium esse atque in iis formis et substantiui et uerbi, quae in ι exeunt, et in alia tabula aliam esse cognosces inter formas illas numerorum rationem. Ut enim in antiquissimis titulis formae in ι in media oratione longe maximam exemplorum partem efficiunt, ita in inferioris aetatis titulis, iis potissimum, qui tabula III. continentur, formae in ε exeuntes longe principem tenent locum; in pausa autem inde ab antiquissimis temporibus fere non inueniuntur nisi formae in ε exeuntes.

Quae cum ita sint, utriusque generis formas separatim disputationi esse subiciendas facile, opinor, conceditur.

Atque primo quidem loco ea exempla in quaestionem uocare placet, quae leguntur

A. in media oratione.

1. Ut a formis in ι exeuntibus exordiar, hunc habes conspectum:

	ν in formis in ι exeuntibus in media oratione			
	ante uocales		ante consonas	
	adest	abest	adest	abest
I	26	20	17	42
II	32	8	24	21
III	25	0	19	4

idem conspectus ad centesimarum rationem reuocatus:

	ante uocales		ante consonas	
	adest	abest	adest	abest
I	57	43	29	71
II	80	20	53	47
III	100	0	83	17

A. ante uocalem igitur has habes rationes:

I 26 ιν : 20 ι = 57 % ιν : 43 % ι,
II 32 ιν : 8 ι = 80 % ιν : 20 % ι,
III 25 ιν : 0 ι = 100 % ιν : 0 % ι.

B. consona sequente numerorum rationes paulo aliae sunt atque in conspectu generali, quem paragrapho anteced. adscripsimus:

I 17 ιν : 42 ι = 29 % ιν : 71 % ι,
II 24 ιν : 21 ι = 53 % ιν : 47 % ι,
III 19 ιν : 4 ι = 83 % ιν : 17 % ι.

In titulis igitur anno Euclidis uetustioribus formae in ι exeuntes parciores sunt in littera ν attrahenda; paulatim autem ille pleonasmus tantopere peruagatur, ut iam in aetatis insequentis decretis amplius dimidia pars exemplorum eum admiserit, ad extremum uero amplius quatuor partes.

2. Multo notabilior est usus litterae paragogicae in tertia ps. sg. temporum praeteritorum. Quamquam rei conducit numeros, ut identidem factum est, ad centesimarum rationem reuocari, quippe quo facilius atque accuratius discrimina exprimantur, attamen hisce in formis tantus est consensus, ut illud quidem plane superuacaneum sit.

Simplicem igitur hanc habes numerorum rationem:

	ν in tertia persona sg. tempor. praeteritorum			
	ante uocales		ante consonas	
	adest	abest	adest	abest
I	3	0	22	0
II	9	1	37	4
III	20	0	58	2

Quo ex conspectu perspicuum est in decretis quidem Atheniensium publicis usum litterae ν in tertia ps. sg. temporum praeteritorum a principio longe alium fuisse atque in formis et substantiui et uerbi in ι exeuntibus.

I.

Iam in titulis antiquissimis rem quam notemus dignissimam conspicimus: omnes omnino formae non solum ante uocalem, uerum etiam ante consonam litteram ν admiserunt. Ante uocalem quamquam tres tantum habemus formas, quae omnes litteram ν exhibent, tamen constantiam ceterorum exemplorum si respicimus, nostro iure, opinor, conicimus, plura si praesto essent, futurum esse, ut haec quoque, si non omnia, at certe maximam partem ν paragogico instructa essent [1]).

II. et III.

Perbene congruunt tituli quarti a. Chr. n. saeculi. Nam perpauca illa, quae uniformitati obstant, exempla, cum ratio contraria tantopere praeualeat, parui esse momenti manifestum est.

Quid, quod constantia illa decretis saeculi IV., quae a pagis, collegiis, cett. edita sunt, luculentissime confirmatur? Omnia enim, quae ante consonam inueniuntur, exempla ν paragogico instructa sunt praeter unum. Adest in sedecim his:

A. ἔδοξεν τῇ II, 553, 2; 554 b, 3; 555, 5.
„ Πλωθειεῦσι 570, 11.
„ Κροκωνίδαις 596, 2.
„ τοῖς 607, 3; 611, 3.

B. ἐχορήγησεν τοῖς 553, 5.
„ Σαυρίας 557, 3.
ἐνίκησεν τῇ 557, 4.
διατετέλεκεν τά 564, 13.
πεπόηκεν τριακοσίας 573, 16.
— — κεν Πυθόδωρος 577, 9.
ἀνέθηκεν κάλλιστα 584, 12.
ἱεροποίησεν τῇ 607, 6.
ἐκυρίευσεν καί 611, 11.

1) At in tabulis magistratuum littera ν semel deest ante uocalem, C. I. A. I, 237, 1: ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς δωδεκάτης, ᾗ Σοφιάδης ἐγραμμάτευε Ἐλευσίνιος; ter ante consonam, I, 231, 1: . . . ἐγραμμάτευε Λαμπτρεύς, cf. 301, 20 et 315, 10.

Sed abest 611, 19: *ἐπέδωκε τοῖς*.

Ante uocalem littera *ν* ut omitteretur, scribae uel lapicidae neglegentia semel factum est. Condicio uero formarum in *ι* desinentium pariter atque in decretis publicis ab eo, quem modo descripsimus, usu satis differt; nam uiginti tria exempla exstant *ν* paragogici ante consonam positi, omissi quatuordecim; ante uocalem plerumque additum est.

Sed ad titulorum usum accuratius perspiciendum illud non est neglegendum, quod longe maximam exemplorum partem praescriptiones illae decretorum usitatissimae efficiunt: *ἔδοξεν τῇ βουλῇ*, *ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ*, *ἔδοξεν τῷ δήμῳ*, quarum uim grauitatemque peropportune auget atque amplificat *ν* paragogicum; ac tam constanter in his formulis inuenitur, ut, cum septuaginta tria exempla in solis decretis publicis *ν* paragogicum habeant, in perpaucis desit; sunt haec tria: *ἔδοξε τῇ βουλῇ* II, 31, 1; 62, 6; *ἔδοξε τῷ δήμῳ* II, 108 a, 1.

Ceteri Graeci, Dores certe et Aeoles, quos omnino litterae *ν* multo minus quam Atticos fuisse studiosos tituli manifestum faciunt, in praescriptis illis litteram paragogicam plerumque repudiant, cf. *ἔδοξε τᾷ πόλι* Cauer, del. 12, 9; ib. 18, 4; 29, 1; 35, 2; 36, 1; 44, 1; 54, 2; 59, 1; 64, 2; 65, 2; 69, 29; 70, 1; 72, 7; 73, 10; 82, 2; 83, 5; 93, 1; 85, 2; 98, 6; 99, 12; 95, 1; 105, 15; 106, 2; 108, 3; 126, 1; sed interdum ac sequente potissimum uocali plenior forma scripta est: *ἔδοξεν Ἰαραπυτνίων τοῖς κόσμοις* 46, 1; cf. 55, 2; 57, 2; 61, 17; 63, 2; *ἔδοξεν Ῥαυκίων τοῖς κόσμοις* 50, 2; cf. 52, 2; 62, 2.

Ergo, ut ad Atheniensium decreta redeat disputatio, si fides habenda est exemplorum uetustiorum paucitati, titulorum scribas etiam praeter formulas illas praescriptionum sollemnes iam ab antiquissimis, quoad retro respicere possumus, temporibus potissimum in formis in *ε* exeuntibus non solum ante uocalem, uerum etiam ante consonam litterae *ν* paragogicae ita fauisse putandum est, ut nulla aut non magna inconstantia exstitisse uideatur.

Quas res quoniam satis explicasse mihi uideor, restat ut breuiter exponam

§ 5.

B. de litterae ν in pausa orationis usu. Exempla interpuncta fere omnia unius sunt generis.

I. Maxima enim ac grauissima pars eorum ad eas pausas, quibus praescriptionum membra dirempta sunt, pertinet.

Hunc habes numerorum conspectum:

	in praescriptionum exemplis in ε exeuntibus littera ν			
	ante uocales		ante consonas	
	adest	abest	adest	abest
I	1	23	2	40
II	33	13	31	19
III	17	0	22	1

Qui numeri ex centesimarum ratione sic inter se respondent:

	ante uocales		ante consonas	
	adest	abest	adest	abest
I	4,2	95,8	4,8	95,2
II	72	28	62	38
III	100	0	95,7	4,3

Iam cum formas in ε exeuntes in media oratione mirabili cum consensu etiam ante consonas litteram ν recipere appareat, atque nostrorum temporum uiri docti ipsa in pausa proprium litterae illius locum esse consentiant, in uetustiorum titulorum praescriptionibus eam ualere legem non possumus non summopere mirari, ut non solum ante consonas, uerum etiam ante uocales littera paragogica in pausa semper omittatur; etenim tria illa exempla, quae eam admiserunt, iis immutationibus tribuenda sunt, quibus etiam hic usus paulatim affici coeptus est.

Nam condicionem illam in titulis saeculi IV. magis magisque mutatam esse uix est quod moneam. Ac tanta ui noua ratio inualescit, ut post annum circiter 370. ueteris moris ue-

stigia rarissime occurrant. Denique sub finem saeculi littera *ν* ut in media oratione, ita in pausa quasi dominatur, ut tabula prima et tertia prorsus contrariam speciem inter se praebeant. Ac ne id quidem est neglegendum, quod his quoque temporibus ante consonas pariter fere atque ante uocales increbrescit littera paragogica. Atque haec in uniuersum de usus mutationibus.

Sed titulorum uetustiorum usus uidetur dignus esse, quem accuratius cognoscamus. Exempli gratia nonnulla adscribo praescripta:

C. I. A. II, 3, 4: *Ἔδοξεν τῇ βουλῇ·*
Οἰνηΐς ἐπρυτάνευε,
Δεξίθεος ἐγραμμάτευε,
Δημοκλῆς ἐπεστάτει,
Μονιππίδης εἶπε· Ἀμύντορι,

quo uerbo incipit decretum ipsum.

II, 8, 1: *Ἐπ' Εὐβουλίδου ἄρχοντος,*
ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος ἕκτης πρυτανευούσης,
ᾗ Πλάτων Νικοχάρους Φλυεὺς ἐγραμμάτευε.
Ἔδοξεν τῇ βουλῇ·
Κινησίας εἶπε· περὶ ὧν Ἀνδροσθένης λέγει κτλ.

Ac ne plura, quae sunt paene innumerabilia, congeram, singula exempla litterae paragogicae et ante uocalem et ante consonam neglectae qui cognoscere uelit catalogum ipsum inspiciat.

Totus hic usus eo maiorem habet admirationem, quod in iisdem illis praescriptionibus in media oratione *ν* constanter scriptum est: *ἔδοξεν τῇ βουλῇ* et similia. Item in fine praescriptionum constanter usurpatur breuior forma *εἶπε·*; unum exemplum contrarium habemus I, 51 fg, 28 (s): *εἶπεν· ἐπαινέσαι.*

Eadem lex ualet cum in mediis praescriptionibus tabularum magistratuum, tum in fine, ubi pensionum uel aliarum rerum rationes ordiuntur; ueluti in fine leguntur:

1. ante uocalem.

παρέδοσαν τοῖς ταμίαις καὶ ξυνάρχουσι· ἐν τῷ Παρθενῶνι I, 170, 5.

παρέδοσαν τοῖς ταμίασιν uel *παραδεξάμενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε·*

ἐν τῷ Πρόνεῳ

uel *ἐν τῷ νεῷ τῷ Ἑκατομπέδῳ*

I, 121, 4; 123, 5; 124, 5; 126, 5; 127, 5; 135, 4; 144, 4; 159, 4; 166, 4. Tribus locis *ν* adest: I, 138, 3; 146, 2; 157, 5.

2. ante consonam.

———ἐγραμμάτευε·

φιάλα I, 123, 11.

φιάλαι 122, 10; 124, 12; 131, 10; 132, [10; 141, 6.

χρυσίς 154, 11.

κεφάλαιον 318, 13.

ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἑνδεκάτης, ἣ Στρόμβιχος Χολλείδης ἐγραμμάτευε· sequitur catalogus sexagesimae tributorum, I, 236; et alia eiusmodi. Atque haec quidem de usu praescriptionum.

II. Alia quidem ceterorum, quae in pausa exstant, exemplorum ratio est, sed tam pauca sunt, ut nihil certi ex iis effici possit. Iterum igitur, cum titulos uetustiores praeter ceteros respiciendos esse reapse consentaneum uideatur, ad magistratuum et ceteras id genus tabulas recurrere, num inde maior ac magis uaria exemplorum copia suppeteret, e re esse mihi uisum est.

Iam quae pausarum grauitate obseruata ac ponderata satis magna cum probabilitate distingui posse uidentur exemplorum genera sunt haec:

1. Pronomini relatiuo comma praeponi solet, sed pausa haud dubie fere nulla est; tituli igitur, praesertim cum pronomen illud a uocali incipiat, plerumque *ν* paragogicum admiserunt.

a. Adest littera *ν*:

παρέδοσαν τοῖς ταμίασιν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε I, 117, 3, 5; 121, 4; 123, 3; 130, 2; 131, 2; 132, 2. 141, 3; 161, 2.

καὶ ξυν]άρχουσιν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε I, 129, 3; et alia nonnulla eiusdem generis; item ante coniunctiones *ὅτι* et *ὅπως* nonnullis locis inuenimus litteram *ν*; neque id mirum, quia pausa minima uel potius nulla est.

b. Nonnunquam eam omissam esse in titulorum inconstantia non est quod miremur: *τοῖς ἐπιστάτησι, οἷς* I, 301, 1; *ξυνάρχουσι, οἷς* 125, 5; *τοῖς τα]μίασι, [οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε* 153, 2; 170, 3; 172, 2.

2. Sed in fine enuntiati relatiui, quod mediae periodo insertum est, *ν* plerumque omittitur:

a. Abest ante uocalem: *τάδε παρέδοσαν οἱ ταμίαι — — — ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ — — πρῶτος ἐγραμμάτευε, Ἑλληνοταμίαις* I, 273, 3; *παρέδοσαν τοῖς ταμίαις, οἷς — — ἐγραμμάτευε, Ἀσωποδώρῳ — — καὶ ξυνάρχουσι* I, 167, 3; cf. 318, 6.

ante consonam: *οἱ δὲ ταμίαι* uel *τάδε οἱ ταμίαι ὁ δεῖνα καὶ ξυνάρχοντες, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, παρέδοσαν τοῖς ταμίασιν κτλ.* I, 121, 4; 125, 4; 129, 4; 130, 2; 138, 2; 157, 3; 161, 3; 165, 3; 170, 3; cf. 181, 1; 183, 1; — 128, 2; 134, 2; 143, 2; 144, 2; 164, 2; 167, 2; 171, 2; cf. 299, 6; *παρέδοσαν τοῖς ταμίασιν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, παραδεξάμενοι παρά κτλ.* I, 123, 4; 135, 3; *παρέδοσαν τοῖς ταμίασιν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, Λύκωνι καὶ ξυνάρχουσι* I, 155, 3; *Χαρίνῳ* 173, 2; *τάδε παρέδοσαν οἱ ταμίαι — — — ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ ὁ δεῖνα πρῶτος ἐγραμμάτευε, στρατηγοῖς περὶ Πελοπόννησον* I, 273, 2 etc.

b. Adest ante uocalem bis: *παρέδοσαν ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν, ἐκ τοῦ Πρόνεω ἐξελόμενοι* I, 140, 27; *τάδε ἀνέγραψαν ἔργα τοῦ νεὼ — — — κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου, ὃ Ἐπιγένης εἶπεν, ἐξειργασμένα καὶ ἡμίεργα* I, 322, 5.

3. Ante particulam aduersatiuam littera *ν* aliquoties abest:

ante uocalem: *τοῖς ταμίασιν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε· οἱ δὲ ταμίαι* I, 117, 4; 133, 3; 141, 2; 157, 3; *ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ ὁ δεῖνα πρῶτος ἐγραμμάτευε· ἦρχε δὲ Ἀθηναίοις Ἀριστίων* I, 260, 2; cf. 176, 5.

ante consonam: *λῆμμα παρὰ ταμιῶν ἐκ πόλεως, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε· ταμίαι δέ* I, 299, 9. Ex decretis publicis huc pertinet II, 54 b, 16: *Ἀθήνησι. τὴν δέ.*

At non desunt exempla, quae eam admiserint: cf. I, 1 B, 13; 32 A, 13; 27 a, 52, 64 (s); ac fuisse uidetur I, 125, 3: *οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευ[ε]ν· [οἱ δὲ ταμίαι.*

Possum alia eiusmodi interpunctionum genera describere, sed cum paucissima sint exempla et plerumque admodum ambigua uideatur pausarum grauitas, ea omittere melius ratus sum, quam incertas uel etiam falsas ex iis facere coniecturas de titulorum usu. Sic quoque allatorum exemplorum nonnulla in classem I. potius referenda uidentur.

§ 6.

Reliquum est, ut de inferiorum titulorum usu, cuius adhuc nullam habuimus rationem, pauca addamus. Usum litterae ν post annum trecentesimum iam nullas fere habere mutationes supra diximus. Itaque satis habeo numeros in tabellae formam redigere:

	ante consonas				ante vocales			
	in m. or.		in pausa		in m. or.		in pausa	
	adest	abest	adest	abest	adest	abest	adest	abest
saec. III.	51	1	28	1	120	32	27	1
saec. II.	16	0	24	0	67	7	12	0
saec. I.	38	1	29	2	82	12	22	0

Cum hoc decretorum publicorum usu plane congruunt tribuum et pagorum et cetera eius generis decreta.

§ 7.

Iam usu epigraphico perlustrato atque explanato uno in conspectu ponamus, quae res maxime conspicuae uideantur. Haec igitur monenda sunt:

1. Usus epigraphicus omni ex parte a regula tralaticia abhorret.

2. Tanta eius est inconstantia, ut neque ullo temporis momento certis legibus adstrictus sit et aliis temporibus aliam prae se ferat speciem; inde ab antiquissimis enim, quoad retro respicere licet, temporibus usque ad exeuntem Ol. 93. angustio-

ribus terminis inclusus paulatim tantopere accrescit, ut sub finem saeculi quarti ubique fere conspiciatur littera paragogica.

3. Ante uocales littera *ν* multo saepius, quam exspectaueris, in titulis uetustioribus neglegitur, sub finem demum saeculi quarti ubique addi solet; ante consonas uero iam in antiquissimis titulis saepe inuenitur. Ad summam notandum est ante consonas eam paululo minus frequentem esse quam ante uocales.

4. At constantia quaedam conspicitur in formis in *ε* exeuntibus, quae in media oratione non ante uocales solum, sed etiam ante consonas litterae paragogicae admodum tenaces sunt, id quod confirmant tribuum et pagorum et reliqua eius generis decreta.

5. Vel maximam uero admirationem genus quoddam exemplorum interpunctorum in titulis anno Euclidis uetustioribus habet, quippe quod non minus uocali quam consona sequente summa cum constantia litteram *ν* paragogicam respuat.

§ 8.

Reliquum est, ut paucis absoluamus indeclinabilia.

I. *εἴκοσι* plerumque caret littera paragogica; in decretis publicis ante annum trecentesimum exaratis haec exstant exempla:

1. ante uocalem bis toleratur hiatus: *εἴ]κοσι ἡμερῶν* I, 116 b, 9 (s); *εἴκοσι ἔτη* II, 203, 11.

2. ante consonantem abest: *εἴκοσι καί* I, 9, 8; *εἴκοσι δραχμάς* II, 46, 12; 152, 3.

Item in magistratuum et ceteris eius generis tabulis V. saec.: *εἴκοσι δυοῖν δραχμαῖν* I, 273 III, 6; *εἴκοσι ταλάντοις* ib. 12.

At hisce in tabulis semel obuia est plenior forma: *ἀνδράσιν ἑνὶ καὶ εἴκοσιν ΔΔ* — — I, 325, 4. Denique in titulo alterius ante Chr. n. saeculi: *εἴκοσι οὐκ* II, 465, 44. Conferatur Voemelius l. l. § 21, Deuenter l. l. p. 5 sq., Lobeckius l. l. 156, qui annotat formam *εἴκοσι* nonnunquam in codicibus satis bonis ante uocalem quoque inueniri, *εἴκοσιν* ante con-

sonam, sed utrumque merito improbari. Nos satis habuimus exempla epigraphica attulisse.

II. *ἕνεκα;* haec forma una obuia est in titulis atticis anno 300. uetustioribus. In anteeuclidianis nullum repperi exemplum, in decretis autem publicis IV. saeculi circiter uiginti: II, 1b, 34; 52c, 14; 85, 11; 114A, 7; 145, 8; 159b, 5; 170, 8; 171, 8; 176, 24; 190, 24; 232, 9; 251, 2; 252, 21; 254, 13; 258, 16; 256b, 23; 263, 17; 283, 6; 291, 3; quindecim in pagorum et collegiorum et ceteris eius generis decretis: II, 553, 4; 554b, 11; 559, 8; 564, 17; 573, 18; 579, 12; 580, 15; 581, 22; 582, 10; 585, 7, 17; 589, 9; 607, 10; 608, 4; 611, 22.

Quare haud scio an audacius fecerit Koehler, quod nonnullis locis formam *ἕνεκεν* restituit, ueluti II, 187, 13; 230, 14; 231, 17; 243, 8; 276, 3 etc.

Etiam in III. saeculi titulis *ἕνεκα* usitatissima forma est, cf. II, 300, 25; 307, 19; 311, 35; 312, 38; 315, 28; 318, 19; 328, 2; 329, 6; 335, 7; 382, 12; 397, 6 etc.; *ἕνεκεν* ter tantummodo occurrit: 316, 21; 395, 4; 619, 16; inde ab alterius uero saeculi initio longe principem locum obtinet: 414, 7, 15; 417, 18; 424, 6; 426, 5; 438, 15; 555, 8; 465, 15; 467, 46, 98; 469, 68; 470, 15, 69, 79; 471, 41; 592, 3; 594, 29; 595, 9; 621, 19; 622, 21; *ἕνεκα* raro scriptum est: 413, 26; 420, 16, 40; 428, 9 etc.

Denique forma *εἵνεκεν* interdum in Romanae aetatis titulis exarata est; *εἵνεκα* nunquam uidetur in usu fuisse. cf. Deuent. l. l. p. 23. Lobeck. l. l. p. 155. Voemel. l. l. § 116.

III. Aduerbia localia in *θεν* desinentia plerumque ad has quaestiones adhibentur, cf. Lobeck. l. l. p. 152 § 4, Voemel. l. l. § 19 sq., quamquam littera *ν* in his aduerbiis non est paragogica, cf. Deuenter. l. l. p. 20 sq.

In titulis constanter retinetur littera *ν*. Innumerabilia sunt exempla, ut *ἔμπροσθεν*, *ἔνδοθεν*, *ἔξωθεν*, *πατρόθεν*, multa alia; praeterea huc pertinent multa demotica, ut *Ὀῆθεν*, *Κεφαλῆθεν*, *Ἀγρυλῆθεν*, *Ἀγγελῆθεν*, alia. At in decreto pagi Piraeensium, quod ad medium saeculum IV. pertinet, legimus *ἐν τῷ ἔμπροσθε χρόνῳ* II, 573, 16; et in decreto publico sae-

culi III. ineuntis *τῶν ἔμπροσθε χρόνων* II, 312, 13; sexcenties uero obuium est *ἐν τῷ ἔμπροσθεν* uel *πρόσθεν χρόνῳ*.

Hinc igitur traducimur ad eam quaestionem, quae est

CAPUT IV.

DE NATURA ATQUE ORIGINE LITTERAE N PARAGOGICAE.

Titulos etiam ad naturam originemque litterae *ν* enucleandam aliquid momenti afferre mox uiderimus. Sed ut hanc quaestionem quam accuratissime institueremus, fieri non posse mihi uisum est, quin, quasnam de hac re sententias exprompsissent ueteres nostrorumque temporum uiri docti, paucis explicaremus.

§ 9.

Quibus in percensendis par est proficisci a ueterum grammaticorum doctrina. Iam e re esse mihi uidetur grauissima ueterum testimonia, quippe quorum adhuc non satis diligenter ratio sit habita, obseruato temporum ordine partim repetere, partim ut longa obliuione obruta in lucem reuocare.

Primo igitur loco testis procedat Dionysius Halicarnassensis, qui *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* cap. 6. leuiter tangit litteram *ν* paragogicam. Dicit enim cap. 6. in pag. 39, 6 R. tria esse, quae ad facultatem struendae orationis potissimum spectent, *ἓν μὲν, ἰδεῖν, τί μετὰ τίνος ἁρμοττόμενον πέφυκε καλὴν καὶ ἡδεῖαν λήψεσθαι συζυγίαν· ἕτερον δὲ, γνῶναι τῶν ἁρμόττεσθαι μελλόντων πρὸς ἄλληλα, πῶς ἂν ἕκαστον σχηματισθὲν κρεῖττονα φαίνεσθαι ποιήσειε τὴν ἁρμονίαν· τρίτον δ᾽ εἴ τι δεῖται μετασκευῆς τῶν λαμβανομένων, ἀφαιρέσεως λέγω καὶ προσθήκης καὶ ἀλλοιώσεως, γνῶναί τέ πως καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν χρείαν οἰκείως ἐξεργάσασθαι;* et ad tertium illud illustrandum paulo infra pag. 42, 2 discernenda esse dicit uocabula, si quod ex iis aut nomen aut uerbum mutatione indigeat, quo iucundius in oratione et aequabilius collocetur;

exempla affert haec: *ὅ τε γὰρ λέγων „εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα“ προσέθηκέ τι τῇ ἀντωνυμίᾳ γράμμα τῆς συνθέσεως στοχαζόμενος. ἄρτιον γὰρ ἦν „εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα“ εἰπεῖν. καὶ πάλιν ὁ λέγων „κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν“ τῇ προθέσει παρηύξηκε τοὔνομα· τὸ γὰρ ἰδὼν ἀπέχρη. ὅ τε γράφων „μήτ᾽ ἰδίας ἔχθρας μηδεμιᾶς ἕνεχ᾽ ἥκειν“ ταῖς συναλοιφαῖς ἠλάττωκε μόρια τοῦ λόγου καὶ παρακέκρουκέ τινα τῶν γραμμάτων. καὶ τὸ „ἐποίησεν“ ἀντὶ τοῦ „ἐποίησε“ λέγων χωρὶς τοῦ ν καὶ „ἔγραψε“ ἀντὶ τοῦ „ἔγραψεν“ λέγων καὶ „ἀφαιρήσομαι“ ἀντὶ τοῦ „ἀφαιρεθήσομαι“, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· ὅ τε „χωροφιλῆσαι“ λέγων τὸ „φιλοχωρῆσαι“, καὶ „λελύσεται“ λέγων τὸ „λυθήσεται“, καὶ τὰ τοιουτότροπα, μεταskευάζει τὰς λέξεις, ἵν᾽ αὐτῷ γένοιντο ἁρμοσθεῖσαι καλλίους καὶ ἐπιτηδειότεραι.*

Ex temporis ratione proximus est Apollonius Dyscolus, qui ad eandem fere causam refert litteram paragogicam; censet enim causam huius supplementi esse euphoniam, cf. de coniunctionibus et aduerbiis, Becker. Anecd. II, p. 520, 33 (= Apoll. Dysc. edd. Schneider et Uhlig uol. I, p. 253, 1): *— — — καὶ ἐκκείσθω ὑπόδειγμα τὸ ἐπὶ τοῦ ν, ὃ μάλιστα πάμπολλόν ἐστιν ἐν τῷ πλεονασμῷ, ἕνεκα εὐφωνίας παραλαμβανόμενον ἐπὶ παντὸς βραχυκαταλήκτου ῥήματος, ἔλεγεν, ἔλαβεν, καὶ ἐπὶ δοτικῶν εἰς ι·ληγουσῶν, παισὶν, χρίμασιν.*

De ν ephelcystico quin Herodianus etiam in libro *περὶ παθῶν* paulo copiosius dixerit, uix dubitandum est; at ea tantummodo tradita sunt, quae de forma aeolica *λεγόμεθεν* dixit, cf. Zonar. 1299, Fauor. Ecl. 284, 28 (= Lentz. Herodiani technici rell. II, p. 192, 73 a.); sed digna esse mihi uisa sunt, quae hoc loco adscriberentur: *λεγόμεθεν· οἱ Αἰολεῖς τὸ λεγόμεθα καὶ φερόμεθα εἰς ε ποιοῦσι λεγόμεθεν καὶ φερόμεθεν μετὰ τοῦ ν· ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς θεν ἐπιῤῥήματα εἰς α ποιοῦσιν οἷον ὄπισθεν ὄπισθα, ἄτερθεν ἄτερθα χωρὶς τοῦ ν· ὅτε γάρ εἰσιν εἰς ε τὰ ἐπιῤῥήματα, τότε καὶ τὸ ν προσλαμβάνουσιν οἷον ὄπισθεν· ὅτε δὲ εἰς α ἀφίσταται τὸ ν ὥστερ καὶ τὸ λεγόμεθα, εἶτα λεγόμεθεν, ἐπλεόνασε τὸ ν.* cf. Macrob. II, p. 320 ed. Bip.

Admodum fusa ac uerbosa ea sunt, quae apud Georgium Choeroboscum inueniuntur, in quae eo diligentius inquiramus oportet, quippe quae magnam partem ex Herodiani scriptis hausta esse ueri simillimum sit; primo igitur loco exscribo, quae exstant in dict. in Theod. Canones, ed. Gaisf. p. 531, 10 sqq.: *Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἔτυπτε γίνεται καὶ μετὰ τοῦ ν ἔτυπτεν· τὸ γὰρ ε ἐφελκυστικόν ἐστι τοῦ ν ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις τοῖς ἑνικοῖς τῶν ῥημάτων, οἷον ἔλεγε ἔλεγεν, ἔμαθε ἔμαθεν· ὥσπερ καὶ τὸ ι ἔχομεν, ὅτι γίνεται ἐφελκυστικὸν τοῦ ν, ὅταν ἔχῃ προηγούμενον τὸ σ, ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ· ἐνεργείᾳ μὲν οἷον τύπτουσι τύπτουσιν, Αἴασι Αἴασιν, δυνάμει δὲ οἷον Φοίνιξι Φοίνιξιν, Πέλοψι Πέλοψιν· δυνάμει γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ σ· τὸ γὰρ ξ ἐκ τοῦ κ καὶ σ δοκεῖ συγκεῖσθαι, καὶ τὸ ψ ἐκ τοῦ π καὶ σ· καὶ πάλιν ἔστι ἔστιν· τὸ γὰρ τ ἐνταῦθα δυνάμει σ ἐστὶν, ἀπὸ γὰρ τοῦ ἔσσι γέγονε κατὰ τροπὴν τοῦ σ εἰς τὸ τ· πολλάκις δὲ καὶ τοῦ φ προηγουμένου γίνεται τὸ ι ἐφελκυστικὸν τοῦ ν, οἷον ναῦφι ναῦφιν, κτλ.* Quibuscum ad uerbum fere conueniunt ea, quae leguntur p. 511, 12 sqq.; cf. etiam p. 168, 18 sqq.

Admodum delectat audire, quae de origine litterae *ν* in formis datiui pluralis in *σι* exeuntibus attractae commentus est Choeroboscus; cf. p. 511, 25: *καὶ ἄξιόν ἐστι ζητῆσαι διὰ τί τὸ ι ἡνίκα ἔχει τὸ σ προηγούμενον ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ γίνεται ἐφελκυστικὸν τοῦ ν, ὡς προέφημεν; Καὶ ἔστιν εἰπεῖν τὴν αἰτίαν ταύτην· τὸ στοιχεῖον τὸ ἔσχατον τῆς δοτικῆς τῶν ἑνικῶν παρέσχατόν ἐστι τῆς δοτικῆς τῶν πληθυντικῶν, οἷον τῷ καλῷ τοῖς καλοῖς, τῇ μούσῃ ταῖς μούσαις, τῇ φοβερᾷ ταῖς φοβεραῖς· ἰδοὺ ἐν μὲν τῇ δοτικῇ τῶν ἑνικῶν τὸ ι ἔσχατόν ἐστιν, ἐν δὲ τῇ δοτικῇ τῶν πληθυντικῶν τὸ ι παρέσχατόν ἐστι, τουτέστι πλησίον τοῦ ἐσχάτου στοιχείου· ἐπειδὴ οὖν ἐν τῇ Αἴαντι καὶ Φοίνικι καὶ Πέλοπι δοτικῇ ἑνικῇ τὸ ι ἔσχατόν ἐστιν, ἐν δὲ τῇ δοτικῇ τῶν πληθυντικῶν προσλαμβάνων τὸ ν γίνεται Αἴασιν, Φοίνιξιν, Πέλοψιν· τούτου χάριν προσλαμβάνει τὸ ν, ἵνα εὑρεθῇ τὸ ι παρέσχατον τῆς δοτικῆς τῶν πληθυντικῶν. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐφελκυστικὸν ἐγένετο τοῦ ν προηγουμένου τοῦ σ ἢ δυνάμει ἢ*

ἐνεργείᾳ, τούτου χάριν καθολικῶς ἐπεκράτησε καὶ ἐπὶ τῶν μὴ ὄντων ὀνομάτων τὸ τοιοῦτον σχῆμα, φημὶ δὲ τὸ γίνεσθαι τὸ ι ἐφελκυστικὸν τοῦ ν προηγουμένου τοῦ σ ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ, οἷον ἐστὶ ἐστὶν, Αἴασι Αἴασιν, Πέλοψι Πέλοψιν, Φοίνιξι Φοίνιξιν. Huc etiam pertinent ea, quae leguntur p. 168, 14—35; et II. ps. sg. imperatiui *τύπτε* qua de causa littera paragogica careat, demonstrare sibi uidetur p. 531, 26 sqq. De III. ps. sg. plusquamperfecti act. *ἐτετύφειν* cf. p. 560, 4, de III. ps. sg. imperf. uerbi substantiui *ἦν* cf. 560, 33; 867, 5; at cum his non congruunt ea, quae de imperfecto uerborum contractorum dicit p. 532, 7 sqq.

Post Choeroboscum aetatem, quae de *ν* ephelcystico apud grammaticos inueniuntur, ex illius libris fere omnia petita uidentur. Huc haud dubie pertinent *Παρεκβολαὶ τοῦ μεγάλου ῥήματος ἐκ τῶν Ἡρωδιανοῦ*, quae primum typis expressae in Aldi Manutii Thesauro Cornucopiae nostra memoria ex parte a Cramero (cf. Anecd. Par. IV, p. 217—239) et integrae a La Rochio (progr. gymn. academici Vindob. a. 1862/63) repetitae sunt; quas non ad Herodianum referendas esse, sed in Choeroboscum libris niti recte iudicauit Cramerus, cf. Lentz., Jahnii Annal. 1865, p. 185 sqq. Etenim quae in Aldi Thesauro fol. 191, 2 leguntur (cf. Crameri Anecd. Par. IV, p. 219, 19 sqq.): *πότε γίνεται τοῦ ν ἐφελκυστικὸν τὸ ι; ἡνίκα τοῦ ι προηγούμενόν ἐστι τὸ σ, ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ· δυνάμει γὰρ ὡς Φοίνιξιν· ἐνεργείᾳ δὲ ὡς πᾶσιν· ἐν γὰρ τῷ Φοίνιξι δυνάμει ἐστὶ τὸ σ· καὶ γὰρ τὸ ξ ἐκ τοῦ κ καὶ σ σύγκειται,* uidelicet ex Choeroboscо p. 531, 10 (cf. 511, 12; 168, 18) petita, atque, quae ibid. fol. 193, 1 sunt: *Διατί τὸ ἔτυπτε τρίτον πρόσωπον τοῦ παρατατικοῦ ἐφελκυστικὸν ὂν τοῦ ν, οὐ γίνεται καὶ ἐν τοῖς προστακτικοῖς ἐφελκυστικὸν τοῦ ν; ἐπειδὴ τύπτε ἐν τοῖς προστακτικοῖς δεύτερόν ἐστιν πρόσωπον καὶ οὐ δύναται ἐφελκυστικὸν εἶναι τοῦ ν· τὰ γὰρ εἰς ε λήγοντα δεύτερα πρόσωπα οὐ γίνονται ἐφελκυστικὰ τοῦ ν,* ex Choeroboscо p. 531, 26 sqq. ab eo, qui istum libellum consarcinauit, sunt petita.

Etiam Etymologici Magni scriptor Choeroboscі dictata expilauit; alter enim locus, p. 431, 23: — — — *τὸ δὲ ε ἐφελ-*

κυστικόν ἐστι τοῦ ν, ἔλεγεν κτλ., ad Choeroboscum p. 560, 33 (cf. 867, 5) haud dubie referendus est; hoc loco ut apud Choeroboscum *ἐφελκυστικόν* actiue intellegendum est. Altero uero loco, p. 438, 50, primum passiua occurrit uis atque significatio: *καὶ τὸ ν ἐφελκυστικὸν γίνεται ἐν τῷ τρίτῳ προσώπῳ καὶ γίνεται ἤσκεεν· καὶ κατὰ συναίρεσιν ἤσκειν*[1]).

Aetate infimus est Maximus Planudes, cuius uerba sunt haec (cf. Bekkeri Anecd. III, p. 1400 sq.): *τὰ εἰς ε καὶ εἰς ι λήγοντα τρίτα πρόσωπα τῶν ἐνικῶν τε καὶ πληθυντικῶν ῥημάτων καὶ αἱ εἰς ι δοτικαὶ τῶν πληθυντικῶν μετοχῶν τε καὶ ὀνομάτων ἐφέλκονται ἀεὶ τὸ ν, καὶ ἔστι τοῦτο τῆς τῶν Ἀττικῶν διαλέκτου κτλ.*; locus longior est, quam ut integrum eum adscribamus.

Sed unum reliquum est testimonium, in solo Thesauro Aldi Manutii, ni fallor, nobis seruatum atque iam propter id ipsum, quod unum cum lege tralaticia congruit, ualde conspicuum. Quod, cum adhuc prorsus fugisse uideatur uiros doctos, integrum exscribere liceat; cf. l. l. fol. 216, 2:

Χοιροβοσκοῦ

περὶ τοῦ ἐφελκυστικοῦ ν.

Περὶ τοῦ ἐφελκυστικοῦ ν, ἤγουν τοῦ τιθεμένου ἐν συνεπείᾳ λόγου διὰ τὸ ἀχασμωδητόν.

Ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐφέλκονται τὸ ν αἱ δοτικαὶ τῶν πληθυντικῶν τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν μετοχῶν φωνήεντος ἐπαγομένου, οἷον τοῖς Αἴασιν ἔδωκα, ταῖς φιλότησιν εὐφραίνομαι, τοῖς βήμασιν ἐμπεριπατῶ, τοῖς τύψασιν ἐμωλωπίσθην, καὶ τὰ τοιαῦτα· συμφώνου δὲ ἐπαγομένου οὐ γράφεται τὸ ν· τοῖς Αἴασι δέδωκα, τοῖς τύπτουσι μωλωπίζομαι.

Καὶ ἐν ἀντωνυμίαις ἐφελκυστικὸν τὸ ν· σφίσιν, ὁμῶς καὶ σφῶϊν, ὡσαύτως καὶ νῶϊν· τὸ ἡμῖν πάντοτε μετὰ τοῦ ν.

Ἐν τοῖς ῥήμασι δὲ τρίτα πρόσωπα ἐνικῶν καὶ πληθυντικῶν ἐν τοῖς ὀφειλομένοις χρόνοις ἐφέλκονται τὸ ν, ἔτυψεν ἐκεῖ-

---

1) fortasse legendum: *καὶ τὸ ε ἐφελκυστικὸν γίνεται τοῦ ν ἐν τῷ τρίτῳ προσώπῳ*, cf. Choerob. p. 560, 4 sqq., vel *τοῦ ν ἐφελκυστικὸς γίνεται* (scil. *ὁ παρατατικός*).

νος, ἔτυπτεν οὗτος, τύπτουσιν ἄλλοι, τύψουσιν ἕτεροι, καὶ τὰ τοιαῦτα.
Καὶ ἐν τοῖς ἀττικοῖς τρίτοις τῶν ἑνικῶν· γράψειεν οὗτος, ἀναγνώσειεν ἐκεῖνος [1]).
Τινὲς καὶ ἐν τοῖς ἐπιῤῥήμασι τῷ ἄνωθεν, κάτωθεν, οὐρανόθεν, γῆθεν καὶ τοῖς ὁμοίοις ἐφελκυστικὸν λαμβάνουσι τὸ ν· ὅθεν καὶ συμφώνου ἐπαγομένου οὐ γράφουσιν αὐτό, οὐρανόθε τὸ φῶς, γῆθε τὰ ἄνθη· ἡ δὲ συνήθεια πάντοτε μετὰ τοῦ ν τὰ τοιαῦτα γράφει.

Haec uerba, etsi sub Choerobosci nomine feruntur, a Choerobosco abiudicanda esse meo iure affirmare me posse existimo. Nam primum in uniuersum admodum distant ab iis, quae a Choerobosco nonnullis locis atque ad uerbum fere congruentia repetuntur; deinde uero, quod summi est momenti, uerbum *ἐφελκυστικοῦ*, apud Choeroboscum ipsum, ut supra monuimus, semper actiue usurpatum, apud Aldum passiuam habet uim atque significationem.

In ea igitur sententia ueteres fuisse perspicuum est, ut in fine nonnullarum formarum in *ι* et in *ε* exeuntium litteram *ν* non genuinam partem uocabulorum esse, sed extrinsecus accedere putarent. Esto; at sicut in rebus ad grammaticam, quam uocant, historicam pertinentibus atque omnino in rerum grammaticarum natura inuestiganda subtilitas iudicii saepe defuit ueteribus grammaticis, ita in origine litterae paragogicae examinanda ueram rei condicionem non tam assecuti sunt, quam attigerunt. Nam quod Apollonius litteram *ν ἕνεκα εὐφωνίας παραλαμβανόμενον* docet, quibus uerbis nimirum significare uoluit, eam neque a causa etymologica esse profectam neque natura ortam, sed euphoniae causa arte quadam ac consilio in formis quibusdam usurpatam, hanc interpretationem cum iis non congruere consentaneum est, quae nostrorum temporum uiri docti de linguarum natura indagauerunt. Ars enim et consilium ad eiusmodi res nihil fere valent. Iam uero

1) Haec apud Aldum satis neglegenter scripta sunt: *γράψοιεν οὗτος, ἀναγνώσοιεν ἐκοῖνος*. Fortasse etiam *ἑνικῶν* in *εὐκτικῶν* mutandum.

Choerobosci explicatio plane absurda iudicanda est. Haec hactenus.

Sed nostra memoria nonnulli uiri docti uocem *ἐφελκυστικοῦ* mirum in modum interpretati sunt, quod quin breui commemoremus, facere non possumus. Primus, quod sciam, Thierschius (gr. gr. III. ed. 1826 § 34, 6) ueteres mobilem illam litteram *παραγωγικήν* uel *ἐφελκυστικήν* ideo nominasse finxit, quod eam non propriam esse syllabarum credidissent, sed accedere, ut uocales in concursu uocabulorum alteram cum altera conecteret (*ἐφελκύειν, παράγειν*) et omnino uocabula coniungeret. In eandem sententiam Matthiae (gr. gr. III. ed. 1835, uol. I, § 41) uocem illam interpretatus est, cum diceret *ν* appellari paragogicum et, quia hiatum tolleret, *ἐφελκυστικόν*, quippe cum uocalem, a qua uocabulum insequens inciperet, quasi attraheret ad uocabulum antecedens. Qua in re uerum uidisse non uidentur uiri docti. Nam in uniuersum res ipsa suadere mihi uidetur litteram *ν* ea ex re nomen traxisse, quod additamentum esset sine causa etymologica ortum, non quod subsequentis uocabuli initium attraheret ad finem antecedentis; nam illud promptum erat ac sponte se obtulit, hoc paulo altius repetendum. Neque enim usquam apud ueteres eam inueni opinionem litteram *ν* ualere ad uocabula conectenda. Sed facile est dispicere, quomodo uiri docti in errorem illum induci potuerint. Rectissime enim inde profecti sunt, quod adiectiuorum uerbalium ope suffixi — *τικός* formatorum actiua est propria uis atque significatio; quare *ἐφελκυστικός* proprie est attrahens uel potius ‘attractiuus’ i. e. idoneus, qui attrahat, cuius significationis non solum apud grammaticos, sed etiam apud alios scriptores habemus exempla, cf. Stephani Thes. s. u. Ex hisce quidem satis superque elucet *ν* propterea, quod adiectione ortum esset, *ἐφελκυστικόν* salua grammatica appellari non potuisse; ac profecto Choeroboscum *ν* ipsum nusquam *ἐφελκυστικόν* nominare, sed omnibus locis dicere *τὸ ι* uel *ε ἐφελκυστικόν ἐστι τοῦ ν*, eundemque esse usum in Parecbolis Pseudoherodiani et altero loco Etymologici Magni supra monuimus. Verum ipso hoc usu illorum uirorum con-

iectura non modo non confirmatur, sed luculentissime refutatur, quippe cum omnibus illis locis uis uocis *ἐφελκύειν* ad litteram *ν* attrahendam spectet, non ad insequentis uocabuli initium.

Peruerse igitur, utpote neglecta propria et principali significatione, nomen *τοῦ ἐφελκυστικοῦ ν* ei additum est[1]). Quae usus mutatio inferiore demum, ni fallor, tempore facta esse uidetur, cum uetustissimum eius exemplum alter locus Etymologici Magni (cf. p. 438, 50) praebeat; nam quo tempore ea, quae apud Aldum sub Choerobosci nomine inueniuntur, conscripta sint, non potest definiri.

Iam *ν ἐφελκυστικόν* passiue esse intellegendum cum iis, quae modo disserui, comprobasse mihi uideor, tum nomen paragogicae ad controuersiam disceptandam nonnihil affert. Nimirum Fridericus Thierschius in hoc etiam nomine de uocabulis inter se littera *ν* conectendis (*παράγειν*) cogitandum esse iudicat. At *παράγειν* non est conectere; neque licet *παραγωγικόν* uel potius paragogicum ad ipsum uerbum *παράγειν* referre, sed potius referendum uidetur ad uocem paragoges eiusque significationem, quae frequentissimo in usu est apud grammaticos latinos; cf. Diomedes p. 441, 17 *K*: paragoge est cum ad ultimam simplicis dictionis clausulam aut littera adiungitur aut syllaba; littera ut apud Plautum ‘quo ted hoc noctis’ pro te; cf. Donat. p. 396, 6 *K*; Prisc. inst. p. 590, 27; 592, 14 *K*; Pomp. p. 296, 31 *K*; Consent. p. 388, 5; 402, 16 *K*; Mar. Plot. p. 452, 3 *K*. Itaque littera *ν* non ideo uocatur paragogica, quod uim habeat conectendi uel coniungendi, sed quia ipsa paragoge i. e. adiectione orta est; paragogicum igitur idem fere significat quod *ἐφελκυστικόν*. Graeci autem grammatici uocem *παραγωγικοῦ* omnino non usurpabant. Haec hactenus.

---

1) Bene igitur monet Krueger (gr. gr. § 11, 14 ann. 1), qui ipse quoque uocem *ἐφελκυστικοῦ* passiue intellegit (‘zugezogenes *ν*’), *ν* rectius nominari *ἐφελκυστόν*. At non prorsus desunt similes significationis mutationes, ut *καυστικός*: 1) actiue, causticus, urens. 2) passiue, qui uri potest, qui febri affectus est.

§ 10.

Iam ut ad recentiorum grammaticorum sententias perlustrandas transeamus, ne illorum quidem coniectura, ueterum rationi plane contraria, silentio transeunda est, qui nullis argumentis ex grammatica comparatiua, quibus sententiam confirmarent, desumptis, litteram *ν* non extrinsecus attractam esse, sed genuinae plenaeque formae partem fuisse uoluerunt. Quam in sententiam Fridericus Thierschius incidit, cum in fine uocabulorum syllabas *σιν, φιν, εν,* alias sequente consona litteram *ν* abicere, non seruare nisi in pausa et in fine orationis diceret. Idem Krueger, qui grammaticae comparatiuae rationem cum habere posset, habere noluit, l. l. pro certo affirmauit, item Rostius (gr. gr. p. 71 ann.), alii. Copiosissime uero ante illos Buttmannus (gr. gr. ampl. I, p. 93 ann. 2) de tota hac re disseruit; uerba eius sunt haec: „Wenn man den gebrauch des *ν* recht erwägt, so erkennt man leicht, dass die herkömmliche vorstellungsart, als sei das *ν* zur vermeidung des hiatus eingeschoben und alsdann erst von dichtern auch ohne diese ursach des metri wegen gebraucht worden, ganz irrig ist. Dies widerlegt schon allein die menge ebenso geläufiger formen auf *ε* und *ι*, welche dies *ν* durchaus nicht annehmen, und die doch auch des apostrophs theils häufig, theils gänzlich entbehren. Vielmehr zeigt die analogie, namentlich des *ν* in *νύν*, welches unleugbar eigentlich einerlei ist mit *νῦν*, und anderer endbuchstaben im verfolg dieses §, dass das andere princip der verminderung der konsonanten, das am stärksten ist im Jonismus und in andern sprachen ebenfalls besonders in den endungen waltet, hier das *ν*, das die ursprüngliche und vollere form ausmachte, bei allmählicher abglättung der sprache vor andern konsonanten ausstiess."

Porro alii uiri docti id, quod Buttmannus de omnibus formis mobili *ν* instructis decreuerat, nuper de nonnullis ope grammaticae comparatiuae, quae illi uiro docto nondum praesto erat, probare studebant. Veluti Christius, praeeunte Pottio (Et. F. II, p. 306), in libro, qui inscribitur 'Gr. Lautlehre.'

p. 97, cum in aliis quibusdam formis, quae ad nostram disputationem non attinent, tum in tertia persona sg. imperfecti et aoristi litteram ν antiquitus fuisse contendit, quippe quae uice fungeretur antiqui τ, cum ἔτυπτεν esset pro ἔτυπτετ. In eandem sententiam iuerunt Leo Meyer (gr. comp. l. graec. et lat. I, p. 239), Fridericus Mueller (cf. Sitzungsber. der Wiener Acad. 1860, p. 1), Deuenter (l. l. p. 27). In datiuis autem pluralis et aduerbiis localibus et tertia persona pl. in σιν desinentibus Christius illud ν esse paragogicum et euphoniae causa additum censet; qua in re ei assentitur Deuenter l. l. p. 2 sqq., 25 sqq. Mueller uero etiam in tertia ps. plur. et in eadem persona sg. praes. uerborum in μι explicationem sane artificiosam tentauit, cum aut particulam aliquam, ueluti νυ, affixam aut litteram ν ex analogia ortam esse uellet; cf. Deuent. p. 29 sqq. Denique in datiuis pluralis idem uir doctus, linguarum cognatarum ratione habita, eam genuinam esse coniecit; improbat hanc coniecturam Deuenter l. l. p. 3 sq.; qua in re grammatica comparatiua infeliciter esse tentata uidetur.

§ 11.

Longum tamen est et prorsus alienum a proposito nostro argumenta ab illis uiris doctis allata accuratius ope grammaticae comparatiuae examinare. Meum esse cum supra definiuerim id potissimum agere, ut ex titulis ea, quae ad originem atque naturam litterae ν explorandam ualerent, colligerem et perpenderem, iam ad titulos, unde paulo longius aberrauit, redeat disputatio.

Nostrorum igitur temporum uiri docti alii in omnibus, alii in quibusdam formis — inprimis in III. ps. sg. temporum praeteritorum — litteram ν antiquitatis esse uestigium statuerunt. Neque tamen cum iis sentimus. Etenim illud si ita sese haberet, exspectaremus, id quod innumerabiles uerborum nominumque declinationis formae confirmant, usum litterae ν, quippe aliquando mobilis factae, in dies magis imminutum ad extremum prorsus euanuisse. Verum enim uero titulorum

rationem cum illorum uirorum coniectura nequaquam conuenire unus quisque, opinor, facile concedet. In titulis enim ea ualet ratio, ut littera *ν* principio angustioribus finibus circumscripta in dies maius incrementum capiat et magis magisque usitata sub finem saeculi quarti ante uocales diligenter addatur, ante consonas uero longe maximam exemplorum partem obtineat. Quid igitur? qui litteram *ν* antiquitus in formis illis fuisse statuerunt, nonne ita rem mente sibi conformare coguntur, ut litteram *ν* mobilem esse coepisse atque aliquatenus omitti solitam esse coniciant eandemque postea nescio quo modo rursus irrepsisse et paulatim tantopere increbruisse, ut ad extremum in pristinam fere condicionem rediret? Quae quantopere a probabilitate abhorreant, nemo non uidet.

At in formis in *ε* exeuntibus non desunt, quae nostrae sententiae obstare uideantur. Nam tituli iam ab antiquissimis temporibus in formis illis mirum in modum litteram *ν* frequentant, qua de re conferatur § 4, 2. Quem usum cum a causis propriis repetendum esse appareat, dicet fortasse quispiam eo uel maxime eorum uirorum probari sententiam, qui litteram *ν* antiquam esse, ita scilicet, ut ex *t* facta sit, contendant. Ac negari non potest primo quidem aspectu speciem quandam probabilitatis prae se ferre hanc coniecturam, quippe cui haud mediocriter uelificetur grammatica comparatiua. Attamen neque his in formis argumenta ex linguis cognatis desumpta mihi fidem fecerunt [1]), et optimo iure ad eum usum prouocare mihi uideor, quem tituli antiquissimi in pausa orationis expressum habent. Nam iste non satis intelleget, quanam de causa littera paragogica, in media oratione ut pristina propriaque magis seruata, in pausa orationis nihilo setius tanto exemplorum consensu desit; iam porro cogitur, ut cum

1) In lingua sanscr. littera t instructa sunt: III. ps. sg. imperf.: abhara-t = *ἔφερε(ν)*, ind. aor. I: adiksha-t = *ἔδειξε(ν)*, ind. aor. II: alipa-t (unxit), cf. *ἔλιπε(ν)*; in hisce formis sanscr. t respondere uidetur *ν* paragogico; at aoristi quidam graeci *ν* parag. non admittunt cf. *ἔστη* = asthâ-t, *ἔφυ* = abhû-t. Contra III. ps. sg. ind. perf. litteram *ν* exhibet: *ἀλήλιφε(ν)*, *οἶδε(ν)*, quamquam formae sanscr. littera t finali carent: lilêpa, uiuêda.

in media oratione tum in pausa rationem illam perdifficilem ualuisse statuat atque coniciat formas in ε exeuntes aliquando potissimum in pausa orationis litteram ν abicere coepisse, postea uero magis magisque eam frequentasse; quam explicationem facere non possumus, quin absurdam esse iudicemus, neque quemquam fore putamus, qui eam suam facere uelit.

Denique cum in formis in ι exeuntibus tum in III. ps. sg. temporum praeteritorum litteram finalem uere esse paragogicam titulorum usus luculentissime confirmare mihi uidetur.

§ 12.

Iam si quis propriam litterae ν paragogicae uim atque naturam definire complectique uult, id ante omnia tenendum esse censeo, quod neque in uulgari neque in elegantiore sermone singula uerba, uti in scribendo alterum ab altero seiungimus spatio paruulo intermisso, ita abrupta et interuallo quodam separata pronuntiamus; quin etiam in uiua oratione quamuis eleganti uerba nonnulla, quotcumque sententia artius inter se conexa sunt, uno fortiore complectimur spiritu atque accentu et in unum contracta tamquam unum enuntiamus, ut totum enuntiatum quasi ex paucis quibusdam membris latius patentibus constare uideatur.

Nullo uero pacto facere possum, ut Cauero, si recte percepi uiri docti uerba, concedam, quae Curtii Stud. uol. VIII, p. 290 de eadem re decreuit. Nam id tantummodo discrimen inter sermonem uulgarem et elegantiorem intercedit, quod, cum in utroque, ubi celeriter progreditur oratio, uerba artius inter se conexa in unum quasi coalescant, ille exitus uocabulorum assimilatione uel alio modo immutare solet, hic suas cuiusque uerbi litteras ac syllabas accuratiore exprimit pronuntiatione. Illius corruptionis ex titulis ipsis et ex nostrae linguae dialectis uulgaribus innumerabilia exempla, qui uolet, facile congeret.

Quid multa? in hac, quam descripsi, perpetua atque celeri pronuntiandi ratione numquid mirum, si omnes, ni fallor, linguae eo regantur studio, ut, ex suo quaeque ingenio, quam

maximam efficiant et in elementis et in totis uerbis inter se commoditatem ac concinnitatem? Itaque cum omnes linguae id agunt, ut litteras in mediis uocabulis inter se accommodent uel, quod interdum fit, apta facilique littera inserta coniungant, tum praeter ceteras graeca lingua exitus uocabulorum certis legibus, ex quibus paucissimae consonae, utpote quae potissimum aptae uideantur, hoc loco admittuntur, ita conformat ac figurat, ut in uiua oratione uocabula, quae sensu arte inter se conexa uno accentu quodammodo comprehendantur, alterum ad alterum quam facillime se applicent atque quam facillime euadat pronuntiatio. Ne illud quidem, quod annotemus, indignum uidetur, linguam graecam in exitu uocabulorum antiquum *m* ubique in *ν* mutauisse et omnino ex paucis illis consonis, quae in exitu uocabulorum admittantur, *ν ϱ σ* dico, illam ipsam litteram longe saepissime usurpare, nimirum propterea, quod nulla facilius in exitu uocabuli pronuntiatur, nulla tam facile aliis se accommodat.

Hoc autem loco etiam ad aliam rem, quae plurimum ualet ad quaestionem nostram illustrandam, animum aduertamus opus est. Quamdiu enim iuuenilis sit lingua, fortiorem esse uim articulandi, cum omnium syllabarum propria significatio, ut nouorum nummorum nota, quasi manifesto sentiatur ac percipiatur, quis non concesserit? Prouecta uero aetate uis illa in dies magis imminuitur et inertia quaedam pronuntiandi uel articulandi exsistit, quae haud leuissima causa commutationum, quas lingua per temporum spatia habet, existimanda est. Etenim inertia illa, uti syllabas finales maxime, quae non idem momentum atque ipsa stirps uerbi ad significationem afferant, corrumpere et in simpliciorem formam redigere solet[1]), ita non solum in mediis uocabulis uerum etiam in fine nonnunquam litteram aliquam ab ipsa forma uocabuli alienam procreat.

1) cuius rei et linguae graecae et nostrae linguae, quippe cuius mutationes amplissime cognitas habeamus, dialecti ueteres optimae atque utilissimae sunt magistrae; ut exemplo utar, forma gotica habaidêdeima respondet nostrae: (wir) hätten.

Iam cum uel maxime breuem debilemque uocalem in exitu uocabuli celeri facilique pronuntiationi aduersari et omnino corruptioni admodum obnoxiam esse eluceat, id quod etiam elisio et crasis luculentissime demonstrant, ex hac articulandi inertia et illo facilis pronuntiationis studio in terminationibus quibusdam, quae non careant propria ui atque significatione, litteram ν parasiticam ortam esse persuasum habeo. Qua re haec ipsa littera hoc loco aptissima esset, supra indicauimus.

Iam ut ea absoluam, quae de natura litterae paragogicae dicenda sunt, refutanda esse mihi uidetur ea sententia, quam, quod sciam, primus Buttmannus de omnibus formis mobili ν instructis dixit et Deuenter de formis in ε exeuntibus. Ille enim uir doctus l. l. contendit, quia in certis quibusdam formis adesset, in aliis innumerabilibus, quae desinerent in ι et in ε, non adesset, hac re litteram ν in illis ipsis formis genuinam, non extrinsecus adductam esse admodum comprobari. Quam ratiocinationem iam Matthiae l. l. § 41. ann. 2. extr. refutauit, cum recte ei opponeret, quod littera ν in multis aliis formis non occurreret, argumento certe esse non posse, eam, ubi adesset, genuinam esse partem uocabulorum. Commodissime uero Lobeckius l. l. p. 203. sq. ad illud respondisse mihi uidetur, sermonem non per constituta procedere, sed libero motu huc illuc ferri, modo eadem diuerse figurantem, modo diuersa in unam confundentem figuram.

Nam sat superque apparet necessitatis nullum esse uestigium in origine ν paragogici, sed referendam esse hanc litteram ad uim quandam, quae non certas leges secuta linguae structuram immutet atque nouet, sed potius, quae certae rationis expers libere hic illic obuersetur. Denique uel ex usu titulorum inconstantissimo eiusque accretione litteram ν non modo pleonasticam, sed parasiticam esse cogi posse mihi uidetur.

Non desunt, quae cum littera ν paragogica comparari posse uideantur. Haud dubie enim eiusdem originis ac naturae littera ν in suffixo I. personae plur. act. μεν habenda est, praeterquam quod non est mobilis; eam sanscritico *s* respon-

dere mihi persuadere non possum. Idem cadit in suffixum I. personae plur. pass. *μεθεν*, quod Aeolicae dialecti proprium fuisse testis est Herodianus. Huc etiam referendus uidetur dialecti Cypriae genetiuus. sing. secundae declinationis in *-ων* desinens, e. g. *τῶ μισθῶν* cf. Caueri del. 118, 5 et 15; *ἀργύρων* 7; *Ὀνασικύπρων* 3 et 30; *Ὀνασίλων* 24. Similia in Turicensium dialecto et Carinthiorum inueniuntur, cf. Curtii Etym. V. ed. p. 54 sq. Alia nonnulla Deuenter l. l. p. 35. sq. affert, at non omnia huc pertinere arbitror. Etenim *n*, quod in nominatiuo aliquot substantiuorum declinationis, quae uocatur debilis, obuium est, ut *glaube(n)*, *name(n)*, non ad eandem amussim iudicandum est ac Graecorum *ν* paragogicum propterea, quod, ut ille uir doctus ipse indicat, ex casuum obliquorum analogia ortum est. Iam uero quod litteram *n* hoc loco hiatus uitandi causa usurpatam esse docet, nos quidem cum uiro docto facere non possumus. Porro si in nomine proprio *Willeken* et aliis eiusdem generis litteram *n* ex imitatione nominum nobilium acquisitam esse, ut nomen adornaretur, conicit, uereor, ne ei hoc nemo concedat. Neque littera *ν* Graecorum neque littera *n* ad nomina illa ac substantiua accessit hiatus uitandi uel uerbi adornandi causa, uti Deuenter censet, aut euphoniae gratia, ut Apollonio placuit.

Denique si pronuntiandi facilitatis studium ad litteram *ν* procreandam pertinuisse diximus, hoc eo magis recte coniecisse mihi uisus sum, quod littera illa potissimum ante uocales conspicitur, ante consonas uero ita adhibetur, ut ante alias consonas alius usus exsistat, atque ibi maxime usurpatur, ubi insequentis consonae ea est natura, cui facile se accomodare possit. Sed hac de re infra (§ 17.) accuratius cognoscemus.

Iam his rebus ad finem quendam perductis — in quibus si quid erraui, quod eo magis uereor, quippe qui hanc prouinciam ex parte primus, ni fallor, paulo copiosius perquirere ausus sim, ueniam peto — ad eam partem nostrae disputationis progrediamur, ut quaeramus, quid tituli de scriptorum usu doceant.

CAPUT V.

QUID TITULI AFFERANT AD SCRIPTORUM USUM EXPLORANDUM.

Omnes fateri arbitror hanc quaestionem admodum esse ambiguam et earum certe, quae ad nostram disputationem pertineant, longe difficillimam. Atque etiam, si rerum condicionem recte perspexi, difficultates sunt eae, quae nunquam prorsus expediri posse uideantur. Itaque tantum abest, ut singulas usus rationes me enucleaturum ac certas definitasque regulas propositurum profitear, ut magnum fecisse magnumque tulisse laboris fructum mihi uisurus sim, si de summis rebus ac ueluti principalibus ex titulorum testimonio satis probabiles aperuero sententias.

Lex tralaticia titulorum usu luculentissime refutata in solius Pseudochoerobosci, quantum scio, testimonio nititur, quod supra exscripsimus. Cum Planude consentit Aristarchus minor, de quo conferatur § 15. ann.; Apollonii euphoniam, quippe quae notio admodum uaga atque inanis uideatur, a quaestionibus de ν paragogici usu instituendis plane alienam esse uix est, quod moneam.

§ 13.

Verum antequam ad singularum rerum disquisitionem accedamus, una difficultas, quam expediamus, restat, eam dico, ut in uniuersum examinemus, quae titulorum sit auctoritas et quantum inter eorum usum et scriptorum intercessisse putandum sit. Quam rem sane multas habere cautiones satis patere arbitror, cum litterarum usus, quippe qui libris manu scriptis non satis fideliter exprimi uideatur, nimis ignari simus. Quapropter discrimen non tam distincte definire, quam leuiter adumbrare poterimus.

Commodissime proficiscimur ab iis, quae Cauer l. l. p. 292. sq. de usu litterae ν in titulis anteeuclidianis statuit, cum diceret litteram paragogicam, ubi ante consonam obuersaretur, origi-

nem duxisse a neglegentia illa lapicidarum; non maiorem autem auctoritatem, quam in his exemplis, scripturam in iis habere, in quibus *ν* ante uocalem deesset; se pro certo habere litteram *ν* in omnibus his exemplis, si non scriptam, tamen pronuntiatam esse. Haec concedere non possumus uiro docto. Enimuero mirari satis non queo in lapicidas iusto saepius conferre, quod aliis uitio tribuendum sit, ac perstringere eorum neglegentiam, incuriam, inconstantiam non desinere uiros doctos. Nam compertum habemus decreta publica a scribis cum cura quadam perscripta perscriptaque lapicidis mandata esse, ut lapidibus inscriberentur. Concedendum quidem lapicidas in incidendo nonnunquam neglegentiores fuisse et suae potissimum orthographiae obsecutos cum in aliis rebus, tum in littera paragogica scribarum morem suo contaminasse; sed mihi persuadere non possum, tantam fuisse eorum incuriam, ut ante uocalem in duabus fere partibus exemplorum nulla re nisi neglegentia ducti litteram *ν* omitterent. Quod si statueremus, in ceteris idem statueremus necesse esset, at quae tum esset fides titulorum? Porro, si de tanta lapicidarum neglegentia in titulis anteeuclidianis cogitare liceret, cur tandem eadem non in posterioribus conspicitur?

Illud igitur confidenter teneamus cum alias res, tum maxime usum litterae *ν* longe maximam partem ad scribarum morem esse referendum.

Quae si recte disputasse uidear, uereor, ut Lobeckio possim concedere, quod nos ex epigraphis publicis lapicidae potius uel scribae publici quam oratoris attici morem cognoscere dixit; nam rectius certe ita uerba collocare debebat, ut diceret: „scribae publici potius uel lapicidae."

Iam quaerere licet, quinam fuerint scribae publici. Hoc loco laudandus est Carolus Hille, qui in quaestionibus de scribis Atheniensium publicis nuper editis, cf. Stud. Lips. I, p. 238. sq., eum scribam, — erat *ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς* — qui inde ab antiquissimis temporibus usque ad Ol. 114, 3 — ante quem annum nostri tituli plerique exarati sunt — decreta senatus et populi Atheniensium inscribenda curauit, senatorem

fuisse atque annuum magna cum probabilitate coniecit. Quae cum ita sint, num dubium esse potest, quin titulorum mos idem fuerit ac sermonis communis? non infimi generis hominum dico, sed hominum eruditiorum.

Quamquam neutiquam existimo scribarum usum et scriptorum prorsus eundem fuisse, tamen illud meo iure, opinor, tenebo, illum titulorum usum uestigia certe haud leuia consuetudinis scriptorum atticorum continere, ut in hac ipsa consuetudine exploranda nobis dux esse possit haud spernendus, qui prohibeat, quominus a ueritate longius aberrantes in uagas atque inanes coniecturas delabamur.

Et qui titulorum usum accuratius perlustrauerit, facile, opinor, uidebit titulorum antiquissimorum, eorum dico, qui ante Euclidis archontis annum exarati sunt, praeter ceteros rationem esse habendam.

§ 14.

Vel ex iis, quae de origine atque natura litterae paragogicae indagasse nobis uidemur, satis patere arbitror proprium esse locum huius litterae, ubi in commissura uocabulorum duae uocales collidant, i. e. ubi hiet oratio. Nam hiatus orationi celeriter progredienti obstat. Prioris igitur uocalis firmissimum est praesidium et simul duarum uocalium quasi ligamentum uel pons quidam, qui ab altera ad alteram transducit.

Sermonem communem saeculi sexti et quinti ante Chr. n. satis parcum fuisse in attrahenda littera paragogica tituli sunt auctores grauissimi. Etenim eos uiuae orationis usum satis accurate exprimere neque de incredibili quadam lapicidarum neglegentia cogitari posse supra comprobauimus.

Neque praestantissimis in codicibus desunt exempla, quae litteram ν respuant; tamen cum ceteris comparata non ita multa sunt. Hyperidis papyrum ν ante uocalem diligenter addere Blassius (praef. p. XI.) annotauit.

Et legis tralaticiae inanitatem et naturam litterae ν parasiticam usumque inconstantissimum cum considerarem, per-

suasum habere coepi elegantiorem scriptorum orationem neque pariter ac titulos uetustiores illud hiatus explementum neglexisse, neque uniformem praecepti tralaticii rationem esse secutam. Verisimile potius est, scriptores inter sermonis communis neglegentiam et illius regulae uniformitatem medium quiddam tenuisse. Omnino non alienum uidetur conicere, sicut diuersorum temporum tituli diuersam rationem secuti sint, ita inter scriptores eiusmodi discrimina intercessisse. Sed haec quaestio diiudicari non poterit, nisi accuratissima atque amplissima meliorum codicum notitia accesserit.

At aliunde aliquantulum illustratur haec quaestio, quippe quae, si rem recte percepi, cum ea quaestione coniuncta esse mihi quidem uideatur, quatenus scriptores pedestris orationis hiatui indulserint. Quod si ad ueritatem coniecisse uidear, sicut in hiatu admittendo suum cuique morem fuisse constat, ita haud dubie etiam in littera paragogica attrahenda alius aliam uiam secutus est. Ideo historicos ac philosophos uetustiores, quippe qui hiatum minime uitauerint, etiam litterae *ν* minus fuisse studiosos admodum probabile est. At saeculi IV. oratores, quorum alios magnam, alios etiam incredibilem quandam diligentiam in hiatu uitando adhibuisse compertum habemus — unum Isocratem nominare satis est — nimirum eandem accurationem in litteram *ν* contulerunt. Sed res ipsa suadere mihi uidetur, ipsos oratores interdum atque iis maxime locis, ubi singula uerba acuta pronuntiatione distingui uellent, neglecto *ν* hiatum admisisse; praeter ceteros Demosthenes nonnunquam non modo non uitasse, sed studuisse hiatui uidetur. Nos satis habemus hoc indicasse.

§ 15.

Proximae, ad quam iam transgrediamur, quaestionis cardo is est, num in media oratione ante consonam locus sit litterae *ν*. Quae quaestio, quamquam perquam difficilis est ac saepissime tentata a uiris doctis, tamen iusta crisi omnes difficultates facile, opinor, dissipabuntur.

Fontes nostri illud quidem summo consensu comprobant; atque etiam si Maximo Planudi et Aristarcho minori [1]) obsequeremur, ubique addenda esset littera paragogica. Sed hosce grammaticos non ad historiae fidem usum ueterum scriptorum examinauisse, sed ad suae utrumque aetatis praecepta uel ad usum uulgarem uel etiam ad codicum deprauatorum consuetudinem exposuisse supra diximus. Etiam in ceteros fontes multa cum cautione inquirendum esse in promptu est, quia in utrisque duplex ratio exstat. De titulorum usu supra satis exposuimus. Codices autem melioris notae, qui uni nobis respiciendi sunt, multo saepius litteram ν, quam ante uocalem omiserunt, ante consonam admiserunt. Etiam Hyperidis papyros, praeter omnes, ni fallor, libros manu scriptos uetustate conspicuos, cum medio fere saeculo alteri ante Chr. n. uulgo adscribantur, et ante uocalem diligenter addere litteram ν, et saepe etiam ante consonam, ubi noster usus in pedestri certe oratione hanc litteram prorsus respuit, Blassius l. l. notauit. Lobeckius, Voemelius, Poppo alii hunc pleonasmum exemplis ex praestantissimis libris desumptis illustrauerunt.

Plerique tamen editores litterae ν ante consonam adhibendae non fauentes inuitis codicibus libros ueterum ad praeceptum scholasticum exaequare solent; cf. Iacobs. ad Achill. Tat. p. XLIV.; Ellendtius in praef. ad Arrian. p. XLIX. dicit se usum atque rationem secutum litteram istam ubique deleuisse ante consonam, restituisse ante uocalem; Benseler quoque codicum usui plane aduersatur ad Isocrat. p. 185. sq., quocum consentiunt multi alii uiri docti, in his Lobeckius l. l. p. 190. sq.

Nonnulli autem uiri docti contra praeceptum uulgare a contraria parte stant. In quibus praeter ceteros Bekker laudandus est; Maetznero quoque (cf. ad Lycurg. Leocr. p. 209.)

1) Bekk. Anecd. 1400: *οἱ Ἀττικοὶ πάντα τὰ ἑνικὰ καὶ πληθυντικὰ τρίτα πρόσωπα τῶν ῥημάτων καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων δοτικὰς πληθυντικὰς συμφώνου καὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου μετὰ τοῦ ν γράφουσιν, ὡς ἔστι σαφῶς συμβαλεῖν τοῖς τῶν πάλαι σοφῶν πεπονημένοις βιβλίοις, οἱ δὲ Ἴωνες δίχα τοῦ ν κτλ.* Maximi Planudis testimonium supra (§ 9.) adscripsimus.

ν librorum manu scriptorum uidetur non prorsus spernendum esse; etiam Schneider ad Plat. ciu. uol. I, 46 litteram ν ante consonam non utique reicit, ut enim poetas metrum, ita scriptores suauitatem soni secutos esse; sed in textum non recepit. Item Boissonadius ad Aristaeneti epist. I, ep. 15. p. 455. (annot.) usus istius defensor exstitit et scripturam ἔστιν δὲ ὅτε contra praeceptum seruat, idemque facit quatuor quinqueue aliis locis; cf. etiam ad Eunap. fragm. p. 464, 25 et ad Planudem I, p. 9. Postremum, non ultimum laudo Voemelium, cf. l. l. § 16. sqq.

Iam plurimum interest certas iudicandi notas inuestigare, quibus hanc quaestionem ad liquidum perducere possimus. Ac mihi quidem proficiscendum uidetur a coniectura, cuius auctor exstitit Iacobsius. Qui uir doctus mirum in modum illius pleonasmi, quem uocat, causam explicabat, cum diceret in praefatione ad Aelian. p. XXIII. haec: „cum enim obseruatum esset poetas ob metri necessitatem litteram paragogicam usurpasse, ita ut eam non solum in clausulis et interpunctis, uerum etiam in media oratione ante consonantes adicerent, pedestris quoque sermonis scriptores, ii praesertim, qui grauitatem cum uenustate coniungere uellent, ad huius libertatis imitationem uidentur delapsi."

Quam coniecturam iam Lobeckius ex parte refellit, cum recte moneret hanc rhetorum cacozeliam parum conuenire ad epigraphas publicas, in quibus ἔδοξεν τῇ βουλῇ et similia legerentur; has enim qui confecissent, huiusmodi affectationis uix insimulari posse.

Iam uero, ut de me ipso fatear, equidem usu poetarum examinato prorsus aliud, quin etiam contrarium consecutus esse mihi uideor. Nam apertum est Iacobsii coniecturam ex ratione oblitterata ac peruersa rerum interpretatione esse profectam; ea enim recurrit ad opinionem quandam antea longe peruagatam, qua putabant, cum uerba metro obstitissent, metri causa quasi nouis rebus studere nouasque sermoni formas iniungere licuisse poetis. Vel maxime superioris aetatis uiri docti in difficultatibus explanandis indulgebant poeticis istis, quae dicuntur, licentiis ac nostra etiam memoria non defuerunt, qui

ad hunc quasi deum ex machina iusto saepius recurrerent, cuius rei testis est Homerus. Etiamsi facere non possumus, quin eiusmodi licentias a poetis interdum adhibitas esse concedamus, attamen immodica quasi captatio earum, quippe quibus uitentur difficultates, non expediantur, a ratione atque disciplina plane abhorret; itaque, postquam iis quoque lux grammaticae historicae et comparatiuae allata est, in fines multo angustiores redactae sunt.

Omnino id semper tenendum est, ut prosae orationis scriptores, ita poetas certis popularis usus finibus contineri, extra quos egredi non liceat.

Quod in nostram quoque rem ualere perspicuum est. Iacobsius igitur ita totam rem intellexit, ut putaret poetis, cum metrum syllabam longam postularet, etiam ante consonam litteram ν attrahere licuisse, etsi huius usus nullum unquam in uiua oratione fuisset uestigium; postea ex poetarum auctoritate hunc usum in prosam orationem irrepsisse. Immo uero, quod poetae ante consonam litteram ν adhibuerunt, uel firmissimum est argumentum, hunc usum ipsius prosae orationis proprium fuisse atque inde repetitum a poetis pro re in uersu esse usurpatum.

Ad hoc argumentum confirmandum etiam id ualet, quod praecipue poetis summae curae esse necesse est, ut uersus, ne aures offendant, quam diligentissime perpoliant. Quis iam est, qui credat litteram ν paragogicam, si in oratione pedestri ante consonam ut absona et dura nequaquam ferenda uisa esset, a poetis adhiberi potuisse?

§ 16.

Quoniam iis, quae modo disputauimus, circuitione quadam demonstratum est in prosa ante consonam quoque locum fuisse litterae ν paragogicae, disputatio iam ad usum epigraphicum examinandum redeat. Titulos uetustiores ad usum litterarum proxime accedere reapse consentaneum est.

Iam interest ea audire, quae Lobeckius de usu atque

auctoritate titulorum ratione tamen eorum non satis diligenter, arbitror, habita iudicauit.[1]) Lobeckius enim titulorum codicumque usu comparato litteram *ν* in libris manu scriptis ante consonam scriptam a librariorum interpolatione repetendam esse ita ratiocinatus est, ut in sermone uulgari attico iam sat antiquis saeculis, quibus, ni fallor, ea significauit, quorum sunt tituli ad has quaestiones adhibiti, usum litterae *ν*, antea non admissae nisi ante uocales, incrementum cepisse et ante consonas quoque se insinuasse, sed inferiore demum aetate („postea") ad maiorem peruenisse celebritatem opinaretur; hunc uero *πλατειασμόν* a litterarum usu elegantiore abhorruisse et librariorum demum neglegentia uel interpolatione, qui scriptorum usum suo contaminarent, in libros manu scriptos irrepsisse.

Quae coniectura quamquam primo obtutu magnam speciem probabilitatis prae se fert, attamen respicientibus nobis usum epigraphicum uerae rerum temporumque rationes aliquanto aliae uidebuntur.

Nam primum ille *πλατειασμός*, quem ipse dicit, iam in titulis uetustissimis creberrimus est, cuius cum in formis in *ι* exeuntibus, tum maxime in tertia ps. sg. temporum praeteritorum satis multa exempla habemus. Accedit uero, id quod uirum doctum plane fugisse apertum, quod usus ille multo maturius, quam opinatur, in sermone communi inuenitur. Etenim litterae paragogicae, ut manifestum faciunt tituli nostri, iam sub finem saeculi quarti tanta fuit frequentia, quanta maxima esse potuit.

Quae cum ita sint, tituli non modo non infirmant, uerum etiam luculentissime confirmant, quod poetarum usus clara uoce praedicat. Num quis ausus sit conicere usum tam uetustum,

---

1) Verba eius haec sunt (l. l. p. 190.): „ac mihi quoque psephismata illa consideranti ueri simillimum uidetur, litterae huius usum iam sat antiquis saeculis et in ipsa Attica increbruisse sensimque a librariolis uulgi *πλατειασμόν* sequentibus in libros scriptorum esse transfusum. Ad quantam celebritatem postea peruenerit, et nostri codices manifestum faciunt et ii, quibus Planudes usus est."

tam late patentem prorsus alienum fuisse a litteris? Etenim illud negare nihil aliud esset, quam scriptorum orationem ut diuersissimam plane secernere a uiuo ciuium sermone. Male igitur usus est Lobeckius nomine πλατειασμοῦ, quippe quo duas confuderit rationes accurate disiungendas, alterum dico usum bene temperatum ac paulo elegantiorem, qui apud scriptores fuit, alterum, qui sermonis communis proprius erat, multo profusiorem.

Quatenus uero hic usus in oratione scriptorum elegantiore quinti et quarti saeculi patuisse putandus sit, nullo modo exquiri neque potest neque unquam poterit, nisi forte nouus fons exsistit, cuius quidem rei uix spes est; neque illa quaestio, num aliorum temporum scriptores aliter fauerint litterae ν ante consonam attrahendae, in praesenti potest expediri. Verum usum illum non ea fuisse inconstantia, ut omni lege expers fuisse uideatur, iam probabo.

§ 17.

Nam ut interiora quaedam quaeramus, non diu mihi elaborandum arbitror, ut ne uulgarem quidem sermonem in hac re omni ratione caruisse ostendam.

In fine enim capitis III. (§ 12.) ex natura litterae ν admodum iam probabile esse diximus, si quidem ex facilis pronuntiationis studio orta esset, ante alias consonas aliam ualuisse attractionis rationem. Et profecto inuenerunt eiusmodi discrimina, qui libros manu scriptos perlustrauerunt uiri docti. Iam Reiskius ad Demosth. contra Aphob. or. p. 840, 2 codicem Augustanum primum saepe ante κ et π litteram ν admisisse annotauit. Simile quid Voemelius codice Σ, Demosthenicorum quidem optimo, examinato consecutus est; dicit enim uir doctus l. l. § 17. hunc codicem prae ceteris consonis ante κ, γ, etiam ante τ et π, quid quod ante μ litteram paragogicam saepe praeponere; correctorem quidem posteriorem codicis praestantissimi hoc ν, ubi regulae aduersaretur, recentiore atramento deleuisse. Cf. etiam Popponis proll. ad Thucyd. p. 219.

Lobeckius quidem, uti totam rem, ita hoc quoque reicit dicitque, se parum confidere argumentis a uocalitate ductis, cum Graeci in componendis et collocandis uocabulis prorsus diuersas a nostro sensu rationes secuti uideantur. At enim natura *ν* paragogici docere debebat uirum doctum ueteres haud dubie eandem, quam codices meliores exprimerent, rationem secutos esse. Quid? quod titulos cum libris manu scriptis luculentissime congruere uidemus? Meae quidem obseruationes ad solas formas in *ι* exeuntes, quae in media oratione exstant, pertinent, cum formae in *ε* exeuntes propter uniformitatem absint a disputatione nostra; etiam ex exemplis interpunctis nihil certi effici posse mihi uisum est. Formae igitur in *ι* exeuntes, ad quas solas inquisitio redit, ex consonarum sequentium ratione dispositae atque in unum conspectum redactae hanc efficiunt tabellam:[1])

	littera paragogica					
	ante					
	gutturales		labiales		dentales	
	addita	omissa	addita	omissa	addita	omissa
I	6(46,2)	7(53,8)	5(27,8)	13(72,2)	7(21,2)	26(78,8)
II	11(78,6)	3(21,4)	6(60)	4(40)	7(33,3)	14(66,7)
III	3	1?	8	2	8	1?

Qui conspectus manifestum facit in titulis pariter atque in libris manu scriptis ante quaedam consonarum genera litteram paragogicam frequentiorem esse; id quod non in unius solum aetatis titulis conspicimus, id enim casu fieri poterat, sed ut in titulis ante Euclidis annum exaratis, ita in posterioribus omnium facillime gutturales ferunt litteram *ν*, paulo rarius labiales admittunt, omnium uero maxime eam respuunt dentales. In tertia, quam statuimus, aetate discrimina inter tria

1) In qua, qui numeri satis probabiliter ad centesimas reuocari posse uidebantur, reuocaui nouosque numeros uncis inclusos adscripsi.

consonarum genera iam non intercessisse in tanta exemplorum uniformitate consentaneum est.

Hunc titulorum codicumque consensum si respicimus, usus scriptorum quin eadem ratione expressus fuerit, non est dubitandum; indidem omnino nos uere disputasse efficitur, quod litteram paragogicam ante consonas positam etiam ab optimae aetatis scriptorum usu non abhorruisse supra diximus.

Nam primum id est animaduertendum, Lobeckii πλατειασμόν iam quarto exeunte saeculo omnia complecti; hac re porro necessarie demonstratur librarios, quorum uestigia in nostrorum codicum usu agnoscere sibi uidentur uiri docti, usum illum parciorem titulorum uetustiorum ex suo sermone depromere non potuisse, quippe quos uerum illum πλατειασμόν, qui iam exeunte saeculo quarto uiguit, secutos esse eluceat. Iam qui litteram ν ante consonas admissam ex sola librariorum neglegentia ortam esse statuit, id etiam statuere cogitur, librarios ita interpolauisse litteram ν, ut omnis rationis expertes ante quaslibet consonas promiscue, ut in buccam ueniret, eam adderent. At enim melioris saltem notae libri manu scripti contra dicunt. Quapropter peritissimus quisque facile concedet illa titulorum codicumque nonnullorum praestantissimorum conspiratione tantopere ipsorum codicum auctoritatem illustrari ac comprobari, ut ii, si non omni ex parte usum antiquum repraesentent, tamen eius plurima ac grauissima uestigia continere uideantur.

Emendatores uero atque correctores codicum e sua consuetudine ubique fere ν paragogicum addidisse recte conici posse alicui uideatur; ac profecto non desunt codices, qui litteram ν semper habeant, deteriores scilicet et propter ipsam hanc constantiam suspecti. Eadem in suspicione nimirum ii sunt libri manu scripti, qui contrariam rationem secuti nusquam litteram illam admittunt. Nam non defuisse etiam grammaticos, qui prorsus eam abicerent, testis est Maximus Planudes, qui, cum ipse alterius rationis ac partis sit, non leuiter ob hanc licentiam eos perstringit.

Reliquum est, ut quaeratur, quid de littera ν in tertia ps.

sg. temporum praeteritorum adhibita titulorum testimonio edoceamur.

Respicientibus nobis praescriptionum illarum ἔδοξεν τῇ βουλῇ cett. constantiam dubium esse non potest, quin in uniuerso sermone attico in hisce quidem formulis ν paragogicum sollemne fuerit. Qua re iterum apparet, quam inanis sit regula tralaticia.

At qua ratione ceteroqui usi sint scriptores, nunc quidem, cum codicum testimonio adhuc careamus, certo diiudicari non potest, aliis igitur, quibus codicum perquirendorum facultas est, hanc controuersiam discernendam relinquo. Quamquam consideranti mihi et senatus populique Atheniensium et tribuum, pagorum, reliquorum eius generis decretorum constantiam admodum uerisimile uidetur scriptores hisce in formis magis etiam, quam in formis in ι exeuntibus litterae ν ante consonam attrahendae indulsisse.

Vix amplius quidquam de hac re in praesenti conici potest.

§ 18.

Deuenimus iam ad quaestionem omnium sane difficillimam ac maxime lubricam; quaeritur enim, quid sit statuendum de littera ν in pausa orationis adhibenda.

Nostrorum temporum uiri docti uel maxime ante pausam litterae paragogicae locum esse censent; cf. Godofr. Hermanni de emend. rat. gr. gr. p. 22. sq., cui assentitur Voemelius; quin etiam Bekker saepenumero uel ante minimas interpunctiones et uocali et consona sequente eam posuit. Alios ut transeam, Lobeckius l. l. p. 187. omnino hoc praeceptum obseruari iubet, ut, quo artior sit conexio partium, ex quibus enuntiatum constet, hoc iustius ante consonam littera paragogica omittatur, ueluti in fine enuntiationis relatiuae; ante coniunctiones aduersatiuas et ratiocinatiuas, ubi laxior sit partium cohaerentia, sequente uocali adiungi ordinarium illud hiatus explementum, omitti uero ante consonam, id quod exemplis nonnullis ex codicibus Demosthenicis sumptis demonstrat; uerum uocabulis,

quibus oratio finiatur, subici solere ν paragogicum. Toti rei uir doctus magnam adhibet cautionem neque facile futurum esse existimat, qui se illius controuersiae arbitrum interponat; pendere enim totam rem ex tortuosa illa de uariis interpunctionum generibus quaestione, quae cum omni dicendi cogitandique ratione tam arte conexa sit, ut ad certam formulam non possit reuocari. Hoc quidem, quod extremum dixit, recte dixit uir doctissimus.

At cum horum uirorum ratione antiquiores saltem tituli parum congruunt. Iam ex origine litterae paragogicae et ex usu epigraphico fortasse coniciet quispiam, litteram illam ipsam ad mediam orationem pertinere, multo minus autem pausae esse uindicandam; porro, cum ibi maxime, ubi grauior pausa intercessisse putanda sit, ut inter praescriptionum membra distincte disiuncta, rarissime occurrat littera ν, iste uere conicere sibi uideatur, quo leuior esset pausa orationis, eo magis eam frequentatam esse, eo facilius uero omissam, quo maior exsisteret pausae grauitas. At ualde lubrica habenda est tota quaestio atque omnibus ex partibus permagnae oriuntur difficultates, quae summam cautionem adhibendam esse monent. Etenim exemplorum, quae ex praescriptionibus et decretorum et tabularum petita sunt, tam peculiaris et propria est natura, ut admodum dubium sit, quid ex iis concludere liceat; deinde uero in reliquis exemplis interpunctis, in iis dico, quae ex decretis ipsis sumpta sunt, non modo non neglegitur ν paragogicum, sed etiam saepius quam in media oratione adhiberi uidetur. Hoc etiam ea re probabile fit, quod in titulis anno trecentesimo recentioribus ν diligenter additur in pausa orationis, cum in media oratione ante consonas saltem nonnunquam absit.

Denique quia in hac quaestione recte instituenda non omnia exempla promiscue ad eandem amussim examinanda, sed uniuscuiusque generis seperatim excutienda esse consentaneum est, quam nunc ex decretis ipsis habemus copiam, ea neque satis larga esse et in tanta pausarum uarietate parum uaria uidetur; item admodum dolendum est, quod meliorum codicum usus

magis, quam decet et par est, ignari sumus. Quare, quibus nunc nitimur adiumentis, res nullo modo ad liquidum perduci potest.

At, si non licet interiora cognoscere, tamen reputantibus nobis litterae ν paragogicae naturam eiusque usus mobilitatem et uolubilitatem ac respicientibus ea, quae Lobeckius de difficili pausarum ratione suo iure monuit, id uere conici posse uidetur, ut in titulis, ita apud scriptores non solum in media oratione, sed etiam in pausa usum certis legibus non fuisse adstrictum, sed suam quemque secutum esse rationem, quae eadem ad certam formulam reuocari non possit. Denique quid impedit, quominus etiam aliis temporibus paulo alium ualuisse usum coniciamus?

Restat, ut pauca subiungam de littera ν in fine orationis. Decreta publica, quippe quorum ima pars persaepe lacerata sit, prorsus nos destituunt; etenim unum, quantum scio, exemplum in decreto saeculi quinti obuium est: πόλ]εσιν I, 52, ex quo nihil concludi potest.

At maiorem copiam tituli donariorum et monumenta priuata sepulcralia offerunt, in quibus quamquam haud raro omissa, plerumque tamen uocabulis subiecta est littera ν. Huc enim pertinent usitatissimae monumentorum subscriptiones: ὁ δεῖνα ἀνέθηκεν et ὁ δεῖνα ἐποίησεν.

Ut tituli ita codices fluctuant; ut exemplum afferam, in fine libri IV. Thucydidei codices habent formam pleniorem ξυνέγραψεν, quam scripturam secutus Hermannus l. l. in fine librorum alterius et tertii litteram ν restitui iussit; Lobeckius l. l. p. 185. ei assentiri uidetur; quamquam illud haud scio an audacius factum sit, nam omnia cum inconstantia uideantur, hoc etiam inconstans fuisse credamus necesse est.

QUAESTIONES

DE

SCHOLIORUM THUCYDIDEORUM FONTIBUS

SCRIPSIT

ERNESTUS SCHWABE.

Tituli notissimi, quos fausta fata e uastis illis antiquitatis Graecorum ruinis seruauerunt, textui Thucydideo, qualis in codicibus traditus est, non tantam fidem tribuendam esse docuerunt, quantam fere omnes critici inde a Poppone et Bekkero usque ad Classenum habendam illi esse censuerunt. Antea quidem non erat, cur haec sententia in dubium uocaretur: sed cum inscriptiones a Thucydidis textu discrepantes in Corporis Inscriptionum Atticarum uol. I. n. 179., IV. n. 46[b]. publici iuris factae essent, quibus corruptelas latere apparuit uel iis locis, quibus nemo crederet, magnus terror criticos in Thucydide uersantes inuasit. Alii scriptorem ipsum nonnumquam errasse censuerunt (cf. Corp. Inscr. Attic. uol. I. n. 179.), alii textum uel mendis inquinatum uel iam pridem *διόρθωσιν* passum esse existimauerunt. Quam sententiam cum meam faciam, Schoenio adsentior, cum dicit ad uerum historici textum, quoad eius fieri possit, constituendum id maxime requiri, ut omnia testimonia, quibus loci Thucydidei tradantur, quam diligentissime perscrutemur et inde cognoscamus, quot et quantas singulis locis textus corruptelas habeat; qua in re praecipue respicienda esse excerpta auspiciis Constantini Porphyrogenneti confecta, locos Thucydideos a Dionysio Halicarnasensi exscriptos, scripturae uarietates, quae in scholiis Thucydideis inueniantur. Ac de excerptis Constantineis Schoenius ipse se acturum esse promisit. De Dionysi exemplari Thucydideo diligenter inquisiuit Léon Sadée in dissertatione de Dionysi Halicarnasensis scriptis rhetoricis, quae continetur dissertationum Argentoratensium uol. II. anni 1879. Doctus ille uir codicibus denuo collatis rem ita absoluit, ut de exemplari illo et de condicione locorum, quos Dionysius aut laudauit aut uituperauit,

dubitari non posse mihi uideatur, quamquam nonnullas illius suspiciones comprobare non possum. Tertiam ego quaestionem tractandam suscepi, ex scholiis Thucydideis quid possit profici ad textum melius constituendum. Priusquam autem de scholiorum auctoritate dissererem, de illorum auctoribus agendum uidebatur, id quod huic libello propositum est.

Caput I. *De codicibus et editionibus.*

Scholia Thucydidea in omnibus fere, qui nobis innotuerunt, codicibus seruata sunt. De singulis dixit Schoenius in praefatione, quae editioni libri I. et II. praemissa est, ibique Bekkeri animaduersiones repetiuit et suis auxit. Cum aliunde sciamus codices nostros diuersis uti archetypis, non in omnibus eadem scholia esse perspicuum est, quam rem ita se habere maiore Popponis editione uel obiter inspecta cognosces. Permulta scholia eaque uetustioris originis, quae in plerisque inueniuntur codicibus, Poppo nullo siglo significauit. Singularia, posterioris potissimum originis, exstant in codicibus Palatino et Augustano eorumque apographis. Quid in singulis codicibus inueniatur, donec meliore editione caremus, accurate significare non possumus: ea tantum, quae hinc illinc contulimus, afferre liceat. Ut Schoenius, uir doctissimus, benignissime mecum communicauit, habemus in praestantissimo codice Laurentiano C, ut hoc exemplo utar, scholia tribus manibus addita, non magni pretii: ueterrima, quae raro inueniuntur, I. 114. — VII. 84. In Palatino E, quem ipse adii, habemus scholia septem manibus addita, sed nusquam manu librarii ipsius conscripta, pleraque Tzetzea neque magni pretii. Nonnumquam cum illo conuenit codex Basileensis saeculi XV., sed nescio an hic codex sit apographon tantum codicis illius celeberrimi. De codicibus A B exposuerunt Bekker et Schoenius l. l. Codices F H, ut e Popponis editione uidemus, qui illos optima criticae artis in Thucydide exercendae auxilia iudicauit, scholia non exigui pretii exhibent, quae utrumque librum ex eodem archetypo deriuatum esse demonstrant. Neque tamen

scholia eorum tantae auctoritatis sunt, ut melioribus pares censeri possint. Praeter peculiaria illa etiam scholia uetera, quae fere ubique inueniuntur, in his codicibus exstant. Nouissima attulit Duchesne e Sacellionis excerptis e codice Patmiensi miscellaneo saeculi X., quae in illo praeter consuetudinem non margini adscripta sunt, sed e codice Thucydideo uidentur excerpta. Inueniuntur haec scholia in „Reuue de philologie" 1877, uol. I. p. 182.—188., unde, quae adhuc ignota erant, Egenolffius excerpsit in „Jahresber. für klass. Alterth." XIII. p. 133. sqq. Non magni pretii sunt, et ad rem, quam nobis proposuimus, fere nullius momenti. Textum tamen nonnullis locis inde posse corrigi docuerunt Herwerdenus in editione et Cobetus in coniectaneis in „Mnemosyna" expressis. Schoenius („Jahresber. für klass. Alterth." III. pag. ult.) cum ad instaurandam de scholiis Thucydideis quaestionem accuratam nonnullorum codicum collationem requiri praecepisset, ego Palatinum codicem adii et scholia inde descripsi. Inde uero cum intellexissem ad rem, quam illustrandam mihi proposuissem, hunc laborem taedii plenum nihil, quod sudore dignum esset, praestare, Augustanum F perscrutatus non sum; nam scholiorum fontes, etiamsi scripturae differentias minutiores ignoramus, optime ex editionibus, qualescunque sunt, possunt erui, quamquam id minime negauerim nouae disquisitioni de auctoritate scholiorum instituendae hanc operam necessario tribuendam esse.

Edita sunt scholia primum apud Aldum Manutium anno 1502. a Gemistio Plethone, qua editione usus sum, deinde in Iuntina anni 1506. Dukerum, Wassium, alios omitto. Primus nouis codicum auxiliis usus est Poppo in editione Thucydidis maiore, in qua illum multa et sat antiqua scholia e codicibus EFH addidisse apparet. Caue tamen nimis illi fidas! In Palatino enim conferendo eum nonnumquam turpiter errasse obseruaui,[1]) quamquam permulta e scriptura euanida, quae propter multa compendia oculos fatigat, optime enucleauit.

1) In nonnullis scholiis, quae politicis uersibus conscripta sunt, totos uersiculos omisit cf. I, 123., ubi haec post u. 17. desunt uerba in codice

Deinde Bekker in editione anni 1821. scholia adiecit quae editio, etiamsi semper fere Popponianae antefertur, tamen illi posthabenda est, quia et unde scholia adscripserit, nusquam addidit, et saepius scholia omnino omisit. Tzetzea enim et nonnulla alia frustra apud illum quaeres; accedit, quod Schoenius in nonnullorum locorum lectione cum Bekkero discrepat. In hoc igitur libello semper Popponem sequemur. Tum Hoffmannus-Hassus Mosqu. anno 1840. scholia adiecit, quam editionem non uidi. Scholia a Duebnero addita sunt editioni Didotianae, Parisiis anno 1842., qui praeter nonnullas emendationes sub finem additas nihil noui praebuit. Postremo edidit scholia ad lib. I. II. maxima cum diligentia A. Schoenius Berolini anno 1874., qui quod opus incohatum nunc uidetur seposuisse, uehementissime dolendum est.

Singulares libelli de scholiis praeter Popponis commentationem (II. 1. p. 67. sqq.) et Roscheri adnotata („Leben, Werk u. Zeitalt. d. Thuk." p. 562.) duo mihi innotuerunt: Goslingsius, Obseruationes in Thucydidis scholia. Diss. inaug. Lugd. Batau. a. 1874., Doberentzius, De scholiis Thucydideis commentatio. Diss. Halis a. 1875.

Ego cur rem denuo instaurandam esse putauerim, utriusque libelli indole satis explicatur. Goslingsi commentatio,

---

scripta *πηγαὶ γάρ εἰσι τῶν βίων καλῶν τέχναι*. Ridiculo errore deceptus est initio eiusdem scholii, ubi haec e codice enucleauit: *ψιλόν τις ἐξώρθωσεν* et nonnullas litteras, e quibus Graecum uerbum expiscari non possis. Duebner uersum expleuit additis uocabulis *οὐ Τζέτζης τάδε*, et *ψιλὸν* corruptum esse iudicans hoc loco Scylli cuiusdam nomen, quem Tzetzes saepius perstringit, latere credidit. Sed res multo aliter est comparata. In Palatini enim textu habemus a m^1 *θαρσοῦντας*, quod m^2 mutauit in *θαρσοῦντες*, qua de scriptura Tzetzes magnum illud poema confecit. Sed quid faciamus illo *ψιλόν*? Iure editores, quia omnino nullum praebet sensum, non tolerauerunt. Si uero codicem adieris, aperte leges *ἐψιλόν*! Qua uoce restituta initium uersus Tzetzei sanatum est, cum in proximis *τις* post *ἐξώρθωσεν* transponendum sit. Reliqua uero, qui sanare possim, non habeo. Ille error omnes in editiones inrepsit, unde cognoscitur ad nouam editionem parandam nouis collationibus opus esse. Iterum errauit Poppo in eodem scholio, in quo scripsit u. 4. *μηδαμῶς ζέε*, ubi codex praebet *ξέε*, quod unice aptum est.

quamquam multo melior est et saepius uera bene inuestigauit, Naberi tamen uestigia nimis caeco amore premit et permultis locis eum, qui est inter scholia et lexica, conexum non animaduertit. Atque etiam ea de causa res iterum aggredienda est, quod Boyseni de Harpocrationis fontibus dissertatione Kilon. a. 1876. permultae sententiae a Nabero prolatae, quibus fere omnes adhuc fidem habuere, refutatae sunt (cf. p. 80.); quae res artissime cohaeret cum nostra disputatione, ut uidebis p. 80 et pluribus locis capitis quarti. Doberentzi uero libellum exigui pretii esse non mea tantum est sententia, sed etiam Schoeni (cf. Jahresber. l. l.) et Egenolffi (cf. Jahresber. uol. XIII. p. 136. sqq.). De fontibus lexicographicis ille omnino nihil adfert neque uidetur eos nouisse. Cetera si aut commemoranda aut refutanda sunt, suo loco afferam.

Omnem disquisitionem ita instituam, ut capite secundo agam de commentatoribus, qui in scholiis laudantur, tertio me conuertam ad commentatores aliunde notos, quarto in lexica inquiram et inde omnia, quoad eius fieri potest, colligam, quae certis auctoribus possunt restitui. Deinde addam disputatiunculam de scholiorum aetate, ultimo loco subiciam indicem scholiorum Thucydideorum, quae in Suidae lexico inueniuntur.

Caput II. *De commentatoribus, qui in scholiis laudantur.*

Plurima, si ita dicere licet, de Antyllo scimus, rhetore quodam, cuius nomen apud Suidam commemoratur, cuius sententiae ter in scholiis, ter in uita Marcellini afferuntur. Quonam tempore aut quisnam fuerit, nescimus, cum Suidas s. u. *Ἄντυλλος* nihil aliud apponat quam *ῥήτωρ*. Nicolai („Gesch. d. griech. Literatur“ III. p. 220.) sine ullo iure tertio post Chr. n. saeculo eum fuisse affirmat. De commentario illius, quae scimus, haec sunt. Eum uitam scriptoris breuem commentario praemisisse docent fragmenta, quae apud Marcellinum inueniuntur. § 55. haec refert: *ἔστι δὲ αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Θουκυδίδου*) *τάφος πλησίον τῶν πυλῶν, ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς, ὃ Κοίλη καλεῖται, καθά φησιν Ἄντυλλος ἀξιόπιστος ἀνὴρ μαρτυρῆσαι*

καὶ ἱστορίαν γνῶναι καὶ διδάξαι δεινὸς· καὶ στήλη δὲ, φησί, ἕστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ „Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος“ ἔχουσα ἐπίγραμμα. Eadem fere inueniuntur § 16. et 17., ubi Polemon ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως testis aduocatur. Inde Antyllum ipsum Polemonis opus adiisse colligeres, nisi hanc notitiam e Didymo potius petitam esse paragrapho 16. probaretur. Praeterea de arte rhetorica et de magistris Thucydidis nonnulla Antyllum rettulisse traditum est a Marcellino § 22.: ἤκουσε δὲ διδασκάλων Ἀναξαγόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις, ὅθεν, φησὶν Ἄντυλλος, καὶ ἄθεος ἡρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς, Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος δεινοῦ τὴν ῥητορικὴν ἀνδρὸς, οὗ καὶ μέμνηται ἐν τῇ η΄ ὡς αἰτίου τῆς καταλύσεως τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς τῶν υ΄ καταστάσεως. § 36.: ἐξήλωσε δὲ ἐπ᾽ ὀλίγον, ὥς φησιν Ἄντυλλος, καὶ τὰς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων, εὐδοκιμούσας κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ μέντοι καὶ Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν. Ad hunc Marcellini locum optime Goslingsius p. 54. contulit schol. 2. ad Thuc. IV. 135.: ἰστέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο, εἰς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα, εἰς δὲ τὴν λέξιν Πρόδικον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξεις ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα, εἰς δὲ τὸ γνωμικὸν τοὺς Σωκρατικοὺς, Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους (τοῖς γὰρ αὐτοῖς χρόνοις ἦσαν), εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν ποιητήν, quod ex Antylli commentario sumptum esse contendit propter uerba ὅθεν καὶ τὰς Προδίκου λέξεις ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα. Ex eodem scholio haud scio an recte colligatur totum Marcellini locum § 35.—37. Antyllo deberi; si enim Goslingsius recte scholion Antyllo restituit, prima maxime et extrema illius uerba urgeo ἰστέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως ἐμιμήσατο Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ..... εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν ποιητήν, quibuscum uelim conferas uerba Marcellini § 35.: ζηλωτὴς δὲ γέγονεν ὁ Θουκυδίδης εἰς μὲν τὴν οἰκονομίαν Ὁμήρου, Πινδάρου δὲ εἰς τὸ μεγαλοφυές κτλ. et § 37.: μάλιστα δὲ πάντων, ὅπερ εἴπομεν, ἐζήλωσεν Ὅμηρον κτλ. Quae, nisi egregie fallor, eidem Antyllo

adscribenda sunt, cum scholion omnia illa nomina afferat. Praeterea Antyllus nullo loco laudatur.

Commentarius Antylli ter in scholiis commemoratur III, 95. IV, 19. 28. Duobus locis ita adhibitus est, ut alterum scholion eius explicationem auctoris nomine non addito sequatur, alterum Antyllum nominatim reprehendat. Alter locus est III, 95.: ἆρας οὖν] ὁ οὖν σύνδεσμος περιττός ἐστιν. πρὸς γὰρ τὸ ἄνω ἐστίν. „ὁ δὲ τῶν Μεσσηνίων χάριτι πεισθείς, ἆρας ἀλλ᾽ ἐπεὶ διὰ μακροῦ ἀνταπέδωκεν, διὰ τοῦτο τὸν σύνδεσμον παρέλαβεν. § Ἄλλως. ὁ οὖν σύνδεσμος, εἰ καὶ περιττὸς τῷ Ἀντύλλῳ δοκεῖ, ἐγὼ πάνυ ἀναγκαίως λέγω προσκεῖσθαι αὐτόν, τὴν βουλὴν γὰρ εἰπὼν ἐπήγαγε τὴν πρᾶξιν, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν „οὖκουν ἐνθυμηθεὶς ἔπραττεν ὅπερ ἐνεθυμήθη“. Pari modo res se habet IV, 19. Sed neque e locis Marcellini supra allatis neque e scholiis, quae Antyllo debemus, qualis ratio huius commentarii fuerit, colligere possumus. Goslingsius l. l. respiciens Marcellini paragraphum 36. etiam ea scholia, quae sunt de figuris Gorgianis I, 2. ἡ νῦν Ἑλλάς et I, 144. γνώμῃ τε πλείονι ἢ τέχνῃ, grammatico illi tribuere uoluit, quae opinio quamquam satis probabilis uidetur, tamen dolendum est, quod locos ceteros, ubi figurae Gorgianae in scholiis notantur, prorsus omisit, fortasse ea re commotus, quod uocabula τὸ σχῆμα Γοργίειον ibi desunt.[1]) Alias opiniones de Antyllo eiusque libro non protulit. Doberentzius uero p. 5.—8. miris artificiis demonstrare conatus est ubique Antylli nomen in Didymi mutandum esse. Quae opinio cum neque ullo nitatur certo argumento et Suidae testimonio repugnet, digna omnino non est, de qua disputetur.[2])

Alter grammaticus, quem commentarium in Thucydidem conscripsisse scimus, uolgo Asclepiades nominatur. Bis

1) I, 2. 12. 17. 19. 21. 37. 48. III, 1. etc.

2) Nomen Antylli nunquam fere in litteris graecis recurrit. Nouimus quidem ex Athen. III. p. 108. C, 118. E Nicostrati siue Philetaeri fabulam, cui nomen inditum erat Ἄντυλλος, cuius fabulae quale fuerit argumentum, e tribus fragmentis diuinari non potest. Praeterea hoc nomen habemus in titulo 3841[i]. add.

omnino grammaticum illum citatum uidemus, semel in uita Marc. § 58.: *ἰστέον δὲ ὅτι τὴν πραγματείαν αὐτοῦ οἱ μὲν κατέτεμον εἰς τρεῖς καὶ δέκα ἱστορίας, ἄλλοι δὲ ἄλλως. ὅμως δὲ ἡ πλείστη καὶ ἡ κοινὴ κεκράτηκε τὸ μέχρι τῶν ὀκτὼ διηρῆσθαι τὴν πραγματείαν ὡς καὶ ἐπέκρινεν ὁ Ἀσκληπιός;* semel in scholiis I, 56.: *ἐπιδημιουργούς*] *ὁ Ἀσκληπιάδης τὴν ἐπὶ πρόθεσιν περιττὴν λέγει. § ἐπιδημιουργοὶ ἄρχοντες πεμπόμενοι φυλάρχων τάξιν ἔχοντες. § ὄνομα ἀρχῆς δημιουργὸς παρὰ Κορινθίοις* [*ἀποίκοις*]. *ἄλλοι γὰρ ἄλλως τοὺς ἄρχοντας καλοῦσιν. ἰστέον δὲ ὅτι τούτους οἱ Κορίνθιοι ἀπέστελλον κατὰ ἔτος Ποτιδαιάταις.* Variam igitur habemus nominis scripturam, de qua iam Krueger (Analect. I. p. 79.) ita egit, ut etiam Marcellino *Ἀσκληπιάδης* nomen restitueret. Sed cum Lehrsius (Anall. gramm. Regimonti a. 1846.) etiam Asclepios quosdam fuisse grammaticos demonstrauerit, dubium est, utra nominis forma praeferenda sit. Accedit, quod nominis ipsius cum patronymico confusionem creberrimam esse scimus, cf. notissimum illud exemplum in uita Theocriti et alia multa. Hunc autem Asclepiadem Myrleanum Eumenis et Attali aequalem fuisse Krueger l. l. putauit et persuasit Muellero (Fragm. histor. Graec. uol. III. p. 299.). Neque tamen haec suspicio ullo firmo nititur fundamento, cum haud pauci Asclepiadae innotuerint. Quod si recordamur ante Didymum uestigia commentariorum nulla inueniri, potius cum Lehrsio l. l. no. 11 de grammatico posterioris aetatis cogitabimus. Ceterum commentarium Asclepiadis magis rerum explicationes continuisse Doberentzius p. 11. affirmat eo argumento fretus, quod locis supra laudatis formula *ἰστέον ὅτι* addita sit: ubicunque igitur illa occurrat, scholii auctorem esse Asclepiadem. Quod argumentum admodum futtile nihil probat nisi ignorantiam auctoris, qui uel e scholiis Thucydideis, si diligenter ea collegisset,[1]) hanc sententiam prorsus falsam esse intellexisset. Alteram opinionem profert Doberentzius ad scholion illud notissimum I, 56.: *Ἀνδοκίδης*] *ὁ εἷς*

1) Inuenitur haec formula I, 6. 10. 11. 25. 86. 87. 141. II, 29. 36. 85. III, 4. 110.

τῶν δέκα ῥητόρων, ὥς φησιν Ἀκουσίλαος. Acusilao, notissimo logographo, falsam hanc explicationem tribui non posse neque quisquam negauerit et intellexit Doberentzius, cui Classenus I. p. 272. assensus est. Sed p. 12. hanc explicationem miris artificiis usus Asclepiadi adscribit, quam opinionem, cum omni careat fundamento, refutare opus non est. Sed quid ipse sentiam, explicare liceat. Iam antiquitus libros subditicios fuisse sub ueteris illius Acusilai nomine Suidas s. uu. Ἑκαταῖος Μιλήσιος, ἱστορῆσαι, συγγράφω testis est: τὰ Ἀκουσιλάου νοθεύεται. Mueller igitur (F. H. G. I. p. XXXVII.) iam Alexandrinorum temporibus, ut aliis, ita Acusilao libros suppositos esse affirmat. Sed falsam illam explicationem ex illis Pseudoacusilai scriptis depromtam non esse, uel inde apparet, quod Suidas s. u. Σαβῖνος haec tradit: σοφιστὴς γεγονὼς ἐπὶ Ἁδριανοῦ Καίσαρος ἔγραψεν εἰσαγωγὴν καὶ ὑποθέσεις μελετητικῆς ὕλης βιβλία δ'. εἰς Θουκυδίδην καὶ Ἀκουσίλαον καὶ ἄλλους ὑπομνήματα καὶ ἕτερά τινα ἐξηγητικά. Nam uiri docti alterius post Chr. n. saeculi, si talis ἀναχρονισμός in scriptis illis subditiciis fuisset, statim ea subdita esse suspicati commentariis certe non exornassent. Alia est de ea re Goslingsi opinio p. 67., qui ad Suidam s. u. Ἀκουσίλαος prouocat, ubi haec sunt: Ἀκουσίλαος Ἀθηναῖος ὢν Ἀγαθοκλείας. οὗτος ἠράσθη λόγων ἐν Ἀθήναις καὶ ἐλθὼν εἰς Ῥώμην διέτριψεν ἐν λόγοις ῥητορικοῖς. Ad hunc locum refert scholion illud, quod iam Nicolai (Gesch. d. griech. Liter. II. p. 440.) ante illum fecerat, si uerba eius obscura recte interpretor. Quae coniectura quamuis sit probabilis, certam tamen eam esse uix crediderim, quia e Suidae uerbis concludi omnino non licet Acusilaum, Galbae aequalem, de Thucydide egisse.

Tertius Thucydidis interpres Phoebammon citatur I. 53.: τῶν δὲ Κερκυραίων] τῶν δὲ, τουτέστι, τοῦ ἄλλου μέρους. οὕτω Φοιβάμμων φησί. ἵν' ᾖ, τῶν δὲ τὸ μὲν στρατόπεδον τῶν Κερκυραίων . . . . οἱ δὲ Ἀθηναῖοι. Praeterea Suidae glossam habemus: Φοιβάμμων· ῥήτωρ. Is num idem sit atque auctor σχολίων περὶ σχημάτων ῥητορικῶν, quae etiam nunc exstant, incertum est. Aequalis Synesii fuisse creditur, quem

exeunte saeculo quarto et quinti initio scripsisse constat. cf. Walz. Rhett. Graec. VIII. p. 487. sqq.

Quartum Thucydidis interpretem cognouimus e codice Palatino E, saeculi undecimi, cf. Wattenbach. Palaeogr. p. 34. et 42. Pleraque enim illius codicis scholia sunt Tzetzea, quae in ceteris libris praeter Basileensem non inueniuntur, uersibus politicis (*τὸ Εὐριπίδειον* ipse uocat II. 102.) conscripta et permultis locis mirum quantum corrupta. Codex, quo Tzetzes usus est, diuersus erat a Palatino et saepe iis corruptelis inquinatus, quae ad itacismi tempora et posterioris aetatis consuetudines referendae uideantur. Habet enim pro *Κνιδίων* perperam *Κνιδαίων* III, 68., formas non atticas, quales in Palatino exhibentur, sed communis dialecti, ut *κλείσειν* IV, 18. cett. Nonnullis locis turpiter errat cf. VI, 104.: *Ἰώνιον*] sc. *κόλπον*.

Ἰώνιον μὲν ἀττικῶς μέγα γράφε,
ἄλλως δὲ μικρὸν οὐχ ἁμαρτήσεις γράφων.

Quos uersiculos Poppo ed. mai. II. uol. 1. p. 69. ipsi codicis librario attribuit, cuius rei nulla attulit argumenta. Immo non esse mihi uidetur, cur haec scholia Tzetzae, qui se ipsum tam saepe nominat, adimamus, praesertim cum scholia omnia adeo corrupta sint, ut ex alio exemplari esse transscripta uideantur. Scholia Tzetzea ad explicandum et emendandum Thucydidem perpauca afferunt, quapropter Bekker ea omnino omisit, Goslingsius eorum nullam facit mentionem, Doberentzius obiter tantum attingit.

Hac occasione data de scholio quodam agere liceat, quod qui obiter inspexerint, fortasse interpretem Thucydidi fuisse concludant, qui nunquam fuit. Sunt enim in schol. Pal. ad VI, 4. eadem manu, quae scholia Tzetzea scripsit, scripta haec:

Τζέτζης· Οὕτως Ἐπαφρόδιτος ὡς λέγεις γράφει,
κλῆσιν ἐκεῖ γὰρ ἡ πάχνη ταύτην φέρει,
ὁ Πρόξενος δὲ σύν τισιν ἄλλοις (σὺν Ἑλλανίκῳ) λέγει
Γέλωνος ἀνδρὸς ἔκ τινος Γέλαν πόλιν,
(οὗτος ὁ Γέλων υἱὸς Αἴτνης καὶ Ὑμάρου ὡς Θεόπομπος)

ἐξ Ἀντιφήμου δ᾽ αὖ γέλωτός τις λέγει.
χρησμῷ μαθὼν γὰρ ὡς πόλιν μέλλει κτίσαι
γελᾷ δοκήσας τῶν ἀνελπίστων τάδε,
κλῆσιν ὅθεν τέθεικε τῇ πόλει Γέλαν.

Quos uersus in codice uehementer corruptos equidem in integrum restituisse mihi uideor. Perlucent igitur e miseris Tzetzae laciniis fragmenta optimae doctrinae magnamque mouent suspicionem, illum adnotationem quandam e priorum uasis transfudisse. Et reuera res ita se habet. Legimus enim apud Stephanum Byzantium pag. 200. ed. Mein. *Γέλα· πόλις Σικελίας. ἡ γενικὴ Γέλας. τὸ δὲ Γέλης ἰωνικόν. καλεῖται δ᾽ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα, ὁ δὲ ποταμὸς ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ. ταύτην γὰρ τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν γέλαν λέγεσθαι. Πρόξενος δ᾽ ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόρων Σικελικῶν καὶ Ἑλλάνικος ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης καὶ Ὑμάρου. Ἀρισταίνετος δ᾽ ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Φασήλιδα, ὅτι Λακίας καὶ Ἀντίφημος ἀδελφοὶ ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς μαντεύσασθαι, τὴν δὲ Πυθίαν οὐδὲν περὶ ἐκείνων λέγουσαν προστάσσειν τὸν Λάκιον πρὸς ἡλίου ἀνατολὰς πλεῖν, τοῦ δ᾽ Ἀντιφήμου γελάσαντος τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν „ἐφ᾽ ἡλίου δυσμῶν“ καὶ Γέλαν πόλιν οἰκίσαι κτλ.* Hinc igitur Tzetzem sua deriuasse certum esset, nisi nomina Epaphroditi et Theopompi obstarent. Epaphroditus unus nobis notus est, lexicographus et commentator epicorum. At in fragmentis a Luentznero collectis [1]) nec ullum exstat uestigium, unde colligi possit grammaticum illum operam in Thucydide posuisse, neque omnino uerisimile est eum commentarium in Thucydidem confecisse. Praeterea Theopompi mentio facta est, qui apud Stephanum non commemoratur. Res igitur ita est comparata, ut et Stephanum Byzantium et Tzetzem e communi fonte hausisse iudicemus. Utrum Stephanus pleniora Thucydidis scholia habuerit, an Tzetzes pleniorem Stephani codicem expilauerit (constat autem propter usum frequentissimum

1) E. Lüntzner, Epaphroditi grammatici quae supersunt. Diss. Bonn. a. 1863.

illius opus in breue esse contractum) hodie diiudicari nequit. Epaphroditum igitur hanc doctrinam non in commentario sed in lexico, ex quo hauserunt siue scholiastae siue Stephanus, protulisse certum est.

Sextum Thucydidis interpretem Doberentzius affert Marcellinum, cui uolgo uita Thucydidis adscribitur, duobus argumentis nisus. In codice enim Vaticano haec fere legi dicit: 'Marcellini in Thucydidem scholia, Thucydidis uita eiusque libri octo', et in Palatino uitam inscribi '*Μαρκελλίνου ἐκ τῶν εἰς Θουκυδίδην σχολίων περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ καὶ τῆς τοῦ λόγου ἰδέας.*' Quisnam fuerit aut quo tempore floruerit Marcellinus ille, inter uiros doctos ambigitur. Unum tantum de eo exstat testimonium schol. Aesch. p. 285. Schultz. *παράδοξος*] *ταύτην οἱ περὶ Μαρκελλῖνον προκατασκευήν φασιν.* Sed cum Suidam et uita Marcellini pleniore et meliorem in ordinem redacta, quam quae nunc exstat, usum esse Petersenus (de uita Thucydidis p. 11.) optime demonstrauerit, et scholia Thucydidea inde a sexto post Chr. n. saeculo in eam, qua nos utimur, formam redacta sint (conferatur appendix I.), habemus terminos, et ante quem et post quem Marcellinum illum uixisse consentaneum est. Neque uero res ita se habet, ut Doberentzius contendit, cum Vaticani, quam ille attulit, inscriptionem omnino falsam esse Schoenius contendat et Petersenus l. l. p. 9. fusius de Palatini superscriptione agens exponat, titulum in duos discernendum uideri, quorum priorem *Μαρκελλίνου εἰς Θουκυδίδην σχόλια*, posteriorem *περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ καὶ τῆς τοῦ λόγου ἰδέας* fuisse affirmat. Haud scio an in illa explicatione acquiescendum sit, nam, si reuera Marcellinus e scholiis Thucydideis sua hausisset, uti uult Ritter, id maximam mirationem moueret, quia ne leuissimum quidem argumentum e scholiis Thucydideis pro illa opinione adferri potest. Atque, si hoc ita esset, nonne exspectaremus ad V, 26. et IV, 100. — 105. nonnulla scholia exstare, quae etiam nunc Marcellini et scholiastarum consensum indicarent? Itaque Doberentzi sententia, quippe quae fundamento utatur satis infirmo, probari uix potest.

Caput III. *De ceteris in Thucydidis libros commentariis.*

De ceteris fontibus, e quibus scholia profecta sunt, ita mihi agendum uidetur, ut priore loco disseram de commentationibus et ceteris scriptis, quae ad Thucydidem pertinent, atque, quid singulis adscribi possit, exponam, altero loco accedam ad lexica, e quibus explicationes singulorum uerborum et rerum fluxerunt, et describam, quonam modo alii ex aliis sua compilauerint et singula saepissime conturbauerint.

Atque primo loco nobis agendum est de Didymo Chalcentero, ad quem Ritter primam uitae Marcellini partem referre uoluit. Et attulisse Didymum nonnulla, quae ad uitam Thucydidis pertinerent, ab antiquioribus auctoribus petita atque fortasse etiam uitam conscripsisse e fragmentis, quae Mauritius Schmidtius (Didym. p. 321—334.) collegit, apparet. Commentarii uero in Thucydidis historiam compositi nullum reperitur certum uestigium. Nam quod Ammonius (p. 131. Valcken.[1]) *συμμαχεῖν καὶ ἐπιμαχεῖν διαφέρει. συμμαχεῖν μὲν γὰρ λέγουσι τὸ σὺν ἑαυτοῖς, φησὶ Δίδυμος, εἶτ᾽ αὐτοὶ ἐπίοιεν πολεμίους εἴθ᾽ ἕτεροι ἐπιστρατεύοιεν, ἐπιμαχεῖν δὲ ὅταν τοὺς ἐπιόντας ἀμύνωνται μόνον διέσταλκε Θουκυδίδης ἐν τῇ α΄ λέγων· Κερκυραίοις Ἀθηναίους συμμαχίαν μὲν οὐ ποιήσασθαι, ἐπιμαχίαν δέ*, cum scholio I, 44. omnino conuenit, inde commentarium in Thucydidem conscripsisse Didymum non efficitur, quippe qui in lexicis quoque de hac re disserere potuerit. Quae sententia eo firmatur, quod in lexico comico eum de Aeschine exposuisse notum est cf. Harpocr. s. u. *ξηραλοιφεῖν*. Multo plura scholia e Didymi siue commentario siue lexico fluxisse contendit Goslingsius p. 11. sqq., qui eo potissimum argumento nititur, ut Naberum secutus scholia Didymo adscribenda esse putet, si Hesychius cum Photio, Suida, Eustathio plus minusue consentiat. Secundum Batauos igitur et Hesychius et Photius (i. e. atticistae) e Diogeniani libro, qui inscriptus erat *περιεργοπένητες*, hauserunt. Hoc si uerum esset, Pamphilum

1) cf. Hesych. s. u., Thom. Mag. p. 164. ed. Ritschl.

siue Didymum certissimum harum glossarum auctorem haberemus. Neque tamen haec res, quam Naber proll. p. 27.—30. demonstrasse sibi uisus est, tam certa est, quam quis credere possit, praesertim cum Boysenus (de Harpocrationis fontibus p. 62.) exempla ab illo allata bene refutarit et (p. 63.) contrariam sententiam dixerit. Mihi cum Boyseni sententia maxime arrideat, eam in hac quaestione sequar. Id tamen libenter concedo, hanc quaestionem, cum tot lexica in bibliothecarum tenebris lateant (Eudemum, alios dico), ad certum finem perduci non posse. Scholia singula, quae Goslingsius l. l. protulit, postea omnia exhibebo capite quarto, ubi de atticistarum lexicis mihi dicendum erit, quapropter fusius hoc loco de illis agere in animo non est. Haec sunt I. 6. *χρυσῶν τεττίγων*. ib. *κρωβύλος ἐν ἔρσει*. I. 56. *δμήρους*. I. 132. *παιδικά*. II. 49. *καρδίαν*. ib. *πελιτνός*. II. 62. *κηπίον*. II. 83. *πορθμόν*. II. 93. *ὑπηρέσιον*. IV. 10. *ῥόδιον*. ib. *ῥαχίαν*. IV. 12. *παρεξειρεσίαν*. IV. 48. *εἰς τὰς σφαγάς*. IV. 97. *δμωχέτας*. VII. 41. *ἔπειτα αὐτοὺς αἱ κεραῖαι*. Non potuisse omnino haec deriuari e Didymi lexicis nolim affirmare: id tantum contra Batauos contendo uestigia certa, quae ad Didymum auctorem pertineant, prorsus abesse. Hoc de ratione Goslingsi et de uniuersis exemplis dicendum erat. De singulis infra exponam.[1])

---

1) Res est difficillima atque ea, de qua uiri docti uehementer inter se discrepant. Naber rem ita sibi constituit, ut hoc schema efficiat:

Didymus
|
Pamphilus
|
Vestinus
|
Diogenianus
Dionysius Pausanias
Photius et Suidas

Sed Boysenus, qui p. 62. eum, ut mihi quidem uidetur, bene refellit, cum Schmidtio (Quaest. Hesych. p. CXXV.) Diogenianum potius hausisse ex atticistis demonstrare uoluit. Quae opinio contra Naberi sententiam ea re sustentatur, quod atticistarum fragmenta multis antiquissimorum auctorum fragmentis ornata uidemus, quae apud Diogenianum desiderantur. Fortasse autem Schmidtius recte censet (Didym. p. 83.) et atticistas et Diogenia-

Ceteri commentarii, qui Thucydidis libros explicauerunt, omnes fere apud Suidam solum afferuntur. Primo loco nominandus est Numenius rhetor, qui scripsit *περὶ τῶν τῆς λέξεως σχημάτων, ὑποθέσεις τῶν Δημοσθένους καὶ Θουκυδίδου, χρειῶν συναγωγὴν κτλ.* Fuit Hadriani imperatoris temporibus, si quidem idem est Alexandri sophistae pater, quem laudatum inuenimus apud Walz. Rhett. gr. IV. p. 35. VII. p. 53. Fortasse breuia illa argumenta, quae in libro I. singulis capitibus praemissa sunt, recte ad Numenium referuntur, id quod iam Doberentzius p. 14. suspicatus est.

Sequitur Iulius Vestinus, quem Suidas tradit *ἐκλογὴν ἐκ τῶν Θουκυδίδου Ἰσαίου Ἰσοκράτους καὶ Θρασυμάχου τοῦ ῥήτορος καὶ ἄλλων ῥητόρων* conscripsisse. Quas res continuerint eclogae illae, nescimus. Si constaret locos Thucydidis ipsius excerptos fuisse, hoc nihil attineret ad hanc disputationem. Sed fuisse uoces et formas selectas, eis probari uidetur uerbis, quae antecedunt: *Οὐηστῖνος Ἰούλιος χρηματίσας, σοφιστής, ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν βίβλους δ', ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Δημοσθένους βιβλίων.* Lexicographus igitur fuit, propter fontium penuriam nobis fere ignotus, de quo quae accepimus, Meier Op. II. p. 47. congessit, cf. eiusdem libri p. 43. not. 172. Vestigia illius doctrinae apud scholiastas Thucydideos indagare non potui, sed propter nexum, quo omnia haec lexica inter se coniuncta sunt, nonnulla e Vestini quoque copiis ad nos peruenisse non negauerim cf. Schmidt. praef. ad Hesych. ed. mai. p. 85.

Tiberius *φιλόλογος* (codices perperam habent *φιλόσοφος*) *καὶ σοφιστὴς* scripsit *περὶ Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου.* Si scholia primi potissimum libri perscrutamur, saepissime miramur, quod scholiasta tam saepe Herodoti Musarum noti-

---

num Pamphili scrinia expilasse. Neque tamen hoc poterit demonstrari, cum Pamphili fragmenta non agant de iisdem uocabulis, de quibus fragmenta atticistarum. De Harpocratione in hoc stemma inserendo consulto tacuimus. Eum ex atticistis hausisse Boysenus p. 81. 82. contendit, negat Stoientinus (cf. Jahrbb. für klass. Philol. 1879. p. 113. sqq.), qui eum ex communi fonte, h. e. e Pamphili lexico sua deriuasse censet.

tiam prae se ferat, ut diligentissima studia eum in illis collocasse certum mihi uideatur. Grammatico igitur scholia illa adscribenda uidentur, qui et ipse Herodotum optime norit et commentarios in illum conscripserit. Quia autem praeter Tiberium et Heronem (cf. p. 83.) nemo interpres Thucydidis nominatur, qui etiam Herodotum commentario instruxerit, alterutri [1]) haec scholia uidentur adscribenda esse. Exstat praeterea libellus Tiberii rhetoris *περὶ σχημάτων* apud Walz. Rhett. Graec. uol. VIII., in quo nonnunquam exempla Thucydidea citantur; cf. cap. 27.: *κἀκεῖνο δὲ παρονομασία τὸ παρὰ Θουκυδίδῃ „ἀλλ' ἢ τούτους μεταπέμπειν δέον ἢ ἄλλην μὴ ἐλάττω στρατιὰν*

1) I. 10. *πεποίηκε*] *ἐπιτηδείως τὸ „τὸν ποιητὴν πεποιηκέναι“ ὥσπερ λέγομεν τὸν φιλόσοφον ὡς ἐφιλοσόφησεν.* § *ἱστέον ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἡροδότου ὠφείληται.* — I. 13. *καὶ Ἴωσιν ὕστερον*] *μετὰ τὴν τῶν Κορινθίων ναυπηγίαν ἡ τῶν Ἰώνων εἰσάγεται περὶ τὸ ναυτικὸν ἐπιμέλημα.* § *ἡ δὲ ἱστορία τῶν Ἰώνων δήλη ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορίᾳ τοῦ Ἡροδότου* (I. 141.). — I. 20. *τὸν Πιτανάτην λόχον*] *ἀπὸ Πιτάνης κώμης.* § *Ἡρόδοτος μαρτυρεῖ, ὅτι ἦν ὁ Πιτανάτης λόχος κληθεὶς ἀπὸ Πιτάνης, κώμης λακωνικῆς* cf. Herod. IX. 53. — I. 21. *λογογράφοι*] *αἰνίττεται τὸν Ἡρόδοτον.* — I. 22. *τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν*] *πάλιν αἰνίττεται πρὸς Ἡρόδοτον.* — ib. *κτῆμα*] *κέρδος. κτῆμα τὴν ἀλήθειαν. ἀγώνισμα τὸν γλυκὺν λόγον. αἰνίττεται δὲ τὰ μυθικὰ Ἡροδότου.* — I. 57. *Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλέλληνος καλουμένου, ὃς ἐν τοῖς Μηδικοῖς ἤκμαζεν.* Apud Herodotum passim; nusquam uero cognomen Philhellenis apparet. — I. 60. *Ἀριστεὺς ὁ Ἀδειμάντου*] *τοῦτον ἴσμεν ἐν τοῖς Μηδικοῖς πρὸς Θεμιστοκλέα στασιάζοντα* cf. Herod. VII. 137. — I. 126. *Κλεομένης*] *βασιλεὺς Λακεδαιμονίων οὗ μέμνηται Ἡρόδοτος* (V. 70.). — I. 137. *γράψας τὴν ἐκ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν, ἣν ψευδῶς προσεποιήσατο, τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν. ταῦτα κεῖται παρ' Ἡροδότῳ ἀκολούθως* (VIII. 110.). — II. 7. De Delo insula *πρότερον οὐ σεισθεῖσα*] *καὶ μὴν Ἡρόδοτος* (VI. 98.) *λέγει, ὅτι ἐκινήθη ἐν τοῖς Μηδικοῖς.* — II. 89. *πρῶτοι ἐκτήσαντο* (sc. *οἱ Τημενίδαι τὴν παρὰ θάλασσαν νῦν Μακεδονίαν*)] *τοῦτο καὶ Ἡρόδοτος ἱστορεῖ ἐν τῇ ἑνάτῃ κατὰ διέξοδον* (immo VIII. 137.). — II. 97. *ταύτῃ δὲ*] *τῇ τῶν Σκυθῶν ἰσχύι.* § *περὶ τῶν Σκυθῶν τοῦτο καὶ Ἡρόδοτος λέγει* cf. Herod. IV. 46., ubi neminem Scythis resistere posse narrat. — III. 54. *καὶ γὰρ ἠπειρῶται*] *ταῦτα πάντα πλατικῶς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος.* — III. 55. *καὶ ταῦτα παρ' Ἡροδότῳ κεῖται διεξοδικῶς.* — III. 62. *ὀλίγων ἀνδρῶν*] *Ἀτταγίνου καὶ τῶν ἄλλων μηδισάντων.* Agit Thuc. de optimatibus Thebanis, qui *ἐμήδισαν*. Nomen Attagini nusquam inuenire potuit scholiasta nisi apud Herod. IX. 5. 85. — III. 104. *Πολυκράτης*] *ὁ εὐτυχὴς οὗ μέμνηται Ἡρόδοτος.*

ἐπιπέμπειν". καὶ πάλιν „τί ἐβούλευσαν οὗτοι καὶ οὐκ ἀπέστησαν". cf. Thuc. VII. 15. III. 39. Ibidem cap. 35. luculentum habemus exemplum, Tiberium illum et Thucydidis et Herodoti notitiam habuisse: παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ „καὶ οἱ μὲν ὕπνον ἥροῦντο" ἀντὶ τοῦ „ἐκάθευδον" καὶ παρ' Ἡροδότῳ „ἐνέσκηψεν ὁ Θεὸς θήλειαν νόσον" ἀντὶ τοῦ „ἐποίησεν ἀνδρογύνους ἢ ἐναγότας". Et postea saepius exempla Thucydidea inueniuntur. Auctorem igitur huius libelli Thucydidis opus optime nouisse apparet, praesertim cum exempla ab ipso allata non in ceteris περὶ σχημάτων libellis rhetoricis, quos quidem Walzius edidit, occurrant.

Sequitur Claudius Didymus, de quo Suidas s. u. Δίδυμος Κλαύδιος χρηματίσας, γραμματικός, περὶ τῶν ἡμαρτημένων Θουκυδίδῃ, περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας, ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλέωνος καὶ ἄλλα τινά. Meier Op. II. p. 61. eundem esse illum atque Aristarcheum coniecit, sed argumenta non attulit. Cui coniecturae uidetur obstare, quod alias nunquam Claudii cognomen Chalcentero tribuitur. Facio igitur cum Schmidtio (Didym. p. 345.), Doberentzio p. 8., Goslingsio p. 10., qui omnes hunc Claudium Didymum a Didymo Chalcentero secernunt.

Euagoras Lindius, cf. Suid. s. u., scripsit βίον Τιμαγένους καὶ ἑτέρων λογίων et alia multa. In titulorum numero inueniuntur ζητήσεις κατὰ στοιχεῖον Θουκυδίδου et τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν, quibus eundem librum significari iam Bernhardy ad Suid. l. l. uidit, cf. Doberentz. p. 14.

Heron, Cotyis filius, Atheniensis ὑπομνήματα εἰς Ἡρόδοτον, Ξενοφῶντα καὶ Θουκυδίδην confecit. Quonam tempore fuerit, incertum est. — Certum genus scholiorum omnibus his auctoribus attribui non potest.

Claudit agmen Porphyrius, ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, ὃς κυρίως ἐκαλεῖτο βασιλεύς. Τύριος φιλόσοφος, μαθητὴς Ἀμελίου τοῦ Πλωτίνου μαθητοῦ, διδάσκαλος δὲ Ἰαμβλίχου, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Αὐρηλιανοῦ καὶ παρατείνας ἕως Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως ἔγραψε βιβλία πάμπλειστα, φιλόσοφά τε καὶ ῥητορικὰ καὶ γραμματικά. In titulorum

numero apud Suidam etiam hos inuenimus: *εἰς τὸ Θουκυδίδου προοίμιον, πρὸς Ἀριστείδην ζ'*, unde facile intellegitur et Thucydidem et Aristidem diligenter a Porphyrio lectitatos esse. Quamuis dubium sit, quid septem *πρὸς Ἀριστείδην* libelli continuerint, id certum uidetur, priorem libellum *εἰς τὸ Θουκυδίδου προοίμιον* nihil aliud fuisse, quam commentarium, cuius reliquiae fortasse etiam nunc in scholiis Thucydideis exstant. Cum uero ad Thuc. I. 2. habeamus scholion, in quo locus quidam Aristidis (quem neminem alium fuisse censeo, quam rhetorem notissimum) laudatur, ea suspicio non prorsus improbabilis mihi uidetur, Porphyrio hunc totum locum [1]) adscribendum esse, praesertim cum perraro fiat, ut scriptores posterioris aetatis a scholiastis et lexicographis testes citentur, quia semper fere notitiam ueterum auctorum prae se ferre malunt, nisi ipsi posteriores auctores, ut Suidas fecit, accurate tractauerunt.

Restat, ut agamus de Aspasio Byblio, quem Doberentzius p. 13. commentarium in Thucydidem conscripsisse contendit. Aspasius enim (ut Schultzius, Jahrbb. für klass. Philologie uol. 93. p. 294. demonstrauit) commentarium in Aeschinis orationes confecit, Thucydidem autem saepius in scholiis Aeschineis laudari satis notum est. Quorum e numero duo congruunt cum Thucydideis, schol. Thuc. I. 6. et schol.

---

1) *Ἐς Ἰωνίαν*] *προληπτικόν ἐστι σχῆμα· ὅταν τὸ συμβὰν ὕστεροι προλαβόντες καλέσωμεν. ὃ γὰρ ξυνέβη μετὰ τὴν οἴκησιν τῶν ἀνδρῶν (λέγω δὲ τὸ κληθῆναι Ἰωνίαν), τοῦτο αὐτὴν προσηγόρευσε, πρὶν ἐκπεμφθῆναι τοὺς ἄνδρας, προδιδοὺς καὶ προχαριζόμενος τὴν προσηγορίαν ταύτην τῇ χώρᾳ· οὐ γὰρ οὔσης πρὸ τούτου τῆς Ἰωνίας, ἀπέστειλαν ἐκεῖσε τὸν ὄχλον οἱ Ἀθηναῖοι, ἐφ' ᾧ κτίσειν καὶ οἰκῆσαι τὴν γῆν. καὶ οἱ πεμφθέντες ἐκεῖσε κατοικῆσαι, οὕτω καλεῖσθαι τὴν χώραν παρεσκεύασαν. τοῦτο δὲ καὶ Ἀριστείδης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ* (cf. uol. I. p. 157. Dind.) *ἐποίησεν εἰπών „λυσαμένη τὴν ζώνην ἐν ζωστῆρι τῆς Ἀττικῆς“, ὁ δὲ νοῦς οὗτος· πολλῶν καταφυγόντων ἐς τὴν Ἀττικὴν διὰ τὸ ἀσφαλὲς εἶναι τὸ χωρίον τοσοῦτον ἐγένετο πλῆθος, ὥστε τῆς Ἀττικῆς στενοχωρουμένης καὶ μὴ οὔσης ἱκανῆς τρέφειν τὸν ὄχλον, ἀνάγκη γέγονε μερίσαι τὸ πλῆθος καὶ εἰς ἀποικίαν ἐκπέμπειν· οὗτος δὲ προληπτικῶς χρησάμενος εἶπεν· εἰς Ἰωνίαν ἀπέπεμψεν*
Praeterea Aristides laudatur in schol. Thuc. I. 101.

Aesch. I. 64. *κρωβύλος ἐν ἔρσει*; schol. Thuc. II. 2. et schol. Aesch. I. 29. *θέμενοι τὰ ὅπλα*. Eundem igitur utriusque scholii auctorem habemus. Quid vero? Habemusne, cur Aspasium auctorem esse iudicemus? Immo uero, utrumque scholion infra ex atticistarum lexicis deriuatum esse demonstrabimus, unde efficitur Meierum (Praef. ad Demosth. Mid. p. XVII.) audacius contendisse ab Aspasio, Aeschinis interprete, commentarios in Thucydidem compositos esse. Doberentzius uero ipse sibi repugnat, cum Aspasium in numerum eorum referat, „e quorum commentariis haud dubie multa petita sunt“ et paucis tantum uersibus interiectis haec scribat: „neque tamen ullo horum loco in scholiis, quae nunc exstant, commentarii adhibiti esse uidentur, ita ut scholiorum collectionem, quam hodie habemus, eos ei ignotos fuisse paene existimes“, nisi his in uerbis, quae intellegere omnino non queo, error typothetae latet.

Caput IV. *Ex quibus grammaticis et lexicographis scholia Thucydidea deriuata sint.*

Cum omnibus, quos inuestigare potui, Thucydidis commentatoribus perlustratis nullam fere esse uiam intellexissem, quam secutus scholia nonnulla certis auctoribus tribuere possem, scholia ipsa mihi aggredienda esse putaui, num forte inde unum uel alterum grammaticum aut lexicographum prioris aetatis scholiorum quorundam auctorem fuisse inueniremus.

Ac si quidem grammaticorum rationem habemus, quorum libri uel toti, uel magna ex parte superstites sunt, de quatuor praecipue agendum est, de Herodiano et Choerobosco, de Ammonio lexicographo et de Moeride atticista.

§ 1.

Atque Herodianum quidem ter in scholiis nostris laudatum inuenimus: ad II. 19. *Ῥειτούς*] *Ὦρος*[1]) *Ῥειτός*, *Ἡρω-*

1) Orus praeterea laudatur in schol. Thuc. V. 11. *Ἀτραμύττειον*]

διανὸς Ῥῖτος; ad II. 99. *Ἠδῶνας*] *Ἠδωνοὶ καὶ μεταπλασμῷ Ἠδῶνες καὶ Ἠδῶναι· οὕτως Ἡρωδιανός*; ad VIII. 44. *Καμίρῳ*] *Κάμιρος· Ἡρωδιανός καὶ Χοιροβοσκός*. Praeter locum ultimum etiam primum ad Choeroboscum referre licet, cf. Herod. ed. Lentz. II. p. 577.: *Ῥῖτος· ῥιτοὶ δέ εἰσι ποταμοὶ δύο διὰ φάραγγος ὑπὸ γῆν ῥέοντες ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ πλησίον Ἐλευσῖνος. λέγει Ὧρος διὰ διφθόγγου ῥειτὸς καὶ ὀξύνει, ὡς κλειτός, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου λέγει, ὅτι διὰ τοῦ ῑ γράφεται καὶ βαρύνεται, οἷον ῥῖτος σῖτος Τρῖτος*. Quae deprompta sunt e Choerobosci orthographia (Crameri Anecd. Oxon. II. p. 256, 13., cf. Herod. ed. Lentz. II. p. 418., Etymol. Mag. p. 703.). Alterum locum ut supra codices secuti attulimus, ita Lentzius exhibuit II. p. 729., in priore uolumine p. 25, 7. sic: *Τὸ δὲ Ἠδῶνες μεταπέπλασται ἐκ τοῦ Ἠδωνοί· λέγονται δὲ καὶ Ἠδῶναι*. Sed cum ille eam glossam soli scholiastae Thucydidis se debere altero loco fateatur, neque cetera lexica aut scripta grammatica auxilium nobis suppeditent, scholiastam quendam, donec auctor, qui inter illum et Herodianum intercesserit, inueniatur, Herodianum inspexisse censebimus. Tertium scholion est apud Herod. ed. Lentz. II. p. 530. *Κάμιρος· πόλις Ῥόδου· τὰ γὰρ διὰ τοῦ ῑρος ἐπὶ πόλεως λεγόμενα κτλ.* cf. I. p. 198. II. p. 449. Iure igitur, si Herodiani uerba, quibus Thucydides citatur, cum scholiis Thucydideis congruunt, atque si scholia nostra congruunt cum Herodiani uerbis, etiamsi apud eum Thucydidis nec nomen nec uerba afferuntur, scholiastas illius scrinia compilasse existimabimus. Et priore quidem

---

Ὧρον· Ἀδραμύττειον Εὔπολις· Ἀτραμύττειον Θουκυδίδης. Schwartzius quidem, Ael. Dion. p. 8., hunc locum ex Aelii Dionysii doctrina haustum esse demonstrare uoluit. Sed apud Ritschelium in libello aureo, qui „de Oro et Orione“ inscriptus est, nihil de accuratiore Thucydidis tractatione ab Oro instaurata legimus. In Antiatticista quidem, quem Naber Ritschelii quandam suspicionem secutus Ori doctrina niti contendit, prol. p. 98.—102., tam saepe laudatur, ut exempla apponere superuacaneum sit. Cum uero Boysenus hanc opinionem impugnauerit et loci singuli saepissime sint lacerati neque omnino conueniant cum scholiis Thucydideis, de Oro hoc loco amplius non est agendum, quippe cuius adnotationes per Choeroboscum in scholia nostra fluxisse uideantur.

ratione, quamquam omnes locos Thucydideos apud Herodianum allatos perscrutatus sum, nullum me repperisse fateor, quem sine ulla dubitatione cum scholio Thucydideo conferre possim. Alterius uero generis unum quidem exemplum inueni, quo Herodiani scripta a scholiastis usurpata esse ostendam. Legimus enim apud Photium s. u. *ληστικόν· ληστικὸν καὶ ληστρικὸν διαφέρει. τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ῥ σημαίνει τὸ σύστημα τῶν ληστῶν· τὸ δὲ μετὰ τοῦ ῥ τὸ κτῆμα τῶν ληστῶν· Θουκυδίδης ἐν α΄· τό τε ληστικὸν καθῄρει ἐκ θαλάσσης.* Spectat auctor huius adnotationis ad Thuc. I. 4., ubi hoc habemus scholion: *ληστικὸν τὸ σύστημα, ἤγουν οἱ λῃσταί· ληστρικὸν δὲ τὸ κτῆμα,* quod sane eadem continet atque Photius, quamuis decurtata. Similia refert Phrynichus p. 242, quem ad locum Lobeckius de perpetua illarum formarum in codicibus confusione uberius exponit. Fontem uero huius explicationis non habemus Aelium Dionysium, ut Schwartzius Ael. Dion. p. 87. contendit, sed Herodianum in libello, qui *Φιλέταιρος* inscriptus est, quem inuenies in appendice Moeridis Piersoniani, p. 450.: *ληστικὸν τὸ σύστημα τῶν ληστῶν· ληστρικὸν δὲ τὸ κτῆμα· οἷον καὶ τὸ ξίφος καὶ τὸ πλοῖον καὶ εἴ τι ἄλλο.* Eum enim libellum quamquam suppositicium esse Lehrsius, Anall. ad Herod. p. 418., et Lentzius (I. p. XV.) affirmauerunt, iidem tamen non dubitauere, quin multa ex Herodiani scriptis petita in illo inuenirentur. Accedit, quod explicatio ipsa atticistis minime conuenit, cum fere nusquam de uerbis synonymis exposuerint, sed potius Ptolemaeo Ascalonitae uel Ammonio, ut hos exempli causa afferam. Herodiani esse eam ob causam suspicor, quia et ille de synonymis scripsit in libris *περὶ ὀρθογραφίας* et cum atticistarum glossae imprimis Photiani lexici auxilio restituendae sint, id haud parui uidetur momenti, quod hanc glossam non in contextu ipso, sed in extrema codicis pagina manu antiqua adscriptam inueniri Naber ipse testatur.

§ 2.

Si Choeroboscum scholiorum nostrorum auctorem fuisse dicimus, nihil aliud dicimus, quam Herodianum eorum aucto-

rem fuisse, quem ab grammatico illo omnes sciunt saepissime ad uerbum exscriptum esse. Laudatur in scholio, quod iam supra attulimus, ad VIII. 44.: *Καμίρῳ*] *Κάμιρος Ἡρωδιανὸς καὶ Χοιροβοσκός* cf. Crameri Anecd. Paris. II. p. 259, 22. Praecipue scholia illa Tzetzea, de quibus supra p. 76. sqq. exposuimus, ad Choeroboscum referenda uidentur. Quod imprimis apparet e scholio ad I. 63, ubi Tzetzes haec adnotat:

ἱππῆς τις ἐξώρθωσε δίφθογγον γράφων,
ἦτα δὲ γράψον Ἀττικῷ τρόπῳ γράφων,
ὁ Σκύλλος οὗτος Ἀττικώτατα γράφει.
τὰ πάντα ταῦτα τοιγαροῦν ἦτα γράφε
ἱππῆς, ἀριστῆς, Φωκαῆς· πλὴν κυρίων
τὰ κύρια μόνα δὲ δίφθογγα γράφε
Δημοσθένεις λέγω τε καὶ τὰ τοιάδε.

et paulo infra ad uocem *τροπαῖον*:

καὶ τὸ τροπαῖον μὴ τρόπαιόν μοι γράφε,
ἂν ἀττικῶς γράφῃς δὲ, ταῦτά σοι λέγω.
ἄλλῃ δὲ γλωσσῶν εἰ γράφεις μοι τοὺς λόγους,
δίφθογγον ἱππεῖς καὶ τρόπαιόν μοι γράφε.

Priores uersus ad Choerobosci regulam, quae inuenitur in Etym. Mag. s. u. *ἱππεῖς*, conformati sunt: *δεῖ γιγνώσκειν, ὅτι ἐπὶ τῶν εἰς ευς ὀνομάτων ἡ εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν τὰ δύο εε εἰς τὴν ει κιρνᾷ ἐπὶ τῶν κυρίων. ἐπὶ δὲ τῶν μὴ κυρίων παρ' ἡμῖν μὲν διὰ τῆς ει διφθόγγου, παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς εἰς η. βασιλέες βασιλῆς. Χοιροβοσκός.* cf. Choerobosc. in Theodos. *ὀνοματικόν* p. 217. ed. Gaisf. et Herod. ed. Lentz. II. p. 638., cf. I. 424. Altera regula[1]) conuenit cum Etym. Mag. p. 769, 14.: *πᾶν κτητικὸν οὐδέτερον ἀπὸ θηλυκοῦ γεγονὸς τρί-*

1) Hoc loco statim agam de scholio I. 30., quod uidetur Herodiani esse: *τροπαῖον ἡ παλαιὰ Ἀτθίς, ἧς ἐστιν Εὔπολις Κρατῖνος Ἀριστοφάνης Θουκυδίδης· τρόπαιον ἡ νέα Ἀτθίς, ἧς ἐστι Μένανδρος καὶ οἱ ἄλλοι,* quae eisdem fere uerbis redeunt apud schol. Ar. Thesmoph. 697. Cetera quidem lexica nihil tradunt, sed si Eustath. p. 531, 34. adieris, non alium huius explicationis auctorem esse mecum censebis, quam Herodianum *περὶ καθολικῆς προσῳδίας*, praesertim cum Choeroboscus fere ad uerbum concinat.

την ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν, οἷον κεφαλὴ κεφάλαιον, γυνὴ γύναιον· ὅθεν καὶ τροπὴ· τρόπαιον. οἱ δὲ παλαιοὶ Ἀττικοὶ περισπῶσιν, cf. Herod. ed. Lentz. I. p. 369. Schol. in Dionys. 678, 19. Fortasse etiam ceteri Tzetzae uersiculi ad Choerobosci doctrinam redeunt. Sed quia Choerobosci editiones aptis indicibus prorsus carent, alios locos nullos inuenire potui.

§ 3.

Alii grammatici in scholiis nostris non laudantur, sed ipsa res suadet, ut scholiastas ex illorum libris nonnulla in suas farragines inseruisse credamus. Ac si quidem Ammonii lexicon perscrutamur, quod tertio post Chr. n. saeculo conscriptum est, unam quidem glossam aperte cum scholiis nostris conspirantem inuenimus p. 97. ed. Valcken.: *ναναγία μέν ἐστιν αὐτὴ ἡ τῆς νηὸς διαφθορά· νανάγιον δὲ τὸ ἐξ αὐτῆς ἐκβρασθέν*, qua cum glossa confero scholion Thuc. I. 50.: *ναυάγια μὲν οὐδετέρως λέγεται, ὅταν τι τῆς νεὼς ἀπόληται οἷον πηδάλιον ἤ τι τοιοῦτον· ναναγία δὲ θηλυκῶς ἡ πᾶσα τῆς νεὼς ἀπώλεια λέγεται· τὰ δὲ νῦν οὐδετέρως εἴρηκεν.* Cum lexica cetera nihil eiusmodi habeant, dubium non est, quin scholiasta siue ex Ammonio siue e fonte communi hauserit. De qua re cum uiri docti omnino non disputauerint, longiore quaestione, quam cui nunc uacamus, ad eam rem expediendam opus est; id unum affirmo, nonnulla atticistarum, plura Ptolemaei Ascalonitae in hac opella synonymica inesse uideri. Praeterea inuenimus Thucydidem saepius ab Ammonio laudatum, cf. glossam *βάραθρον*, quam infra atticistarum esse demonstrabimus, quorum a libris glossas synonymicas, quae formulam illam sollemnem *τὰ καὶ τὰ διαφέρουσιν* habent, non plane alienas fuisse docet Photius s. u. *ἑώρων, ἱστὸς καὶ κεραία, ληστικόν.*

§ 4.

Restat, ut perscrutemur Moeridis *πονημάτιον* cf. Naberi proleg. ad Phot. p. 103, in quo libello tres loci inueniuntur,

quibus ille solus cum scholiastis nostris concinit; qua de causa nescio, an haec Dionysio uel Pausaniae tribuenda sint. Legimus enim p. 114. Pierson. *ἐξαληλιμμένον ἀντὶ τοῦ κεχρισμένον Θουκυδίδης*. Locus Thucydideus est III. 20., ad quem hoc habemus scholion: *οὐκ ἐξαληλιμμένον*] *οὐ κεχρισμένον*. Scholiasta igitur cum atticista conuenit. Item ad Moeridem referendum est scholion Thuc. IV. 125.: *ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι*] *ἀντὶ τοῦ ἀδήλως ἐκπλήττεσθαι*, nam Moeris ed. Pierson. p. 162. habet: *ἐκπλήγνυσθαι ἀντὶ τοῦ ἐκπλήττεσθαι Θουκυδίδης*, quam explicationem Thomas Magister [1]) exscripsit. Eadem habemus apud Suidam: *ἐκπλήγνυσθαι· ἐκπλήττεσθαι*, quae tamen e scholiis excerpta esse possunt cf. pag. 94. Tertio loco Moeridem adhibitum inueniemus in schol. I. 90.: *ἀπαλλαξείοντες*] *ἀπαλλακτικῶς ἔχοντες*, quocum conuenit Moeris p. 188. Bekker.: *ἀπαλλαξείοντες Ἀττικοί, ἀπαλλακτικῶς ἔχοντες Ἕλληνες*. Cetera lexica si euolueris, inuenies apud Hesychium Moeridis glossam, sed interpolatam. Apud Photium hoc loco lacuna est. Suidas alterum scholion: *ἤτοι ἐπιθυμίαν ἔχοντες ἀπαλλαγῆναι* descripsit, cf. Schol. Thuc. III. 84. = Thom. Mag. p. 11, 2. Ritschl. Lexica Segueriana nihil tradunt. Moeridi igitur, cum ab eo solo hanc explicationem traditam esse uideamus, eam adscribo dissentioque a Goslingsio, qui p. 43. hanc glossam ad Aelium Dionysium uult referre. Sed argumenta eius plane futtilia sunt. Prouocat enim ad Naberi Proleg. p. 35, ubi hanc explicationem non reperies, et ad Photium s. u. *πολεμησείειν*. Si in illa glossa *ἀπαλλαξείειν* uerbum afferretur, atticista fortasse auctor habendus esset, sed cum hoc ibi non fiat, Moeridem scholii huius auctorem esse contendo. Praeterea Moeridis nullum exstat in scholiis uestigium, quia ceteris omnibus locis Moeridis, quos examinauimus, explicatio omissa est.

In paucissimis illis, quae nobis e Phrynichi copiis super-

1) p. 151, 8. Ritschl. *ἐκπλήγνυσθαι· ὁ αὐτὸς μόνος* (scil. *Θουκυδίδης*) *„ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι“. σὺ δὲ ἐκπλήττεσθαι λέγε κτλ.* Secundum scholion in Thucydidis textu *ἀσαφῶς* contra codices ab omnibus editoribus scriptum est. Habemus igitur locum, ubi traditio indirecta meliora quam directa exhibet.

sunt, fere nihil inueni, quod ad explorandos scholiorum Thucydideorum auctores nobis ullum auxilium praestet. Singularia, quae ille solus exhibeat, omnino non inueni.

§ 5.

Transeo igitur ad lexica inde ab Alexandrinorum temporibus usque ad Suidam et Thomam Magistrum condita, quibuscum omnibus scholia nostra plus minusue consentiunt. Praecipue id, quod per se probabile est, atticistarum lexica de Thucydidis uerborum usu exposuerunt, quorum quidquid superest, si adieris, Thucydidem fere innumerabilibus locis laudatum esse inuenies atque ita laudatum, ut fere semper, quo maior sit aetas lexicorum, eo grauiores reperiantur discrepantiae. Res sane mirabilis, quam hoc loco me persequi ne exspectaueris, cum haec potius ad quaestionem de Thucydidis traditione indirecta instituendam pertineant. Iam antiquitus homines doctos usum scriptorum Atticorum illustrasse constat. Et Thucydidem quoque ab illis ante Didymi aetatem adhibitum esse, id quod philologi nostrae aetatis nescierunt, docet locus quidam Aristophanis Byzanti, qui uidetur fuisse in eo libro, qui inscriptus erat *λέξεις ἀττικαί*. Hunc locum Goslingsius p. 9, 65. adhibuit ex Eustathio p. 546, 27.: *φησὶ γὰρ ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης τὸ ἀμύνεσθαι οὐ μόνον σημαίνειν τὸ κακῶς παθόντα ἀντιδιατιθέναι ἀλλὰ τεθεῖσθαι καὶ ἀντὶ φίλου τὸ ἀμείψασθαι ὅτιοῦν καὶ φέρει χρῆσιν ἔκ τε Ἀλκμᾶνος τὸ „οὐ γὰρ πορφύρας τόσσος κόρος“ καὶ ἐκ τῶν Θουκυδίδου τὸ „ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἀμύνεσθαι“*, qui locus excerptus est in schol. Thuc. I. 42. *ἀμύνεσθαι*] *ἀμείψασθαι* et in lexico rhetorico post Philemonem ed. Osann. p. 234. Ex Aristophane ipso hanc adnotationem ab Eustathio sumptam esse minime crediderim. Immo petiuit eam e lexicis rhetoricis, quibus semper utebatur, i. e. ex Aelio Dionysio et Pausania. Glossa igitur per Didymum uel Pamphilum ad illos uidetur peruenisse, quam rem ideo certam puto, quia Suidas s. u. *ἀμύνεσθαι* glossam sane doctam exhibet, quam aut e Photio aut e fonte communi petiuit.

Alterum testimonium, ex quo colligi possit iam antiquissima lexica de Thucydide egisse et inde quaedam in scholia nostra transiisse, peto ab Athenaeo I. p. 23 B.: *ὅτι τὸ ἀναπίπτειν κυρίως ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν, οἷον ἀθυμεῖν, ὀλιγωρεῖν. Θουκυδίδης πρώτῃ „νικώμενοι ἐπ᾽ ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν.“ Κρατῖνος δὲ ἐπ᾽ ἐρετῶν χρᾶται τῇ λέξει „ῥοθίαζε κἀνάπιπτε“. καὶ Ξενοφῶν ἐν Οἰκονομικῷ „διὰ τί ἄλυποι ἀλλήλοις εἰσὶν οἱ ἐρέται; ἢ ὅτι ἐν τάξει μὴ κάθηνται, ἐν τάξει δὲ προνεύουσιν, ἐν τάξει δὲ ἀναπίπτουσιν;* quem locum exscripsit Eustathius p. 1641, 6. Conuenit schol. Thuc. I. 70. *ἀναπίπτουσιν*] *ἢ ἀναπαύονται ἢ ἀθυμοῦσιν.* Res perspicua fit e Suidae glossa altera s. u. *ἀναπίπτειν* (*ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν*)· *τὸ ἀθυμεῖν λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς. ἀναπίπτειν ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν, οἷον ἀθυμεῖν ὀλιγωρεῖν. Κρατῖνος δὲ ἐπὶ τῶν ἐρετῶν κέχρηται τῇ λέξει ἐρεσσόντων καὶ ἀνακλινομένων.* Pamphilus igitur hoc loco, ut multis aliis locis Athenaei est auctor, cuius glossae per atticistarum lexica in Suidam transierunt. Talia uero testimonia sunt perrara, et quamquam omnia perscrutatus sum, alia repperi nulla.

§ 6.

Fons uero uberrimus inuenitur in lexicis atticistarum secundi post Chr. n. saeculi, quae Batauorum sollertia et industria redintegrata sunt, Pausaniam dico et Aelium Dionysium. Ad hos fontes adeundos duplex patet uia, altera et ea certissima, ut scholia et fragmenta nominatim laudata comparemus, altera, ut lexica, quae etiamnunc exstant, imprimis Photii, qui praestantissimis auctoribus usus est, inter se et cum scholiis conferamus, qua uia saepius scholiorum auctorem probabili ratione eruemus.

Sed priusquam ad illorum studia Thucydidea accedam, exponendum uidetur, quonam modo lexicographi, quorum opera nunc exstant, a scholiastis excerpti sint uel ipsi scholiorum farraginem excerpserint.

Ac primum si Hesychium examinauerimus, non multa uestigia habebimus, ubi scholia Thucydidea cum illo solo con-

ueniant. Exempli causa appono scholion Thuc. II. 49. *βράγχος*] *νόσημά τι τῶν ἐν τῷ σώματι γιγνομένων περὶ τὸν βρόγχον*, quae ad uerbum apud Hesychium repetuntur et uehementer deprauata in Etym. Mag. p. 211. Id igitur si Hesychio non debetur, pariter atque illius glossa ad fontem antiquum referendum erit, e quo fortasse etiam cetera scholia, quae sunt de peste, crudelissima illa Athenarum uastatrice II. 48. sqq., fluxerunt. Alterum exemplum est uox illa rara *ἀπιάλλειν* V. 77., quam scholiasta uerbo *ἐπιπέμπειν* explicat. Hesychius autem, qui solus praeter Thucydidem hanc uocem exhibet, *ἀπιαλεῖς. ἀποπέμψεις* praebet, ut utramque explicationem ex eadem glossa antiquiore petitam esse credas. Cetera exempla infra apponam. Schmidtianum tamen Hesychii indicem si adieris, permultos locos Thucydideos laudatos inuenies, ut mireris, cur tam paucos locos congruere dicam. Sed mihi haec uestigia omnia perscrutanti saepissime accidit, ut locos, quos uir doctissimus ad Thucydidem rettulit, ad illum, cum omnis abesset probabilitas, omnino non esse referendos uiderem.

Transeo igitur ad Photium, cuius lexicon in codice Galeano lacerum et corruptissimum traditum est. Photio soli nullum scholion debemus, quia fere omnia eadem apud Suidam leguntur, quem Photium uel potius fontes illius in suum opus paene totos transfudisse consentaneum est. Si scholia Thucydidea apud Photium inueniuntur, ille aeque atque Etymologicum Magnum et Harpocration et cetera lexica breuioris spatii, quae Bekker, Cramer, alii ediderunt, non e codice Thucydideo ea petiuit, sed a fonte antiquiore, a quo iure omnes eos locos repetitos esse dicemus, quibus lexica et scholia inter se consentire cognouerimus.

Longe aliter res se habet, si Suidam examinamus, de quo duas res ante omnia uelim animaduertas:

1. Permulta ex antiquioribus lexicis, quae Thucydideas grammaticorum glossas tradiderunt, neque tamen in scholiis, quae hodie exstant, *αὐτολεξεί* exscripta sunt, lexico suo intexuit. Hoc loco monendum uidetur uerisimile esse Suidam saepius Photium non ipsum exscripsisse, sed illius auctores

maioris antiquitatis et amplioris eruditionis. Quae est opinio Boyseni p. 36. sqq., quam contra Cobetum et Naberum obtinet, qui Suidam fere nihil esse nisi Photii apographon contenderunt, cf. Naberi Proleg. passim. Etiam hac in disquisitione saepius Suidam plura atque doctiora quam Photium attulisse uidebimus.

2. Scholia, qualia nunc habemus, e codice quodam Thucydideo *αὐτολεξεί* transscripsit. Quam rem iam Kuester in Suidae editione et Duker in Thucydidis editione attigerunt. Hodie res paene est ignota. Etenim si Bernhardyi indicem accuratius examinauerimus, neque glossas atticistarum, in quibus loci Thucydidis laudati sunt, a scholiis seiunctas neque scholia ipsa ad indicem conficiendum adhibita esse uidebimus, cum uir ille doctissimus Kuesterianum tantum indicem rescripserit neque scholia, quae per centum quinquaginta annos multo aucta sint, denuo excussa praebeat (cf. appendic. II.). Luculentissimum exemplum eius rationis, quam Suidam secutum esse affirmaui, inuenitur s. u. *στύραξ· ὁ σαυρωτὴρ καλούμενος· ἡ τοῦ δόρατος ἀρχὴ ἐφ᾽ ᾗ στηρίζεται.* Quae glossa descripta est e scholio ad Thuc. II. 4. Deinde sequitur apud Suidam *στύραξ· τὸ κάτω τοῦ δόρατος τραχήλιον ὃ καταπηγνύειν εἰς τὴν γῆν εἰώθασιν. καὶ Θουκυδίδης φησὶ „στυρακίῳ χρησάμενος ἀντὶ βαλάνου εἰς τὸν μοχλὸν“ καὶ στυρακίζω ἕλκω*, quae exscripta sunt ex Harpocratione p. 281, 7. ed. Dindorf. et paucis mutatis redeunt in Etym. Mag. p. 732, 4. ed. Gaisf. Res est certa multisque aliis exemplis, quae hic referre longum est, confirmari potest.

Pauca tantum addere liceat de codice Thucydideo, quo uidetur Suidas usus esse, quoad indoles eius e scholiis descriptis cognosci potest. Codex enim ille Casselano simillimus fuit, nonnulla tamen integriora seruauit, quam nostri codices optimi, cf. glossam *ἀναλοῦν*, quae referenda est ad Thuc. IV. 48., ubi perperam in omnibus codicibus legitur *ἀναδοῦν*, et *ἀκμάζοντες ἦσαν*, ubi aperto errore *ἦσαν* legitur Thuc. I. 1. [1])

1) Haec corruptela emendata est in codice Monacensi G, quod qui-

Casselano simillimum fuisse codicem illum maxime corruptelae nonnullae docent, cf. glossam *ἐπαιώνιστο· εὐφήμιστο*, ex Thuc. I. 50., ubi in Casselano eandem corruptelam et idem scholion additum habemus, quod casu fieri non potuit. Scholia fere eadem, atque quae aetatem tulerunt, praeter Tzetzea Suidas in codice suo uidetur inuenisse. Maxime hac quoque in re conuenit cum Casselano, cf. IV. 36., ubi scholion habemus, quod in ceteris codicibus desideratur. Suidas illud habet s. u. *περιπλεῖν. ἑρμηνεία τοῦ περιπλεῖν καὶ διεκπλεῖν ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ καθίστασθαι, οἷον χορευούσης καὶ ἀναστρεφομένης, ἐφ' ὅπερ βούλεται τῆς νεώς· καὶ ἡ „περὶ" πρόθεσις τοῦτο δηλοῖ, τὸ κύκλῳ περιθέειν, τὸ δὲ διεκπλεῖν τὸ τεμόντα τὴν τάξιν τῶν ἐναντίων εἰς τοὐπίσω γενέσθαι.* Nonnunquam excerpsit tantum Suidas scholia et ea tantummodo, quae necessaria uiderentur, exscripsit, cf. schol. V. 28.: *ἐκκαρπωσάμενοι· τοὺς καρποὺς καὶ τὰς προσόδους λαβόντες ἀπὸ τῆς γῆς ἀκεραίους διὰ τὸ μὴ πολεμεῖν*, quorum priora tantum usque ad *λαβόντες* Suidas exscripsit. Nonnunquam autem Suidae pleniora, quam nos habemus, scholia praesto fuerunt, cf. s. u. *ὁμωχαίτας* et schol. IV. 97., ubi scholiasta additamentum illud Suidae *Βοιωτικὴ δὲ ἡ λέξις* omisit. Idem factum est in glossa *Ἑρμῶν*[1]), cf. schol. VI. 27., ubi Suidas initio scribit *Ἑρμαῖ ἦσαν ἐν τῇ Ἀθηναίων πόλει λίθινοι ἐν προθύροις καὶ ἱεροῖς* et deinde scholion totum cum additamentis codicis Casselani et Augustani addit. Ubi Suidas solus cum scholiis conuenit, semper eum e codice suo scholia delibasse probabile est, eis tantum locis exceptis, ubi non prorsus conuenit aut Photii lexicon lacerum est. Sin autem Suidas cum ceteris lexicographis et cum scholiis conuenit, tum iure suspicabimur omnes illas glossas ad unum ueterem fontem referendas esse, quem semper eundem esse inueniemus.

---

dem Poppo adnotat. De re ipsa cf. Phot. s. u. et schol. Plat. Rep. V. p. 449. A.

1) Si infra hoc scholion fortasse Pausaniae deberi exponemus, id ad hanc quaestionem diiudicandam nihil valet.

§ 7.

Apud scholiastas Thucydidis, scriptoris *ἀττικωτάτου*, si glossas, quae atticorum usum illustrant, inuenimus[1]), uerisimillimum uidetur eas praecipue ex atticistarum lexicis haustas esse; quae opinio optime conuenit cum aetate reliquorum Thucydidis interpretum, quos omnes fere ab Hadriano usque ad Aurelianum fuisse supra explanauimus. *Λέξεις* enim *ἀττικάς* fere omnes illo tempore confectas esse inter plerosque uiros doctos conuenit. Ex quibus unum quidem Pausaniae lexicon in scholiis, quae etiam nunc exstant, laudatur, cf. schol. VI. 27. e codice Augustano F: *ἰστέον ὅτι Παυσανίας ἐν τῇ διαπεπονημένῃ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ τοὺς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα τοὺς Ἑρμᾶς περικοπῆναί φησι καὶ τοὺς τοῦτο δράσαντας Ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι.* Pausanias est lexicographus ille notissimus saeculi post Chr. n. secundi, de quo fusius disputauerunt Meier, Opusc. II. p. 82. sqq., Naber, Proleg. ad Phot. p. 39. sqq., Rindfleischius, de Pausania etc. Diss. Regimont. anni 1866., Boysenius, de Harpocrationis fontibus p. 57. sqq. Pausaniae permulta fragmenta ab Eustathio seruata sunt, quorum ex uno clare perspicimus Pausaniam Thucydidis historia ad atticismum explanandum usum esse cf. Eustath. p. 1221, 25. (Rindfleisch. fr. 127.): *παρὰ τῷ Παυσανίᾳ φέρεται „δελφὶς" ὄργανον πολεμιστήριον πρὸς ναυμαχίαν, ὅθεν καὶ δελφινοφόρος ναῦς παρὰ Θουκυδίδῃ* (VII. 41.), cf. Hesych. s. u. Cum supra intellexerimus Pausaniae esse alterum scholion ad VI. 27. de Hermis et Hermocopidis et cum hoc iisdem atque prius scholion cf. p. 95. codicibus contineatur, non auda-

---

1) Hoc saepius fieri uidemus cf. I. 2. *ἄδηλον.* 3. *πολλοῦ γε χρόνου.* ib. *ἀναγκαίου.* 5. *τὸν πλεῖστον τοῦ βίου.* 8. *Μίνω.* 10. *μὴ γενέσθαι.* 13. *υἱέως.* 25. *περιφρονοῦντες δὲ αὐτούς.* 30. *τροπαῖον.* ib. *τῆς γῆς ἕτεμον.* 32. *ἐσόμεθα ὑπ' αὐτοῖς.* 33. *τὸ μαρτύριον.* 50. *ἂς καταδίσειαν.* 70. *οὐδείς πω ἀπετράπετο.* 93. *οἰκοδομία* cf. Suid. 107. *Δωριᾶς.* 116. *ἐπί.* 129. *σέ.* II. 3. *οὐ βουλομένῳ ἦν.* 53. *ᾔδει.* 60. *αἰσθάνομαι.* 70. *οὐδέν.* 89. *ἑκὼν εἶναι.* III. 67. *τοὺς ἀγῶνας.* 98. *μέχρι μὲν οὖν.* IV. 28. *τὸ ἐπὶ σφᾶς ἐπιχειρεῖν* et pleraque scholia Tzetzea.

cius agere mihi uideor, si illud quoque ad Pausaniae auctoritatem reuocandum esse suspicor. Exstant praeterea tria scholia, quae ad Pausaniam redire uideantur: IV. 25. *ἀποσιμωσάντων· ὑπαναχωρησάντων καὶ μετεωρισάντων τὰς ναῦς, ἵνα ἐκ πολλοῦ διαστήματος δυνηθῶσι μετὰ μείζονος ὁρμῆς ἐμβάλλειν τοῖς Ἀθηναίοις.* Hoc uno loco uocabulum inueniri testatur Marcellinus § 49., qui perperam *ἀποσίμωσιν* praebet. Schwartzius, Aeli Dionysi fragm. p. 30., Suidae et sexti lexici Bekkeriani glossis fretus *ἀποσιμῶσαι· τὴν πυγὴν προτεῖναι γυμνὴν καὶ ἐπικύψαι. Φίλιππος. Θουκυδίδης δὲ τὸ μετεωρίσαι τὰς ναῦς,* totam glossam Aelio Dionysio tribuit, sed si Eustathium p. 965, 44. inspexisset: *κεῖται τὸ ἀποσιμῶσαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς, παρ᾽ οἷς οὐ μόνον τὸ ὕψωσε καὶ τὸ λαμπρότατον ἦγε, κατὰ Παυσανίαν, ἀλλὰ καὶ ἀποσιμῶσαι τὸ μετεωρίσαι τὰς ναῦς παρὰ Θουκυδίδῃ,* id uidisset, quod luce clarius est, et glossam et scholion Pausaniae auctoritate niti, cf. Naberi Proleg. ad Phot. p. 144. Schwartzius quidem cum Rindfleischio p. 45. propter lexici Bachmanniani glossam consentit, sed cum Pausanias ita nominetur, ut uix dubium esse possit, quin utraque explicatio ad illum pertineat, non est, cur illos sequamur. Alter locus inuenitur apud Eustathium p. 1425, 60.: *Παυσανίας δὲ λέγων καὶ αὐτὸς τὸ ἀνακῶς ἀντὶ τοῦ φυλακτῶς* (legatur *φυλακτικῶς* secundum Suidam s. u. et Moeridem p. 43. Pierson.) *καὶ προνοητικῶς παρά τε Ἡροδότῳ καὶ Θουκυδίδῃ κτλ.* Respicit hic atticista ad Thuc. VIII. 102., ubi hoc habemus scholion: *ἀνακῶς ἔξουσιν ἢν ἐκπλέωσιν] τὸ μὲν ἀνακῶς ἀντὶ τοῦ προνοητικῶς καὶ φυλακτικῶς,* quod sine ulla dubitatione ad Pausaniam referemus, praesertim cum sciamus ex Marcellini l. l. hanc uocem plane inusitatam fuisse. Ultimum locum praebet glossa Photi s. u. *πολυτελές· τὸ δαπανηρὸν Θουκυδίδης,* quae glossa referenda est ad Thuc. VII. 27. 28., ubi haec exstant scholia: *πολυτελές· πολυδάπανον· δαπανηρόν, πολλὰ τελοῦν ἐξ οὗ καὶ πολυτελὲς δεῖπνον* et *πολυτελές· πολυδάπανος.* Iterum uerba singula inter se conueniunt et Pausaniam auctorem nominat Eustathius p. 881, 26.: *ἀτελῆ κατὰ Παυσανίαν τὰ ἀδάπανα ὡς καὶ πολυτελῆ τὰ πο-*

λυδάπανα, ut Goslingsius uidit p. 52., cuius notis addas uelim Hesych. s. u., Philemon. ed. Osann. p. 159. 161., Meier., Opusc. II. p. 91. Suidas priore loco habet: πολυτελές· δαπανηρὸν Θουκυδίδης „τὸ γὰρ ἔχειν αὐτοὺς ἐκ Δεκελείας πολυτελὲς αὐτοῖς ἐφαίνετο" et deinde exscribit schol. I. 10.: πολυτελέσι· πολυδαπάνοις· τέλος γὰρ τὸ δαπάνημα. In priore igitur glossa Suidas aut pleniore codice lexici Photiani usus est aut exemplum ex auctore antiquiore adscripsit. In ceteris Pausaniae fragmentis nullum inueni uestigium, quod ad scholia Thucydidea pertineat, sed permulta ad Pausaniam reuocanda esse eo confidentius affirmari potest, cum permulta e Pausaniae lexico sciamus una cum fragmentis Aeli Dionysi in Photi lexicon transscripta esse: perraro autem illa, nisi habemus fragmenta auctoris nomine signata, quae apud unum Eustathium exstant, alterutri possunt attribui.

§ 8.

Nonnunquam etiam Aelium Dionysium, grammaticum non ignobilem, de quo persaepe nostrae aetatis philologi disputauerunt [1]) scholiorum Thucydideorum auctorem fuisse uidemus. Eos, qui in lexicographis graecis multum uersantur, Aelium Dionysium delicias illorum philologorum esse non fugit, unde facile intellegimus, cur tam multa tanta cum confidentia in Schwartzi collectione Dionysio tribuantur, quorum magna pars, si non ab Aelio omnino abiudicanda est, at certe satis dubia et incerta uidetur esse. Ne acrius contendisse uidear, ad illam editionem ipsam prouoco. Praeterea id minus pro-

1) Fragmenta collegerunt Meier Opusc. II. p. 62—81. Rindfleischius, De Pausaniae et Aelii Dionysii lexicis rhetoricis. a. 1864. Ph. Schwartzius, Aelii Dionysii Halicarnasensis fragmenta. Utrecht. a. 1877. Disseruerunt de illo Meier l. l., Cobetus in Mnemos. VI. IX. —XI., M. Linke, De Aelio Dionysio, Rindfleischius l. l., Naber, Proleg. ad Phot. p. 27—29. et infra passim, Boysenus p. 57. sqq., Goslingsius p. 26. sqq.

bare possum, quod fragmenta illa, quibus nomen auctoris additum non est, in uerisimilia et incerta diuisit (pag. XLII.), cuius rei certa omnino desideramus indicia. Saepissime, ut e proximis apparebit, fragmenta illa sunt atticistae alicuius, sed utrum Pausaniae an Aeli Dionysi, plane diiudicari nequit, cum distinctiones illas, quas Rindfleischius p. 22. esse uoluit „Pausaniam potius uoces interpretatum esse et instituta publica atque priuata explicasse, Aelium Dionysium leges cum recte scribendi tum grammaticas Atticorum proprias constituisse, ita tamen, ut uterque nonnulla e prouincia alterius, ut ita dicam, usurparet“), etsi fortasse uerae sunt (cf. Boysen. p. 59.), minus tamen certas censeo, quam ut inde argumenta, quibus freti uni uel alteri scholia adscribamus, petiuerim, praesertim cum Rindfleischius ipse l. l. exceptiones esse concesserit. Neque igitur laudare possum rationem Goslingsi, qui singulis auctoribus singula scholia restituere conatus est. Ad hos ambos igitur, si nomen auctoris deest, scholia, quae cum lexicis conueniunt, non ad alterutrum adnotationes referendae sunt. Sed priusquam ad haec scholia transeamus, de fragmentis Aeli Dionysi apud Eustathium nominatim allatis, quae cum scholiis Thucydideis conueniunt, nobis agendum est.

Aelium Dionysium Thucydidis studiosissimum fuisse optime exposuit Naber (Proleg. ad Photium p. 25.), cum prouocaret ad Aelium Dionysium apud Eustath. p. 1390, 50.: *στάδια καὶ σταδίους ἑκατέρως λέγουσιν. ὁ Θουκυδίδης δὲ σταδίους ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν. ἅπαξ δὲ μόνον στάδια εἴρηκεν ἐν τῇ ζ „ἐν γὰρ τῷ πρόσθεν ἐπὶ πολλὰ στάδια μέλλων ἰέναι“.* Quod codices nostri Thucydidei confirmant, cum hoc uno loco (VII. 78.) hanc formam exhibeant. Accurate igitur Dionysius Thucydidem perscrutatus est, quod ea quoque re demonstratur, quod ex certorum fragmentorum numero decem de Thucydide agunt s. uu. *αὐθέντης, ἐμπαλασσόμενοι, ἐν χρῷ κουρά, κῆπος, μήκων, πασσυδί, πελιτνός, σιγμός, σῶς, ὤνευον.*

Si ad singula accedemus, haec fere inueniemus:

Eustathius p. 1356, 34. (= Rindfleisch. fr. 88. Schwartz., Ael. Dion. p. 38.): *αὐθέντης οὐχ ὁ δεσπότης, ὥς φησιν Αἴλιος*

Διονύσιος, ἀλλ' αὐτοέντης καὶ αὐτοχειρίᾳ φονεύς[1]), qua cum adnotatione conuenit schol. Thuc. III. 58.: *παρὰ τοῖς αὐθέν-ταις*] *τοῖς φονεῦσιν· αὐθένται κυρίως οἱ αὐτόχειρες καὶ πολέ-μιοι. οἱ δὲ νῦν τοὺς αὐθέντας τοὺς κυρίους καὶ δεσπότας.* Cetera adiumenta si perscrutamur, Phrynichi habemus glos-sam p. 120. ed. Lobeck.: *αὐθέντης μηδέποτε χρήσῃ ἐπὶ τοῦ δεσπότου, ὡς οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτόχειρος φονέως,* qui fortasse fuit auctor scholii. Sed ex atti-cista potius illud deriuatum esse censebimus Meieri opinionem l. l. secuti, quam ideo commendo, quod Phrynichus nusquam contra atticistas pugnat, sed potius illos exscribit. Apud Sui-dam maioris spatii glossam inuenimus, quae re quidem ipsa conuenit cum Eustathio, sed uerbis plane discrepat. Similia proferunt Etym. Mag. s. u. *αὐθέντης* et schol. Apoll. Rhod. II 754. Etymologia illius uerbi, quam Suidas statuit, ineptis-sima est et ab Aeli ratione prorsus aliena uidetur: itaque illa ab atticistae glossa secernenda est, praesertim cum in Etymo-logico Magno et in schol. Apoll. Rhod. desit.

Eustath. p. 527, 18. (Rindfleisch. fr. 181., Schwartz. p. 51.) *Αἴλιος Διονύσιος μέμνηται τοῦ Θουκυδίδου εἰπόντος* (VII. 84. *„ἐμπαλασσόμενοι“ ἀντὶ τοῦ ἐμπλεκόμενοι, περιπειρόμενοι φυρόμενοι.*

Schol. Thuc. VII. 84.: *ἐμπαλασσόμενοι*] *ἀντὶ τοῦ ἐμπλε-κόμενοι κατέπιπτον.*

Scholion igitur cum idem praebeat, quod Dionysius, ad illum referendum uidetur neque, quod in scholio non omnes Dionysi explicationes inueniuntur, mirum est, cum scholiasta rum sit lexicographorum explicationes in breue contrahere ac nonnulla omnino omittere. Suidas s. u. *ἐμπαλασσόμενοι· ἐμ-πίπτοντες* habet et deinde locum Thucydideum laudat. Ac alium igitur fontem illius glossa reuocanda uidetur.

Eustath. p. 1450, 35. (Rindfleisch. fr. 353., Schwartz. p. 51.) *ἐν χρῷ κουρά. ἡ ψιλὴ καὶ πρὸς τὸν χρῶτα καὶ ἐν χρῷ κου-*

1) Meier Opusc. II. p. 69. recte mihi egisse uidetur, cum *ὥς φησι Αἴλιος Διονύσιος* ante *οὐχ ὁ δεσπότης* poneret.

ρίας δ οὕτω κειρόμενος. ἐν χρῷ παραπλεῦσαι τὰς ναῦς παρὰ Θουκυδίδῃ (II. 84.) καὶ πλοῦς ὁ ἐγγὺς γῆς κτλ. Schol. Thuc. II. 84.: ἐν χρῷ] ἀντὶ τοῦ πλησίον· ἐστὶ δὲ ἀποκοπή. ἦν γὰρ ἐν χρωτί. εἴρηται δὲ ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς κουρᾶς τῆς ἄχρι τοῦ χρωτὸς κειρομένης. Ad similia igitur atque ea sunt, quae Aelius Dionysius habet, hoc scholion respicit, cum τῆς ἐν χρῷ κουρᾶς mentionem faciat (quod Dionysi lemma uidetur fuisse), etsi loco Thucydideo de illa omnino cogitari non potest. Atque idem Dionysius eum Thucydidis locum citauit, cuius scholion iam rettulimus. Scholiasta igitur Aelio Dionysio usus est; neque tamen omnino exscripsit, sed ea tantum attulit, quae ad explicandum Thucydidem ei necessaria esse uidebantur; scholion et a Suida s. u. ἐν χρῷ et a Thoma Magistro p. 138, 1. Ritschl. transscriptum est.

Eustath. p. 907, 40. (Rindfleisch. fr. 252., Schwartz. p. 79.): κῆπος· οὐ μόνον φυταλιὰ ἀλλὰ καὶ καλλωπισμὸς κόμης κατ' Αἴλιον Διονύσιον καὶ κουρᾶς διάθεσις τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν. Θουκυδίδης δὲ κηπίον φησί, κωμικοὶ δὲ κτλ. Respicit Aelius Dionysius ad Thuc. II. 62., ubi hoc habemus scholion: κηπίον] τινὲς κηπίον ἤτοι γήδιον, ἄλλοι δὲ τὸ κηπίον εἶδος κουρᾶς φασιν, οὕτως ὀνομαζόμενον. κατὰ κοινοῦ δὲ τὸ εἰκός. Cum loco Thucydideo γήδιον interpretatio sola recta sit neque de tonsurae genere omnino possit cogitari, haec Dionysi explicatio falsa est. Si uero idem error apud duos auctores inuenitur, quid probabilius, quam alterum ab altero pendere? Alterum igitur scholion ad Aeli Dionysi ὀνόματα ἀττικά referre non dubito. Schwartzius ab Eustathio Dionysi uerba conturbata esse existimat. Sed cum ille tam dilucide de his rebus exponat, quidni potius Aelius Dionysius errauerit? praesertim cum et illum e fontibus antiquioribus hausisse sciamus, quos ipsos quoque nonnunquam lutulentos fluxisse Naber optime demonstrauit. De hoc uocabulo iam Eratosthenem egisse testis est scholiasta ad Eurip. Troad. u. 1162. Similia de illo genere tonsurae affert scholion ad Aristoph. Au. u. 806., quod Suidas s. u. κῆπος exscripsit. Goslingsius p. 20. hoc scholion ad ipsum Didymum referendum esse putat, quia Hesychius s. u. κῆπος

haec habet: *κῆπος. παράδεισος παρὰ Πέρσαις ἢ εἶδος κουρᾶς, ἣν οἱ θρυπτόμενοι ἐκείροντο ὡς ἐπίπαν ἐν μιᾷ μαχαίρᾳ.* Sed neque singula inter se conueniunt et ratio Goslingsi id unum probat auctorem esse Diogenianum, cf. p. 79., unde Dionysio collato uel Pamphilum uel Vestini epitomam hanc glossam exhibuisse concludendum esset, si Naberi rationes sequeremur. Sed cum Diogenianum quoque ex atticistis hausisse uerisimile sit, de qua re supra dictum est, de Didymo scholii auctore hoc argumento nihil efficitur. Fortasse tamen res ipsa non improbanda est, quia de scholiastis Aristophaneis ambigitur. Quandoquidem locus supra laudatus conuenit quodammodo cum Eustathio, equidem non improbauerim Didymum hac de re exposuisse et atticistam locum Thucydideum ex sua penu adiecisse, cf. M. Schmidt. Didym. p. 67. Scholion igitur Thucydideum non e Didymo ipso deriuatum est, sed ex atticistae lexico, Dionysius autem glossam suam lexico cuidam Didymeo debet.

Eustath. p. 1390, 50. (Schwartz. p. 96.): *μήκων· θηλυκῶς. Θουκυδίδης μήκωνα μεμελιτωμένην.* Respicit Aelius Dionysius ad Thuc. IV. 26., ubi quod exstat scholion, plane aliena tradit. Scholiasta igitur hoc loco Aeli Dionysi adnotationem, si quidem totam habemus, quod minus uerisimile est, non respexit neque adhuc scholii auctorem indagare potui.

Eustath. p. 166, 18. (Rindfleisch. fr. 297., Schwartz. p. 117.): *πανσυδίᾳ· ἀντὶ τοῦ παντελῶς, ὅθεν καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ τὸ „πανσυδεὶ διεφθάρθαι“.* Eandem glossam minus quam apud Eustathium detruncatam habemus apud Photium s. u. *πασσυδί· παντελῶς. ὁ Θουκυδίδης ἐν ἡ „μὴ οὕτω γε πασσυδὶ διεφθάρθαι“ ὅπερ ἀγνοήσαντές τινες γράφουσι πανσυδί. ἔστι καὶ ἐν Αὐτομόλοις Φερεκράτους,* quae uerba Suidas transscripsit, qui pariter atque Aelius *πασσυδεί* praebet. Formam *πανσυδίᾳ* homericam Eustathius ad usum atticum transferre non dubitauit. Inde confusio uocabulorum *πανσυδίᾳ*, quod epicorum tantum est, et *πασσυδί* siue *πασσυδεί* orta est. *πασσυδί* formam propter Photi glossam Dionysio probatam fuisse credemus. Respicit Aelius Dionysius ad Thuc. VIII. 1., ubi in

ceteris codicibus scholion omnino deest, sed exhibetur in codice Patmiensi scholion, quod omnino cum Eustathi glossa conuenit. Atticistam igitur huius scholii auctorem fuisse uidemus. De re ipsa, utrum *πανσυδί*, quod codices Thucydidei habent, an *πασσυδί*, an *πασσυδεί* an *πανσυδεί* scribendum sit, conferantur Poppo, qui priorum sententias enumerat, et Classenus l. l.

Eustath. p. 735, 55. (Rindfleisch. fr. 304., Schwartz. p. 120.): *Αὐτὸ γὰρ* (sc. *τὸ πελιδνόν*) *καὶ πελιτνὸν παρὰ Θουκυδίδῃ διὰ τοῦ τ εὕρηται, ὡς Αἴλιος Διονύσιος παρασημειοῦται.* Spectat Aelius Dionysius ad Thuc. II. 49., ubi hoc est scholion: *πελιδνόν*] *πελιδνόν ἐστι τὸ μετέχον ὠχρότητος καὶ μελανίας, οἱονεὶ μολυβδοειδές.* Cum apud Photium haec glossa bis occurrat, Naber ad Photium II. p. 72. not. 5. et 8. alteram e priore, alteram e posteriore Aeli Dionysi editione prodiisse contendit. Eodem iure altera quoque glossa ad Pausaniae lexicon, quod persaepe eadem habuisse atque Dionysium non ignoramus, reuocari potuit. Num scholion Thuc. redeat ad Dionysium, dubium uidetur, quamquam nulla potest proferri causa, qua hoc fieri non posse demonstretur. Nam quod Suidas priore loco glossam Photi habet, deinde scholion Thucydideum addit, nihil refert, quia ille codicem suum et Photi auctores exscripsit. Scholiasta igitur et Photius fortasse ex eodem fonte hauserunt.[1]) De hoc uocabulo fere omnes lexicographos egisse inde certum fit, quod apud Hesychium quinque glossas inuenimus:

πελιαί· μέλαιναι.
πελιανόν· μολύβδῳ ἐοικὸς κατὰ τὴν χρόαν.
πελιδνόν· μέλαν ὡς μόλυβδος ἢ ὕφαιμον.
πελιοί· μέλανες ὡς ὠχροὶ ἢ χλωροί.
πελιτνόν· πελιόν,

in quibus glossis omnibus singula cum scholio nostro conueniunt. Sine dubio nonnulla aliunde interpolata sunt, ut iam

1) Moeris p. 325. Pierson. habet: *πελιτνὸν σὺν τῷ τ Ἀττικῶς, πελιδνὸν ἢ πελιὸν κοινῶς*, exempli causa cf. Alexin in Pharmacopola apud Athen. III. p. 107. D.: *αἰσχύνεται γὰρ πελιτνὸν ὂν τῷ σώματι* scil. *ἡπάτιον.*

M. Schmidtius uidit, qui corruptum *πελιανόν* (= *πελιδνόν* mutatione litterarum *Δ* et *Α* creberrima) Diogeniano ademit. Fortasse iniuria, si Boysenum respicies, qui Diogenianum Dionysio et Pausania usum esse contendit, quam opinionem iam supra me sequi professus sum pag. 80. not. Similes scholio sunt glossae altera et tertia, sed dubium est, unde scholiasta sua hauserit, e Diogeniano an e Pausania an ex altera Dionysi editione.

De loco notissimo, ubi Aelius Dionysius de Thucydidis sigmatismo disputat (Eustath. p. 813, 44., Rindfleisch. fr. 327.) taceo, cum Thucydidis ille quidem mentionem faciat, minime tamen spectet ad locos singulos, neque ullum scholion hac de re disserat, cf. Schwartz. ad *σιγμός* p. 137., Eustath. p. 813. 896. 1379., Crameri Anecd. Paris. III. p. 13.

Idem dicendum est de *σῶς* uocabulo, de quo conferatur Eustathius p. 959, 44. (Rindfleisch. fr. 331., Schwartz. p. 145.): *καὶ σῷ μονοσυλλάβως οἱ σῶοι καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ, οἱ δὲ συνηθέστερον γράφουσι σῶοι*, cum ad I. 74. scholion nullum inueniatur.

Accedimus ad ultimum fragmentum, quod ad Thucydidem pertinere supra diximus: Eustath. p. 862, 38. (Rindfleisch. fr. 362., Schwartz. p. 163.): *ὤνευον· παρὰ Θουκυδίδῃ τὸ ἐκίνουν καὶ περιῆγον. ὄνος γὰρ τοῦ μύλωνος τὸ κινούμενον. καὶ αἱ τοιαῦται μηχαναὶ ὄνοι.* Respicit hic Aelius ad Thuc. VII. 25., ubi hoc habemus scholion nonnullis locis corruptum: *ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυρούς*] *†ὄνευός ἐστι μηχανὴ περιαγωγῆς, ᾗ οἱ χρώμενοι ὀνεύειν λέγονται. Ἄλλως. †ὄνευός ἐστι μηχανὴ ἐπ᾽ ἄκρων τῶν ἀκατίων πηγνυμένη, ἀφ᾽ ἧς περιβάλλοντες βρόχος* (leg. *βρόχοις*) *τοὺς σταυροὺς ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων. ἔστι γὰρ ἡ τοιαύτη μηχανὴ βιαιοτάτη. ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ σαγήνην βαρεῖαν ὑπὸ δυοῖν ἀνδρῶν ἀπόνως ἕλκεσθαι.* Suidas s. u. *ὤνευον* primum Aeli explicationem praebet, deinde locum Thucydidis laudat, postremo scholion totum inde a uocibus: *ὄνος ἐστὶ μηχανὴ ἐπ᾽ ἄκρων τῶν ἀκατίων* adiungit. Prius igitur scholion, quod si non uerbis, re tamen ipsa conuenit cum Aeli explicatione, omnino non attulit. Cum uero Aelium

locos ueterum scriptorum laudasse sciamus, quod Suidas nusquam fecit, nisi ubi alienos fontes exscripsit, fortasse non audacius agemus, si scholiastam secundum Aelium respexisse, priorem scholiastam eum plane secutum esse censebimus. Accedit quod apud Thomam Magistrum p. 407. ed. Ritschl. eadem explicatio, quae apud Eustathium, inuenitur, addito Thucydidis loco ἐν τῇ ἕκτῃ, unde, quod e Ritschelii prolegomenis didicimus, Thomam ad fontem priorem rediisse neque Thucydidem ipsum inspexisse apparet. Scholii menda mihi recte a Bekkero in Suida s. u. ὦνενον et a Duebnero in editione Didotiana uidentur correcta esse.

Iam, ut summam faciamus, in decem his locis quattuor habemus, qui si non omnino uerbis, tamen re ipsa cum scholiis congruunt (ἐμπαλασσόμενοι, κῆπος, πασσυδί, ὦνενον), duo similia continent (ἐν χρῷ κουρά, αὐθέντης), ad πελινός et μήκων scholia habemus, quae alias res tractant, ad σιγμός et σῶς scholia omnino desunt. Nihil igitur obstat, quominus scholiastas Aeli Dionysi opibus usos esse dicamus. Sed id quoque concedendum est scholiastas Aelium Dionysium non ad uerbum exscripsisse, sed ea tantum excerpsisse, quae ad textum Thucydidis interpretandum utilia uidebantur, ita ut re ipsa cum illo consentirent.

Cum iam supra affirmauerimus fontes Photi et Suidae principales fuisse lexica Aeli Dionysi et Pausaniae atticistarum, si scholia Thucydidea cum Photio conspirant, etiamsi neuter lexicographus nominetur, iure tamen ad alterutrum ea referenda esse suspicabimur. Neque desunt exempla, quibus hoc probetur.

§ 9.

Quae iam appositurus hunc sequar ordinem, ut primo loco ea afferam scholia, quae αὐτολεξεί apud Photium exstant, deinde quae quodammodo cum illo conspirant, adnotatis semper ceteris auctoribus, apud quos inueniuntur. Tum ad illa scholia accedam, quae, etsi propter lacunas lexici Photiani apud Photium non inuenies, tamen atticistarum uidentur esse,

quia apud Harpocrationem aut Hesychium aut Suidam aut apud alios lexicographos uel scholiastas inueniuntur, quorum conexum cum atticistarum lexicis Naber, Boysenus, alii iam pridem demonstrauerunt. Singula non ad capitum Thucydideorum, sed ad litterarum ordinem enumeranti mihi id consilium fuit, ut totum hoc caput et rationem illustraret, qua lexica illa eruditissima ex excerptorum tenebris in lucem reuocari possent, et ut futurus atticistarum editor auxiliis iam in ordinem coactis uti posset; indicem uero omnium, quas tractauimus, glossarum sub calce huius libelli addam.

Tria sunt scholia, quorum non sensus modo, sed uerba etiam prorsus cum Photi uerbis concinunt:

Schol. Thuc. I. 120. et Phot. s. u. *εὖ παρασχόν· ἀντὶ τοῦ παρασχόντος. δῆλον δὲ τοῦ δαίμονος, ὃ ἐστι τοῦ δωρησαμένου τὴν νίκην.* Nihil refert, quod eandem glossam apud Suidam inuenimus, cum ille aut scholiis aut alio libro usus sit, et maxima essem in difficultate, quomodo sententiam meam, qua Photium scholiis Thucydideis non esse usum dixi, defenderem, nisi succurreret *συλλογὴ λέξεων χρησίμων* apud Bachmann. Anecd. I. p. 241, 12., ubi eadem glossa occurrit. Constat enim lexicon Bachmannianum adnotationes grammaticorum ad Thucydidem pertinentes continere, quae ad Aelium Dionysium et Pausaniam referendae sunt, cf. Naberi Proleg. ad Phot. p. 130. sqq., sed scholia Thucydidea nulla exhibet. Itaque non dubito, quin et scholiasta et Photius s. u. ex eodem fonte hauserint, i. e. ex atticistarum lexicis.

Item dubitare poteris, utrum Photium hausisse e scholiis Thucydideis credamus necne collato scholio ad Thuc. I. 50. et Photio: *πρύμναν ἐκρούοντο. πρύμναν κρούεσθαί ἐστι τὸ κατ᾽ ὀλίγον ἀναχωρεῖν μὴ στρέψαντα τὸ πλοῖον. ὁ γὰρ οὕτως ἀναχωρῶν ἐπὶ τὴν πρύμναν κωπηλατεῖ. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα δόξωσι μὴ φανερῶς φεύγειν οὕτω κατ᾽ ὀλίγον ὑπανιόντες, ἢ ἵνα μὴ τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις δόντες ῥᾷον τιτρώσκωνται.* Cum nullum praeter Suidam auxilium suppeditet, hoc loco maior etiam esset difficultas, nisi sex locis discrepantia scripturae exstaret; nam Photius et Suidas consentientes hasce

scripturas exhibent: *πρύμναν ἀνακρούεσθαι, ὑπαναχωρεῖν, στρέψαντας, ὑπαπιόντες*, atque *οὕτω* et *ῥᾷον* plane omittunt. Cum Photium scholia Thucydidea adhibuisse uix sit credibile, et his tam multis scripturae discrepantiis haec suspicio augeatur, non iniuria contendere mihi uideor Photi glossam et scholion ab eadem origine petenda esse, i. e. ab atticistarum scriptis. Suidas autem, cum hoc loco prorsus eadem atque Photius exhibeat, non e scholio sed ex eodem atque Photius fonte uidetur sua hausisse.

Manifesta uero res est in glossa illa magna apud Phot. s. u. *σκυτάλη*. *ἐπιστολὴ Λακωνική· ἦν δὲ σκυτάλη ξύλον ἐξεσμένον ἐπίμηκες. δύο δὲ παρὰ Λακεδαιμονίοις ὑπῆρχον σκυτάλαι. καὶ τὴν μὲν μίαν κατεῖχον οἱ ἔφοροι τῶν Λακεδαιμονίων, τὴν δὲ ἑτέραν τῷ ἐκπεμπομένῳ παρ᾽ αὐτῶν στρατηγῷ παρεῖχον. καὶ ὁπότε ἐβούλοντό τι ἐπιστεῖλαι αὐτῷ, φέροντες ἱμάντα λευκὸν περιεῖλλον τὴν σκυτάλην. καὶ ἐπὶ τοῦ ἱμάντος ἔγραφον καὶ ἀνελίττοντες παρεῖχον τὸν ἱμάντα τῷ ἀποφέροντι. τοῦτο δὲ ἐποίουν ἵνα μὴ μανθάνωσιν οἱ ἀποφέροντες τὸ δηλούμενον ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ στρατηγὸς δεχόμενος τὸν ἱμάντα τῇ ἑαυτοῦ σκυτάλῃ περιείλιττεν καὶ ἀνεγίγνωσκεν οὕτως τὰ γεγραμμένα. λέγεται οὖν καὶ ἡ ἐπιστολὴ σκυτάλη καὶ αὐτὸ τὸ ξύλον, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ ἐπιστολή. Διοσκουρίδης δὲ κτλ.* Quae omnia ita concinunt cum scholio Thuc. I. 131., ut minutiora tantum (sed ea ita comparata, ut nec Photium a scholiasta excerptum, nec hunc ab illo exscriptum esse quisquam credat) ibi mutata sint. Tam amplam igitur glossam optimae doctrinae plenam si apud Photium et scholiastam nostrum inuenimus, quid uerisimilius, quam illam ad eos auctores redire, quos iam saepius utriusque glossatoris fontem principalem fuisse uidimus? Accedit, quod scholion ad Aristoph. Au. u. 1283. ex hac glossa excerptum est, unde luce clarius euincitur hanc totam glossam ad uetustam quandam originem esse referendam. Cum uero Hesychius et cetera lexica taceant, ultra atticistas progredi temerarium uidetur. Neque excerptio illa in scholiis Aristophaneis alienam originem indicat, quia atticistas etiam multum in comicis uersatos esse constat, cf. Photi bibl. cod. 152.

Quibus exemplis cum iam apertum sit interdum scholia nostra et glossas Photianas ad eandem originem reuocandas esse, etiam id probabilitate mihi carere non uidetur, si glossas Photianas et scholia Thucydidea, quae etsi non prorsus congruunt, tamen magnam inter se similitudinem praebent, ex eodem solo effossa esse censebimus. Quibus uel obiter inspectis et cum scholiis Thucydideis comparatis statim atticistarum lexica non ad uerbum exscripta, sed ipsas rerum summas a ueteribus historici interpretibus excerptas esse intelleges.

Atque primum quidem huius generis exemplum praebet Photi glossa *ἀγχωμάλου· τῆς ἴσης· τῆς ἐγγὺς τοῦ ὁμαλοῦ*[1]), quae eadem in breuius contracta est in scholio Thuc. IV. 134.: *ἀγχωμάλου· τῆς ἴσης.*

Difficilior res est ad diiudicandum in proxima glossa, ubi Photius (cf. Schwartz. p. 56.) haec exhibet: *τὸ εὔηθες· εὔηθες ἐπὶ τοῦ βελτίονος καὶ Θουκυδίδης καὶ ὁ φιλόσοφος*, quae ad Thuc. III. 83. uidentur referenda. Scholion quidem alia uerba habet: *καὶ τὸ εὔηθες] τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον. σημείωσαι τὸ εὔηθες ἐπὶ καλοῦ*, atque in dubio essemus, glossa Photiana utrum cum scholio coniungenda esset necne, nisi glossa quaedam in Etymologico Magno p. 390, 46. succurreret; ibi enim legimus: *εὔηθες τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον τάττεται ἐπὶ καλοῦ καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ. εὐήθεια μωρία. Ὁ Θουκυδίδης ἐν γ' ἐπὶ βελτίονος λαμβάνει καὶ ὁ φιλόσοφος.* Cum nullum uestigium exstet, quo freti scholia Thucydidea ab etymologo exscripta ducamus, et cum quodammodo conueniat Hesychi s. u. *εὔηθες* glossa prior *ἁπλοῦν· μωρόν, ἀσύνετον*, illum hanc glossam ex aliis auctoribus deprompsisse censebimus. Cum uero in Etymologico Magno scholion cum Photi glossa in unum coniunctum sit, non Photi tantum articulum, sed totam etymologi glossam atticistis attribuere non dubito. Itaque iam primum

1) Conuenit Eudemus apud Boysenum, de Harpocrationis fontibus p. 99., Lexic. rhetor. in Bekkeri Anecd. p. 333, 12., Timaei lexicon in Platon. ed. Herm. uol. VI. p. 397., cf. Naber. ad Phot. p. 113. Moeris p. 86. Pierson. a Nabero incuriose allatus est, cum non de *ἀγχώμαλος*, sed de *ἀμφιδήριτος* uoce disputet.

habemus exemplum, quo, quanta neglegentia etiam in melioribus lexicis hic uel illic nonnullae antiquioris doctrinae partes omissae sint, plane demonstretur. Cuius generis multa similia mox enumeranda sunt. Moeris p. 143. Pierson. *εὔηθες· τὸ χρηστὸν παρὰ Θουκυδίδῃ Ἀττικῶς, εὐήθες τὸ ἀνόητον Ἑλληνικῶς* (quam interpolatam formam habet apud Hesychium glossa altera), e simili fonte uidetur hausisse cf. Bekkeri Anecd. I, p. 91, 23. 243, 12. Poll. V. 119. Scholia Platonica nullam opem afferunt.

Photius s. u. *εὐλάχα* (cf. Ael. Dionys. p. 57. ed. Schwartz.)· *εὐλάχα ἄροτρον παρὰ Θουκυδίδῃ* [*ἐν χρησμῷ τινι*][1]). *Ἀώριος δὲ ἡ λέξις.* Quae glossa respicit ad Thuc. V. 16., ubi scholiasta haec adnotat: *εὐλάκαν δὲ τὴν ὕννιν οἱ Λακεδαιμόνιοι λέγουσιν. ἔνιοι δὲ δίκελλαν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ λακαίνειν σκάπτειν. εὐλάξειν δὲ ἀρόσειν.* Si scholion reuera cum Photi glossa cohaeret, atticistarum explicatio priore loco exhibita est. Id quidem certum est uocem illam *εὐλάχα* nusquam apud scriptores graecos redire. Sed res est difficillima, quia nemo unquam demonstrabit rastrum et aratrum non esse instrumenta prorsus inter se diuersa, nisi forte credimus interpretes de instrumento agresti qualicunque cogitauisse et uocem rarissimam uocabulo *δίκελλα* siue uocabulo *ἄροτρον* explicasse. Altera explicatio magis mihi arridet, quam peto ex Hesychi glossa *αὐλάχα· ἡ ὕννις*, qua commotus Dindorfius ad uocem *εὐλάχα* in Thesauro Stephani apud Thucydidem *αὐλάχα* scribendum esse censet. Propter hanc Hesychi glossam ego non dubito, quin utraque glossa, et Hesychiana et Photiana, et scholion Thucydideum ex eodem riuo hausta sint. De altera uero scholii parte eiusque origine propter lexicorum silentium dici nihil potest.

Photius s. u. *ἐφολκὰ λέγοντες ὡς Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ ἑπαγωγόν* (cf. Schwartz., Ael. Dionys. p. 58.) respicit ad usum quendam Thucydideum, quem scholiasta saepius explicat:

1) Ea, quae uncis inclusa sunt, apud Photium desiderantur, exstant in Suidae glossa. Cobetus Mnemos. VI. p. 168.: *εὐλάχᾳ ἀργυρᾷ εὐλαξεῖν* apud Thucydidem scribi iubet.

ἑφολκὰ ἀντὶ τοῦ ἑπαγωγά, cf. Thuc. III. 13., IV. 41. 108. (ubi scholion Patmiense habet: *ἔφολκα* (sic) *ἑπαγωγὰ καὶ πιθανὰ καὶ ἑφελκύσασθαι δυνάμενα*), V. 6., VII. 4. et saepius. Illa uox cum Thucydidis propria sit, atticistas etiam Hesychius s. u. *ἑπαγωγὰ τὰ ἀγαγεῖν δυνάμενα* uidetur exscripsisse.

Porro legitur apud Photium (cf. Ael. Dionys. p. 69. ed. Schwartz.): *ἱερῶσθαι. φησὶ Θουκυδίδης „νομίσαντες κατὰ δή τινα παλαιὰν αἰτίαν οὐ καθαροὺς ὄντας ἱερῶσθαι“. σημαίνει γὰρ τὸ ἱεροὺς νενομίσθαι καὶ οἷον καθιερῶσθαι.*[1]) Spectat is, quem Photius secutus est, auctor ad Thuc. V. 1., ubi hoc exstat scholion: *ἱερῶσθαι*] *τουτέστιν ἱερῶς ἀνακεῖσθαι τῷ θεῷ.* (Codices Thucydideos praeter F omnes falso in textu praebere *ἱερᾶσθαι* Bekker affirmat.) Vides sententiam esse eandem, uerba tantum discrepare. Pari modo explicatur in Etym. Mag. p. 468, 37. *ἱερᾶσθαι· ἱερουργεῖν. καὶ Θουκυδίδης „κατὰ δή τινα παλαιὰν αἰτίαν“ κτλ.*, ubi Sylburgius *ὁ δὲ Θουκυδίδης* scribendum esse censet; mihi probabilius uidetur hoc loco lacunam statuere et *ἱερῶσθαι* etymologo restituere, quem permulta e Photio in sua uasa transfudisse consentaneum est.[2])

Non semper atticistarum lexica magnas copias singulis articulis comprehendisse docent glossae Photi, Hesychi, Suidae *ἰσόρροπον· ἰσοβαρές, ἰσοστάσιον*, quae conueniunt cum scholio Thuc. II. 42.: *ἰσόρροπος· ἰσοστάσιος*, quod atticistarum esse inde euincitur. Quam ob causam in ordinem Schwartzia-

---

1) Apud Hesychium glossam uehementer discrepantem inuenimus *ἱερῶσθαι· θύειν καθαροὺς ὄντας.* Aut Hesychi auctor Thucydidis uerba male intellexit (*ἱερῶσθαι* enim putauit idem ualere atque „sacrum esse“), aut uerba corrupta sunt, aut Schmidtius non recte glossam rettulit ad locum Thucydideum.

2) Thomas Magister p. 186. Ritschl. haec habet: *καὶ ἱερεύεσθαι καὶ καθιερεύεσθαι ἐπὶ θυομένων ἱερείων. ἱερᾶσθαι δὲ μόνον ἐπὶ τῶν εἰς ἱερέας τελούντων. ἱερῶσαι μέντοι καὶ καθιερῶσαι ἐπὶ τῶν ἀναθημάτων.* Ultima uerba Ritschelius in *ἱερεῦσαι καὶ καθιερεῦσαι* mutare uoluit. Sed cum Thomas Magister saepissime Thucydidem respiciat atque Photius l. l. *ἱερῶσθαι καὶ καθιερῶσθαι* aperte coniungat, non uideo, cur actiuum *ἱερῶσαι* eodem sensu atque *ἱερεῦσαι* usurpatum fuisse negemus.

num hoc scholion receptum esse uelim. Eadem est ratio glossae Photi *μετρίως· τὸ συμμέτρως Θουκυδίδης*, quacum conuenit scholion Thuc. II. 35.: *μετρίως· συμμέτρως*. Tertium huius generis exemplum hoc addo: Photius s. u. *νεοκαταστάτοις ἀνθρώποις φησὶ Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ νεωστὶ κατῳκισμένοις*. Quae glossa fere omnino congruit cum scholio Thuc. III. 93.: *νεοκαταστάτοις ἀνθρώποις· ἀντὶ τοῦ νεωστὶ κατῳκισμένοις* uel *κατοικήσασιν*. Cum scholion ex eodem fonte fluxisse appareat, e quo Photius hausit, haec glossa uni ex illis atticistis tribuenda est, praesertim cum uoce illa praeter Thucydidem nemo meliorum temporum scriptor usus sit. Intellegere igitur non queo, cur Schwartzio haec glossa minore cum ueri similitudine, quam glossa *κωλύμη*, ad Aelium Dionysium reuocanda uideatur.

Sed ad litterarum ordinem reuertamur. Cum de uoce *κρωβύλος* propter insignes difficultates sub finem huius particulae agendum esse constituerimus, iam transeundum est ad Photium et Suidam s. u. *κωλύμη· κώλυμα. κώλυσις. ἐμπόδιον. ἐστὶ δὲ ἡ λέξις Θουκυδίδου*. Quae glossa ad Thuc. I. 92. pertinere uidetur, ubi hoc habemus scholion: *κωλύμη· κωλύσει. ἰδία δὲ ἡ λέξις Θουκυδίδου*. Cum hoc uocabulum unius sit Thucydidis, cf. Marcellin. § 52., nec postea nisi apud Thucydidis imitatores inueniatur, hanc uocem *ἀττικωτάτην* in lexicis atticistarum explicatam esse haud dubie probabile est, et cum Photius eadem habeat atque scholiasta, iam e posteriorum offuciis uerus auctor emergit, i. e. atticista quidam. Qua de causa egregia emendatione mihi uidetur Toupius glossam Hesychianam *κωλύμη· μεμφώδη* in *κωλύμη· ἐμπόδιον* mutasse.

Glossam Photianam s. u. *λαμπρῶς· τὸ φανερῶς οὐ τὸ ἐνδόξως. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ „καὶ λελυμένων λαμπρῶς τῶν σπονδῶν“. καὶ παρ᾽ ἄλλοις τοῖς παλαιοῖς* (quam Suidas exscripsit loco Procopi addito) iam Goslingsius p. 44. optime obseruauit congruere cum scholio Thuc. II. 7., ubi *λαμπρῶς· φανερῶς* explicatur. In ceteris lexicis nihil simile inueni. Nec minus uiro illi doctissimo assentiendum est, quod glossam Photi (et Suidae) *μάλιστα· τὸ μάλιστα ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς*

λαμβάνει ὁ Θουκυδίδης, cum glossatores plane eadem tradant atque scholiasta ad I. 17. III. 92., una cum scholio ad atticistas reuocandam esse censuit p. 42.

Rursus Photius, Suidas, scholiasta consentiunt in glossa *μετατάξασθαι· ἀντὶ τοῦ μετελθεῖν*, quam scholion Thuc. I. 95. ita exhibet: *μετατάξασθαι· πρὸς Ἀθηναίους μετελθεῖν. μετατεθῆναι.*

Photius s. u. *ὁμαιχμία* haec tradit: *ὁμομαχία. συμμαχία. παρὰ τὸ ὁμοῦ τὰς αἰχμὰς τίθεσθαι*, quae glossa multis locis aucta apud Suidam inuenitur, quem locos ipsum non addidisse, inde patet, quod locum Herodoto tribuit, qui potius Thucydidis (I. 18.) est. Habemus igitur exemplum, quo ea quae supra (p. 94.) diximus, comprobentur, Suidam non raro auctiora seruauisse, quibus in hac glossa e more suo nonnulla e scriptoribus Byzantinis ipse adspersit. Suidas igitur si reuera hanc glossam e Photio exscripsisset, multo pleniore exemplari usus esset quam codex est Galeanus, quae res admodum dubia uidetur, cf. Naber. § 19. Meam igitur potius sententiam amplecteris, qua Suidam non e Photio, sed ex illius auctoribus hausisse supra contendi pag. 93. sq. Sed haec quaestio quem in modum a uiris doctis soluatur, hic nihil interest, cum Suidam et Photium eadem tradere perspicuum sit, unde apparet Photi glossam reuera ad Thuc. I. 18. referendam esse, ubi hoc scholion inuenimus: *ὁμαιχμία*] *ἐκ τοῦ ὁμοῦ καὶ ἔχω ἢ μᾶλλον ἐκ τοῦ ὁμοῦ καὶ αἰχμή*. Eandem cum habeamus etymologiam, dubitari nullo modo potest, quin illae glossae ad eandem originem referendae sint i. e. ad atticistas. Eandem glossam nonnullis tantum uerbis discrepantem habemus in Etym. Mag. p. 623, 38., quam iam Gaisfordus ad scholion Thucydideum rettulit. Hesychi autem loco nihil ad explorandos glossarum et scholiorum auctores proficimus, cum codicis Marciani librarius interpretamentum plane omiserit.

Cum scholio Thuc. I. 56. *ὁμήρους*] *τοὺς ἕνεκα εἰρήνης διδομένους εἰς ἐνέχυρα* (cf. schol. Thuc. I. 82.) consentiunt Photius et Suidas, qui hoc loco paulo uerbosior est[1]): *ὅμηρον* (*παρὰ*

1) Uncis inclusa apud Photium desunt.

Θουκυδίδῃ) *τὸ εἰς εἰρήνην διδόμενον* (*ἐπὶ συνθήκαις*), et Hesychius *ὅμηροι· οἱ ἕνεκεν εἰρήνης διδόμενοι. ἐνεχυραζόμενοι.* Goslingsius p. 18., laudatis Harpocratione s. u. *ὁμηρεῦσαι* (potius *ὁμηρεύειν*) et scholio ad Ar. Ach. 327. hunc locum propter Naberi rationes ad Didymum refert. Quam sententiam non prorsus falsam esse docet scholion Aristophaneum, nec non e Pamphilo glossa petita potest esse, qui Didymi *λέξιν κωμικήν* in sua uasa totam transfudit. Ego uero, cum scholion Thucydideum conueniat, hanc glossam atticistis tribuere malim.

De uoce *ὁμωχέτας* iam supra egimus, cum exponeremus, qua ratione Suidas ad explorandos scholiorum fontes adhibendus esset, cf. p. 95. Habemus apud Photium, Hesychium, Suidam *ὁμωχέτας. Θουκυδίδης τοὺς συννάους θεοὺς καὶ ὁμορόφιους. Βοιωτικὴ δὲ ἡ λέξις.* Cum uox illa apud unum Thucydidem exstet IV. 97., ubi hoc habemus scholion: *ὁμωχέται· οἱ συμμετέχοντες τῶν αὐτῶν νεῶν καὶ τῶν αὐτῶν ἱερῶν*, non uerbis sed re ipsa consentiunt. Nihil eo effici, quod Suidas scholion ipsum post explicationem illam addiderit iam supra, p. 94., significauimus.

In melioribus scholiis Patmiensibus est, quod pertinet ad Thuc. III. 50. (ut quidem Sacellion probabiliter coniecit): *ὀργάς· ἡ ἀφιερωμένη χώρα τοῖς θεοῖς, ἤτοι ἀπὸ τῶν ὀργέων, ἅπερ ἐστὶ μυστήρια.* § *ἤτοι ἀπὸ τοῦ ὀργάνου, ἅπερ* (Egenolffius restituit *ὀργᾶν ὅπερ*) *ἐστὶν ἐπιθυμεῖν, καρπὸν φέρειν. αὕτη γὰρ οὐκ ἐγεωργεῖτο, ἐπάρατος οὖσα. ἐν τῷ περὶ συντάξεως* (§ 52.) *„πρὸς τοὺς καταράτους Μεγαρέας ἐψηφίσασθε ἀποτεμνομένους τὴν ὀργάδα.“* Loco Demosthenico de lexico rhetorico cogitare admoniti apud Harpocrationem hanc glossam inuenimus: *ὀργάς. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως. ὀργὰς γὰρ καλεῖται τὰ λοχμώδη καὶ ὀρεινὰ χωρία καὶ οὐκ ἐπεργαζόμενα, ὅθεν καὶ ἡ Μεγαρικὴ ὀργὰς προσωνομάσθη τοιαύτη τις οὖσα, περὶ ἧς ἐπολέμησαν Ἀθηναῖοι Μεγαρεῦσιν.* Eundem igitur locum uterque glossator tangit, sed cum parum inter se conueniant, origo diuersa statuenda est. Eandem, quam scholion Patmiense, originem habet glossa Photi s. u. *ὀργάδες· τὰ ἱερὰ χωρία, ἤτοι ἀπὸ τῶν ὀργίων ἢ τῶν μυστηρίων.* § *ἢ παρὰ*

τὸ ὀργᾶν, ὅπερ ἐστὶν ἐπιθυμεῖν. καὶ γὰρ ἐπιθυμοῦντες τρυγᾶν τὰ ἱερὰ φυτά, οὐ τολμῶσι διὰ τὸ ἐπάρατα εἶναι, unde utramque explicationem illius iam in atticistarum lexicis coniunctam fuisse cernimus. Harpocrationis autem locus cum nondum ad certum auctorem reuocatus sit, euoluas, si placet, Hesychium s. u. ὀργάς, ubi in glossa: λοχμῶδες καὶ ὀρεινὸν χωρίον καὶ ἀνέργαστον. καὶ πᾶν τὸ ὀργιζόμενον ἢ ἐπιτρεπόμενον ἢ ἐπιθυμοῦν ἢ ἀκμάζον glossas Photi et Harpocrationis coniunctas esse intelleges. Ceteri lexicographorum loci nihil ad cognoscendam hanc glossarum affinitatem utile afferunt. Ne tamen quicquam omisisse uidear, loci hi sunt: Bekkeri Anecd. p. 287, 14. = Harp., Phot. gl. 1., Suid. gl. 2.; Phot. gl. 2.; Phot. gl. 3. = Suid. gl. 1.

Cum glossa Photiana: ὅσον οὐκ ἀποτετέλεστο· ἀντὶ τοῦ σχεδόν, confer scholion Thuc. IV. 69.: ὅσον οὐκ ἀποτετέλεστο· ἀντὶ τοῦ παρὰ μικρὸν ἀπετελέσθη. Si Suidam respexerimus, non ὅσον οὐκ ἀποτετέλεστο explicatum esse intellegemus, sed solas uoces ὅσον οὐ, ut ex locis appositis apparet. Si igitur Suidas[1]) haec ex auctore suo transscripsit, glossam non incorruptam esse putabimus, cum exemplum ad illustrandas uoces pro uocibus ipsis positum sit. Sed cum Suidas et Photius inter se consentiant, iam atticistam falso ita tradidisse coniciemus, et glossam apud Photium et Suidam ita restituemus: ὅσον οὐ· ἀντὶ τοῦ σχεδόν. ὅσον οὐκ ἀποτετέλεστο κτλ. Cui haec ratio minus probabilis uidetur, ei sub finem glossae uocabulum excidisse putandum est, quo ἀποτετέλεστο explicaretur. Proficiscendum enim est a Suidae glossa, qui ut exempla illa ad glossam iam mutilatam falsoque ab ipso intellectam e scriptoribus Byzantinis more suo adscriberet, fieri facile potuisse concedendum est. Neque tamen certum iudicium fieri potest, cum cetera etymologica prorsus taceant.

1) Suid. ὅσον οὐκ ἀποτετέλεστο· ἀντὶ τοῦ σχεδόν. „ὅσον οὐκ ἤδη πονήρως τε καὶ ἀθλίως ἀπολουμένων.“ καὶ αὖθις „ἐκεῖνον γὰρ ὅσον οὐ βασιλεύειν τῆς Ἀσίας.“ Apud Thucydidem hi loci non inueniuntur. Apud alios quoque scriptores ὅσον οὐ inueniri docet Deuarius ed. Klotz. I p. 154.

Scholii Thucydidei I. 78. *παράλογος* atticistas (nisi quod ipse unum Aelium Dionysium auctorem esse dicit, qua de re cf. p. 97.) auctores fuisse optime Goslingsius p. 42. demonstrat, ut eius argumenta repetere inutile sit. Locos tantum ab illo non adhibitos uelim addas: Suid. s. u., Thom. Mag. p. 303, 16., schol. Luc. p. 134., lex. Vindob. p. 141, 17.

De uoce *παιδικά* iam Naber Proleg. p. 66. disseruit, qui quia conuenit scholion ad Aristoph. Vesp. 1026. (non 1021.), Photi glossam s. u. ad Didymum rettulit. Attamen cum scholion Thuc. I. 132.: *παιδικά*] *τὸ παιδικὰ ὀξυτόνως, οὐδέτερον πληθυντικόν. τοῦτο δέ τινες ἐπ᾽ ἀγαθοῦ ἔρωτος, τινὲς δὲ ἐπὶ αἰσχροῦ λαμβάνουσιν* cum scholio Aristophaneo congruat, Goslingsius p. 17. etiam hoc ad Didymum referre uoluit. Neque tamen quicquam futilius est. Quandoquidem glossa Photiana ne uno quidem uerbo conuenit cum scholio, quod iam obiter illam inspicienti perspicuum erit, de scholiis aliter argumentandum est. Quodsi Naber, quia simillimum est scholion ad Plat. Parmen. p. 127. B, statim de Boetho cogitauit, equidem, cum propter argumentorum penuriam credere non possim fuisse Boethum praecipuum scholiorum Platonicorum auctorem, statim ad atticistas refugio, quos saepissime in scholiis Platonicis adhibitos fuisse certum est. Conuenit praeterea Eudemus apud Boysen. p. 100. et aliud lexicon rhetoricum apud eundem p. 91.: *παιδικὰ· ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις, ὡς ἔστι μετὰ ταῦτα λεκτέον.*

Vocem *παρεξειρεσίαν* auctor Photi in hunc modum explicauit: *τὸ ἔξω τῶν ἐρεσσόντων ἐν δ᾽ Θουκυδίδης,* quae glossa ad Thuc. IV. 12. referenda est, ubi hoc habemus scholion: *παρεξειρεσία ἐστὶν ὁ ἔξω τῆς εἰρεσίας τῆς νεὼς τόπος, καθ᾽ ὃ μέρος οὐκέτι κώπαις κέχρηνται. ἐστὶ δὲ τοῦτο τὸ ἀκρότατον τῆς πρύμνης καὶ τῆς πρῴρας.* Dubitari potest, num scholiasta cum Photio conspirans e glossis lexicographorum alterius post Chr. n. saeculi sua hauserit. Mirum enim est, quod Suidas, qui totam glossam e Photi auctoribus exscripsit, locum quendam Arriani citat. Si Suidas hunc locum ex auctore suo transscripsit, minime uerisimile uidetur, auctorem illum fuisse

unum ex atticistis, de quibus iam disputauimus, cum nullum fragmentum in magno illorum numero adhuc exhibuerit locum ex aequalibus scriptoribus apud atticistas laudatum. Cum uero saepissime Suidam ex opibus suis exempla e scriptoribus posterioris aetatis sumpta addidisse constet, hoc loco eum e fonte alieno hausisse censebimus. Fortasse ipse locum illum addidit, cum ex indice Bernhardyano in auctoribus Suidae gratissimis Arrianum fuisse appareat. Glossa igitur, qualem Photius eam exhibet, ex atticistarum penu desumpta est, locus autem Arriani ab illa secernendus. Hesychius s. u. *παρεξειρεσίαν· τὸ κατὰ τὴν πρῴραν πρὸ τῶν κωπῶν, ὡς εἰ λέγοι τις παρὲξ τῆς εἰρεσίας* tradit, quod omnino conuenit cum scholio Thuc. VII. 34. Scholiasta igitur ad eundem fontem redit, ad quem Hesychius. Eandem glossam Suidas post illam, de qua modo obseruauimus, addidit, Photius eam non habet. Quodsi Goslingsius p. 24. hanc glossam ad Didymum referre noluit, quippe cum qua Hesychi locus conueniret, equidem hanc rationem debilem esse iam supra demonstraui p. 80. not.

Soli Photio debemus glossam *περίνεως· τοὺς ἔξω τῶν ὑπηρεσιῶν πλέοντας, ὡς λιπόνεως τοὺς λιποτάκτας*. Conuenit scholion Thuc. I. 10.: *περίνεως*] *τοὺς περιττοὺς ἐν τῇ νηὶ ἐπιβάτας οἱονεὶ δούλους. § τοὺς περιττοὺς καὶ ἔξω τῶν ὑπηρεσιῶν καὶ ..... πρῶτον πλέοντας*.[1]) Neque posteriorem scholii partem et Photi glossam ad eundem auctorem reuocare dubito.

---

1) Lacunam, quam indicaui, necessario statuendam esse inde apparet, quod *περίνεως* non est *ὁ πρῶτος πλέων*. Ille *πρωτόνεως* potius uocandus erat. Si glossas Photi iure utiles esse ad auctores scholiorum explorandos iudicauimus, etiam ex illis scholia corrupta corrigere licebit. Duas enim apud Photium glossas habemus: *πρωτόνεῳ· οἱ πρῶτον πλέοντες· ἢ πρῶτον εἰς τόπον τινὰ καταπεπλευκότες* et deinde *πρωτόνεως καὶ ἀρχένεως καὶ ἄλλα πολλὰ ὁμοίως· καὶ περίνεως Θουκυδίδης ἐν πρώτῳ*. Illas glossas fortasse Aelio Dionysio uel Pausaniae deberi Schwartzius p. 130. contendit neque tamen ullam causam attulit. Cur hoc fecerit, hic diiudicare nostrum non est; recte uero factum esse conicio, quia uocem *περίνεως* laudatam inuenimus. Itaque illa glossa ad textum scholii restituendum utor atque explendae lacunae causa ita scribo: *καὶ πρωτόνεως τοὺς πρῶτον πλέοντας*.

Goslingsius p. 41. totum scholion ad Aelium Dionysium refert, sed prior illius scholii pars cum loco quodam Pollucis I. 95. uidetur consentire, qui tradit: *περίνεως· οὕτω δ' ἐκάλεσε τοὺς ἄλλους ἐπιβάτας* (sc. *ὁ Θουκυδίδης*). Cui uero haec glossa attribuenda sit, dubium erit, donec meliora de Pollucis fontibus cognouerimus. Illum ipsum constanter de auctoribus suis tacere notissimum est.

Photius s. u. *περιωπή* (cf. Schwartz. Ael. Dionys. p. 123.) haec exhibet: *περιωπὴ καὶ πισύνη καὶ πύστις· πάντα ταῦτα γλωττώδη παρὰ Θουκυδίδῃ· καλεῖ δὲ περιωπὴν τὴν φροντίδα καὶ τὴν περίσκεψιν οὐ τὸν τόπον ὡς Ὅμηρος.* Vox *περιωπή* saepius apud Thucydidem inuenitur (I. 3. 136., IV. 86., V. 14.), atque unum habemus scholion, quod cum loco Photiano conferri possit, ad IV. 86.: *περιωπήν. ἀντὶ τοῦ περίσκεψιν ἢ περιάθρησιν ἢ πρόνοιαν ἢ ἐξέτασιν.* Prorsus igitur cum Goslingsio p. 46. facio, qui hunc locum (quem Suidas transscripsit et locis ex Agathia et Theophylacto Simocato petitis more suo auxit) ad atticistas rettulit.

Photius s. u. *προσέκειτο* (cf. Schwartz. Ael. Dionys. p. 128.): *ἀντὶ τοῦ προσεῖχεν· Θουκυδίδης.* Respicit ad Thuc. I. 93., ubi hoc habemus scholion: *προσέκειτο· τὸν νοῦν προσεῖχε νοήσας.* Exstat praeterea scholion ad VII. 34.: *προσκείμενος· προσέχων.* Loci ceteri a Schwartzio laudati nulla scholia exhibent.

Glossa Photi: *πρόσοδος· εἰσφορά· εἴσοδος ἢ παρουσία, ὡς Θουκυδίδης καὶ ἕτεροι* uidetur conuenire cum scholio Thuc. IV. 110.: *ἐτήρουν τὴν πρόσοδον] ἐφύλαττον τὸ τῆς παρουσίας,* ad quem locum auctor glossae apud Bekker. Anecd. p. 298, 7. uidetur respexisse. Cum e locis apud Schwartzium p. 128. laudatis appareat etiam ab oratoribus atticis saepius illam uocem adhibitam esse, et glossam illam atticistis adscribere non dubitabimus, et scholion nostrum ad eosdem referemus auctores. Suidas, qui eandem glossam habet, praeterea locum quendam incerti auctoris addidit: *ὁ δὲ Καῖσαρ ἐκ τῆς προσόδου μόνης τούτους κατέπληξε τουτέστι παρουσίας,* quem e sua penu uidetur adiecisse, cum uix credibile sit locum scrip-

toris posterioris (qui subesse putandus est propter uocem ὁ Καῖσαρ) in atticistarum lexicis, unde glossam hausit, exstitisse.

Manifestos auctores, atticistas dico, habet Photius s. u. προσφερεῖς· ὁμοίας, quae glossa occurrit et apud Hesychium et apud Suidam: προσφερεῖς κόρας· ὁμοίας ἀλλήλων κόρας. Locus Thucydideus, quem habeo, eandem praebet explicationem: προσφερής· ὁμοία schol. I. 49.

In scholio Thuc. I. 134.: ἐν τῷ προτεμενίσματι] ἐν τῷ προπυλαίῳ. § ἐν τῷ πρὸ τοῦ ἱεροῦ προαστείῳ, eandem habemus explicationem, quae inuenitur apud Photium, Hesychium, Suidam προτεμενίσματα· προπύλαια ἢ προάστεια. Mirum in modum corruptela quaedam Hesychi gl. 2.: προτενίσματα conuenit cum mendo eodem in scholio Patmiensi ad hunc locum, ubi habes: προτένισμα· ὁ πρὸ τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ τεμένους ἱερὸς τόπος, unde hunc errorem ueterrimum esse concludo. Etenim si nullus inter has glossas conexus esset, miro certe modo factum esset, ut et Hesychius et scholiasta Patmiensis in eiusdem loci explicatione in eundem errorem inciderent. Verum iam fontem communem hac macula inquinatum fuisse putandum est, et Hesychius tam insipidum se praestitit, ut eandem glossam et recte et falso transscriberet.

Photius siue potius illius auctor s. u. πρότριτα· τῇ τρίτῃ ἐπάνω ἡμέρᾳ. Θουκυδίδης ἐν β' τὴν τρίτην πρὸ τῆς ἐκφορᾶς respicere uidetur ad Thuc. II. 34., ubi hoc scholion legitur: πρότριτα· πρὸ τρίτης ἡμέρας τῆς ἐκφορᾶς, ἢ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς· ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον; schol. Patm. πρὸ τριῶν ἡμερῶν. Scholion, ut uolgo legitur, corruptum esse inde apparet, quod Thucydidem l. l. agere de certo termino, qua σκηνήν illam confici oportuit, non de funere per tres dies celebrato omnes facile concedent, atque si Photi auxilio uti uolumus, ita scribemus: τρίτης ἡμέρας πρὸ τῆς ἐκφορᾶς, qua quidem emendatione aptum sensum restituisse nobis uidemur. Hesychi glossam πρότριτα· πρὸ πολλοῦ omnino non ad Thucydidis scholia referendam esse existimo. Si igitur scholion feliciter sanasse uideor, etiam hic locus cum Photi glossa ad eundem auctorem, Dionysium uel Pausaniam, referendus est.

Sequitur locus Photi: *προὔχοντο· προέβαλον· οὕτως καὶ Θουκυδίδης ἐχρήσατο ἐν πρώτῃ ἱστοριῶν λέγων „εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προὔχονται“ ἀντὶ τοῦ προβάλλουσι, προτείνουσιν.* Locus Thucydideus inuenitur I. 140., ubi habemus scholion *προὔχονται· προβάλλονται.* Optimo igitur iure has duas glossas inter se coniungemus et cum permultis locis scholia Thucydidea corrupta esse sciamus, non dubito, quin pro *προβάλλονται* actiua forma restituenda sit, praesertim cum ceteri auctores omnes illam formam praebeant. Cum Photio, Suidae, scholiastae hanc glossam communem esse intellexerimus, sane miramur, quod M. Schmidtius Hesychi glossam *προὔχονται· ἐνδέχονται* ad hunc locum reuocauerit, cum *ἐνδέχεσθαι* non idem sit atque „praetexere“, sed potius „permittere“ significet.

Apud Aelium Dionysium p. 132. ed. Schwartz. haec e Photio et Bekkeri Anecd. p. 388. enotata sunt: *ῥαχίαν οἱ Ἀττικοὶ καὶ τὴν Ἀκτὴν καὶ τὸν τόπον αὐτόν, ᾧ προσαράττει κῦμα. καὶ Θουκυδίδης· οἱ δὲ Ἴωνες κτἑ.* Respicere uidetur ad Thuc. IV. 10., ubi hoc scholion exstat, quod iam per se ipsum maioris antiquitatis opinionem praebet: *τὴν ῥαχίαν] ὅτι ῥαχία ἐστὶ πετρώδης τόπος, περὶ ὃν περιρρήγνυνται ἡ θάλασσα καὶ ὁ κλύδων καὶ ἡ τῆς θαλάσσης ὁρμή. ὅθεν καὶ τὸ ὀστῶδες νώτιον ῥάχις καλεῖται, ὡς ἀπὸ τῆς ῥαχίας τῆς πέτρας.* Idem fere uidemus scholion continere atque glossam Photi, quam uel per se atticistis adscribendam esse Goslingsius p. 23. optime demonstrauit. Verba tantum paulo inter se discrepant. Prorsus aliena uero profert Etym. Magn. p. 702, 54., quae nonnullis locis conspirant cum Hesychio s. u. *ῥαχία, ῥάχις.* Primo enim loco profert etymologias ineptas, deinde sequitur majoris aetatis glossa, quam perperam exscripsit (Euripidis Hecuba laudatur, cum locus reuera ad Troadum uersum 117. referendus sit); tum dicit *καὶ ἐπὶ σώματι* sc. uocem *ῥαχίαν* adhiberi, quod cum scholio nostro prorsus conuenit, postremo iterum ad etymologiam abstrusam reuertitur. Itaque non ad eosdem auctores illa adnotatio referenda est atque scholion et glossa Photi, i. e. ad atticistas (quorum uerba non ita, ut Schwartzius fecit,

restituere ausim). Goslingsius p. 23. hanc Photi glossam propter Hesychi locum: *ῥαχία· πᾶς πετρώδης αἰγιαλός* ad Didymum refert, quam opinionem propter rationes supra expositas meam facere non queo.

E nonnullis adnotationibus conflatum uidetur scholion Thuc. IV. 1.: *περὶ σίτου ἐκβολῆς*] *σίτου ἐκβολὴν τὴν τῶν σταχύων ἐκ τῶν καλύκων γένεσιν· ἐπιφέρει γὰρ „ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος“. ἦρος δὲ σταχύες ἐκφύονται. ἤγουν ὅτε ὁ στάχυς δημιουργεῖται καὶ προβάλλεται (ἤγουν ἐκβάλλεται) ἔχων τὸν κόκκον τοῦ σίτου διατετυπωμένον, οὔπω δὲ εἰς ἀκμὴν προαχθέντα.* De uocabulo *σῖτος* duas Photi glossas habemus: *σῖτος πᾶς ὁ σιτικὸς καρπός, οὐχ ὁ πυρὸς μόνον. καὶ αὐτὰ τὰ σιτία. Θουκυδίδης δ΄ „καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον οἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ἤροῦντο, οἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν“*, quae glossa ad Thuc. IV. 26. pertinet, ubi nullum, quod conferri possit, scholion exstat. Ad hunc locum (Thuc. IV. 1.) altera Photi glossa uidetur referenda: *σίτου ἐκβολή, ὅταν ὁ στάχυς τῆς κάλυκος ἐκφύηται, οὐχ ὅταν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδῶται τὰ σπέρματα*, quam re ipsa cum scholio nostro conuenire nemo negabit. Schwartzius p. 138. hanc glossam ideo Aelio Dionysio adscribere noluit, quia iam alteram illi attribuerat: melius uero egisset, si nobis optionem dedisset, utram uni uel alteri illorum atticistarum adscribere mallemus.

Photius s. u. *στρατόπεδον ἐποιήσαντο· ἀντὶ τοῦ σκηνάς. δύο γὰρ σημαίνει ἡ λέξις καὶ τὸ στράτευμα καὶ τὸν τόπον τοῦ στρατεύματος* conferri potest cum scholio Thuc. I. 46.: *στρατόπεδον· δύο σημαίνει τὸ στρατόπεδον. τὸν λαὸν τοῦ στρατοῦ καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ὁ λαός. ἐτυμώτερον δέ ἐστιν ἐπὶ τοῦ τόπου λέγεσθαι, οἷον τοῦ στρατοῦ πέδον.* Qua explicatione, quam ex eodem atque Photianam riuo manasse perspicuum est, luculentissime demonstratur, quod iam saepius adfirmauimus, scholiastas Thucydideos non uerba ipsa ex atticistis depinxisse, sed illorum explicationibus ita tantum usos esse, quoad id ad explicandum Thucydidem necessarium esse uideretur. Ex Suidae quoque glossa intellegimus scholion et glossam Photi ex uno auctore petita esse, cum priore loco

congruat cum Photio: *στρατόπεδον ἐποιήσαντο· ἀντὶ τοῦ σκηνάς· δύο γὰρ σημαίνει ἡ λέξις· τὸ στράτευμα καὶ τὸν τόπον τοῦ στρατεύματος*, deinde cum scholiasta: *ἐτυμώτερον δέ ἐστιν ἐπὶ τοῦ τόπου λέγεσθαι, οἷον τοῦ στρατοῦ τὸ πέδον*. Apud Schwartzium hanc glossam non inuenies.

Sequitur locus Photi: *σφαγὰς· τὰς κατακλεῖδας Θουκυδίδης. καὶ τοὺς οἰστούς* . . . Attingit auctor glossae locum Thucydidis IV. 48., ubi, quomodo nobiles Corcyraei ipsi mortem sibi consciuerint, enarratur. Photius locum indiligenter e fonte suo deprompsit, cum uerba grauissima, de quibus solis agitur, *καθίεσαν ἐς τὰς σφαγάς* plane omitteret. Scholii ad Thuc. IV. 48. eosdem auctores esse ac Photi: *ἐς τὰς σφαγάς*] *σφαγὴν καλοῦσι τὸ κατὰ τὴν κλεῖδα τοῦ ἀνθρώπου μέρος, δι' οὗ καθιᾶσι τὰ σιδήρια οἱ ἐθέλοντες ἑαυτοὺς ἀνελεῖν*, non infitiabimur. Hesychius corruptam habet glossam *ὁ κατὰ τὴν κατακλεῖδα τόπος. κατακλεῖδες* enim sunt partes corporis humani *κλειδί* suppositae atque idem significant atque *σφαγαί*. Itaque altero *κατά* remoto rectum sensum in Hesychi glossa restitutum esse nemo negabit.[1]) Propter Hesychi glossam Goslingsius p. 24. locum nostrum ad Didymum refert, quod non probamus. cf. p. 80.

Quaestio difficilis est de uocabulis *ὑπάγειν ἐς δίκην* et *ὑπαγωγαί*. Habemus enim glossam Photi *ὑπαγωγάς· τὰς ἀναχωρήσεις διώξεις καὶ ὑπαγωγάς φησι Θουκυδίδης*. Eadem legimus apud Suidam addito Agathiae loco. Quorum auctor uidetur spectasse ad Thuc. III. 97., ubi in cod. F habemus scholion *ὑπαγωγαί· ἀναχώρησεις*. Si apud Hesychium legimus: *ὑπαγωγή· ὑποχώρησις*, haec glossa sine dubio ex eodem fonte fluxit, cum *ὑποχώρησις* idem fere significet atque *ἀναχώρησις*. Librarii fortasse culpa (nam nullus fere codex facile mendosior est Marciano) idem mendum admissum est, quod iam s. u. *σφαγάς*

1) Poll. II. 133.: *κλειδῶν δὲ τὸ μὲν πρὸς ὠμοπλάτας ἐπωμίς, τὸ δὲ πρὸς τράχηλον παρασφαγίς, ὅτι τὸ κοῖλον, ᾗ συστᾶσιν αἱ κλεῖδες, καλεῖται σφαγή, ὑπ' ἐνίων δὲ καὶ θυμός.* II. 165.: *τὸ δὲ ὑπὸ τὸ στέρνον ἔγκοιλον, ὃ καλοῦσι σφαγὴν καὶ ἀντικάρδιον ὑπ' ἐνίων ὠνόμασται.* De uoce **κατακλείς* omnino nihil scimus.

ab eo commissum uidimus, ut oculis ad praepositionem praecedentem aberraret et illam falso loco in textum suum insereret. Eandem glossam habemus in Etymologico Magno p. 777, 21., ubi in maiore quadam glossarum farragine latet. Quodsi Schwartzius p. 152. glossam *ὑπάγειν ἐς δίκην· τὸ ἄγειν καὶ Θουκυδίδης καὶ ἄλλοι* atticistis attribuere uoluit, melius fecisset, si hunc Etymologici Magni locum adhibuisset. Hoc loco enim glossam illam in codice V inueniri Gaisfordus adnotat in illa maiore adnotatione, quae incipit *ὑπάγει· ἐξαπατᾷ*, unde perspicuum fit, omnes illas glossas ad eundem auctorem referendas esse.[1]) Cum autem supra intellexerimus illam glossam, quae est de uoce *ὑπαγωγαί*, ad atticistas referendam uideri, etiam ceterae illae cum glossa *ὑπαγωγαί* coniungendae fuerunt, neque una tantum, quae erat de usu forensi, in collectione fragmentorum ponenda erat.

Manifestam scholiorum originem cernis in scholio Thuc. I. 35. *ὑπείπομεν· προείπομεν* comparatis Photio et Suida *ὑπείπομεν· προείπομεν καὶ ὑπειπεῖν· ὑπαγορεύειν*, scilicet atticistarum lexica.

De scholio Thuc. II. 39. *ὑπηρέσιον* iam Goslingsius p. 22. ita disputauit, ut de scholii origine dubitari non possit. Quod uero Didymum auctorem esse contendit propter Hesychi et Photi consensum, me illum sequi non posse iam supra dixi p. 80. Locus Eustathi, quem attulit, p. 1591, 39., cum Diogenianum non laudet, ad atticistas potius referendus erit. Certa fit res adnotatione Suidae, quam Goslingsius omisit: *ὑπηρέσιον· ὑπαγκώνιον τῶν ἐρετῶν [ἤγουν κωπηλατῶν], ἐφ' οὗ καθίζουσιν οἱ ἐρέσσοντες διὰ τὸ μὴ συντρίβεσθαι αὐτῶν τὰς πυγάς.* Prior enim glossae pars conuenit cum Hesychio et Photio, posterior cum scholio nostro. Quare cum Suidas Photium non

---

1) Etym. Mag. p. 777, 21.: *ὑπάγει· ἐξαπατᾷ. ὑπαγωγαί· αἱ ἀπάται καὶ ὑπαγωγὴ ἡ ὑποχώρησις. καὶ ὑπαγωγὰς ἀναχωρήσεις. „διώξεις τε καὶ ὑπαγωγάς“ Θουκυδίδης. καὶ ὑπαγωγὴ δὲ λέγεται ἡ ταῖς ναυσὶ σκέπη καὶ προσόρμησις, οἷον ὕφορμός τις. ὑπαγωγεὺς ἐργαλεῖον οἰκοδομικόν. ὑπάγειν ἐς δίκην κτλ.* Eadem ordine paulum immutato sunt apud Suidam s. u.

ipsum exscripserit, sed potius illius fontes, iam in illis glossam ita exaratam fuisse existimabimus.

Quoniam his locis omnibus Photio auctore usi atticistarum lexica scholiorum Thucydideorum fontes fuisse demonstrauimus, iam nonnullos locos subiungere liceat, in quibus nonnulla insunt uel satis intricata uel incerta, etsi Photi auxilio nondum caremus.

Quaestio difficillima est de scholio illo notissimo ad Thuc. I. 6.: *ἐν ἔρσει κρωβύλον*] *ἐν ἔρσει ἢ ἐν εἰςέρσει ἢ ἐν πλοκῇ. κρωβύλος δὲ ἔστιν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν ἀπὸ ἑκατέρων εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον. ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν κρωβύλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παίδων σκορπίος. § ἐν ἔρσει· ἐν ἀναδέσει παρὰ τὸ εἴρειν* neque multo post *κρωβύλον· ἐμπλοκὴ ἀπὸ τοῦ μετώπου ἐπὶ κορυφὴν ἀνιγμένη.* Si lexica perscrutamur, apud Photium duas inuenimus glossas, quarum altera fere tota cum hoc scholio conuenit: *κρωβύλος* (non *κρώβυλος*, ut Naber falso exhibet cf. Herod. ed. Lentz. I. p. 163., Gaisford. in indice ad Etym. Mag. s. u. *κρὼβύλος*) *πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ λῆγον. ἐκαλεῖτο δὲ τοῦτο ἐπ' ἀνδρῶν. κόρυμβος δὲ ἐπὶ γυναικῶν. σκορπίος δὲ ἐπὶ παίδων. καὶ Θουκυδίδης. κρωβύλον ἀναδούμενοι.* Haec igitur glossa ad atticistas referenda uidetur. Non idem constat de altera, quam apud Photium et in Etym. Gud. p. 641, 63. ed. Sturz. inuenimus: *κρωβύλος· ὁ μαλλὸς τῶν παιδίων.* Plura Hesychius adfert. Ea uero, quae lexicon Bachmannianum s. u. *κρωβύλος* tradit, e scholiis Aeschineis ad I. 64.[1]) interpolata esse Naber Proleg. ad Phot. p. 129. diserte exponit. Quae omnia ad eundem auctorem referri non possunt, etsi id negari non potest, si scholii Aelius Dionysius auctor fuerit, glossae alterius fortasse Pausaniam auctorem fuisse uel uice uersa. Ideo Doberentzi opinio, quem

1) Schol. Aeschin. I. 64.: *Κρωβύλος· ἀδελφὸς ἦν οὗτος Ἡγησάνδρου, οὕτως ἐπωνομασμένος διὰ τὴν πανουργίαν. Ἡγήσιππος γὰρ κυρίως ἐκαλεῖτο. § Κρωβύλον καλεῖ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἡγησάνδρου τὸν Ἡγήσιππον τὸν μισοφίλιππον καθὸ αὐτὸς ἤλειφε τὴν κεφαλὴν καὶ ἐφιλοκάλει τὰς τρίχας· κρωβύλος γάρ ἐστιν εἶδος ἐμπλέγματος πρώην γενομένου παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν Ἀθηναίων, ὡς ἔγνωμεν ἐν τοῖς Θουκυδιδείοις.*

Aspasio Byblio haec scholia attribuisse uidimus p. 85., minus uera uidetur. Accedit, quod illa scholia Aeschinea, etsi Aspasius semel nominatur, potius ad atticistas referenda sunt, quod hoc loco pro uero ponere liceat, non ad Zosimum Ascalonitam, ut Naber Proleg. l. l. et Dindorfius Praef. ad schol. Aeschin. contenderunt. Mirum uidetur, quod Suidas s. u. *κρωβύλος* multo plura eaque maiorem aetatem redolentia, quam Hesychius et Photius gl. 2., profert: *κρωβύλος ὁ μαλλὸς τῶν παιδίων καὶ ὁ πλόκαμος, ὃν διέβαλλον οἱ τὸν χρυσοῦν τέττιγα φοροῦντες. ἀνάθημα. κόσμος ἐκ τριχῶν πεπλεγμένος. ἐν ἐπιγράμματι* (Anthol. Pal. VI. 155.):

ἅλικες αἵ τε κόμαι καὶ ὁ κρωβύλος, ὃς ἀπὸ Φοίβου
πέξατο μολπαστᾷ κῶμος ὁ τετραέτης.

Ξενοφῶν (Anab. V. 4. 13.)· *εἶχον δὲ κράνη σκύτινα, οἷάπερ τὸ Παφλαγονικὰ, κρωβύλον ἔχοντα κατὰ μέσον, ἐγγυτάτω τιαροειδῆ.* Quia Photius gl. 2. et Hesychius idem referunt, uni ex atticistis tota haec explicatio uidetur tribuenda esse, quam cum apud Suidam pleniorem habeamus neque tam detruncatam, quam exstat in codice Galeano, Suidam non ex Photio ut Cobetus et Naber contenderunt, sed potius ex illius fontibus hausisse credemus, cf. p. 80.

Quae si concedis, noua quaestio oritur, unde Hesychius sua, quippe quae tantopere discrepent a Suidae glossa, de prompserit. Fortasse tota glossa pertinet ad locum quendam oratorum, ut nomen Hegesippi [1]) uidetur demonstrare, cf. Harpocr. s. u. *κρωβύλος*· *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος Ἡγήσιππος μέν ἐστιν ὁ καλούμενος Κρωβύλος. κυρίως δὲ εἴδός τι ἐμπλοκῆς ἐστιν ὁ κρωβύλος, καθά φησι Θουκυδίδης ἐν α΄* Sed certa proferre non queo. Suidae glossa tertia conuenit cum Photi glossa priore, Suidae glossa altera ad eundem locum referenda uidetur atque eae glossae, quae sunt in Cramer

1) Hesych.: *κρωβύλος· ὁ μαλλὸς τῶν παίδων ἢ ὁ κόρυμβος τῆς ... ἐκ πλοκῆς γάρ ἐστιν ἀνηγμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν οὕτω δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος καὶ †δήγγος ἐκαλεῖτο κρωβύλος. καὶ μαλλὸς τῶν αἰδοίων.* Cum illo uidetur concinere Etym. Mag. p. 541., ubi haec gl. legitur: *Κρωβύλος· ὄνομα κύριον.*

Anecd. Oxon. II. p. 497. et Harpocr. epitom., quae conueniunt. Goslingsius p. 16. scholion Thucydideum, cum inter se conueniant quodammodo Harpocration et Photius, Didymo tribuendum esse existimat ad Naberum (Proleg. ad Phot. p. 106. sqq.) prouocans. Sed maxime dubium est, num reuera Photius et Harpocration inter se conueniant. Immo res ita comparata est, ut duae glossae supersint ex una deriuatae. Alteram habent Photius (gl. 1.) et Suidas (gl. 3.) et scholion Thuc. = *κρωβύλος δέ ἐστιν εἶδος πλέγματος κτλ.*, alteram habent Hesychius, Photius (gl. 2.), Suidas (gl. 1.). Utramque uero glossam ex eodem fonte profectam esse docent scholion Aeschin. I. 64. et Harpocr. s. u., ubi oratorem et historicum in una glossa coniunctos conspicimus. Omnium uero horum lexicorum Boysenus atticistas fontes fuisse contendit. Itaque utramque glossam duobus illis uiris doctis tribuemus, quorum si Boysenum sequemur, non Didymum, sed Pamphilum auctorem fuisse putabimus; cf. stemma in not. ad p. 80. adscriptum.

Cum hac quaestione alteram coniungere liceat de scholio illo Thuc. I. 6., qui locus pertinet ad *τεττιγοφορίαν* Atheniensium: *ἐφόρουν δὲ τέττιγας διὰ τὸ μουσικοὶ* (ita Goslingsius p. 16., codd. *μουσικὸν*) *ἢ διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι. καὶ γὰρ τὸ ζῶον γηγενές.* Similia Photius exhibet: *τεττιγοφόροι οἱ Ἀθηναῖοι. τέττιγας γὰρ ἐφόρουν χρυσοῦς, σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι. Θουκυδίδης ἐν α΄. καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν.* Qua cum glossa conuenit Eustathius p. 395, 36. Apud Suidam haec habemus addita: *ἢ ὅτι μουσικοί. μουσικὸς γὰρ ὁ τέττιξ. γηγενεῖς δὲ διότι ὁ Ἐρεχθεὺς ὁ οἰκιστὴς τῶν Ἀθηνῶν ἀπὸ γῆς ἐτέχθη*, quae e communi fonte deriuata uidentur esse, quia scholion si non uerbis, re tamen ipsa cum Photio et Suida consentit. Simillima inuenimus relata in Etymologici Magni codice Leidensi, cf. Gaisford. ad Etym. Mag. p. 755, 4. Atticistae igitur hac de re uidentur disputasse. Sed cum ille Atheniensium usus saepissime apud scriptores commemoretur, dubium est, iure ad Aelium Dionysium et Pausaniam hoc scholion referamus necne. Hesychius quidem cum Photio concinit et similia inuenies in

scholio ad Aristoph. Equit. 1331., Nub. 984. Etsi id certum est atticistas etiam multum in poetis comicis uersatos esse cf. Phot. bibl. cod. 152., tamen ad Aristophanem explicandum tot manus accessere, ut difficillimum sit, suo quamque glossam auctori attribuere. Fortasse e Didymo petita est explicatio, ut Goslingsius p. 15. adfirmat. Cum tamen propter rationes, quas iam saepius exposui, haec res ad certum finem perduci non possit, satius est ad Pamphilum recurrere, cuius ex opibus sine dubio scholiastae et glossatores hanc explicationem sumpserunt. Probabiliter igitur hoc Goslingsium coniecisse neque uero demonstrasse iudico. In Thucydidea uero scholia per atticistas tantum glossa irrepere potuit. Ad rem ipsam multorum contentionibus agitatam (cf. Birt. in Mus. Rhen. XXXIV. „de tettigophoria ueterum“ et libellos ibi laudatos) duo testimonia nondum adhibita adfero: Lucian. Naufr. 3.: *τοῖς προγόνοις ἡμῶν ἐδόκει καλὸν εἶναι κομᾶν τοὺς γέροντας ἀναδουμένους κρωβύλον ὑπὸ τέττιγι χρυσῷ ἀπειλημμένον*, et Heraclid. apud Athen. XII. p. 512 C.: *κορύμβους δὲ ἀναδούμενοι τῶν τριχῶν χρυσοῦς τέττιγας περὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς κόμας ἐφόρουν*, quae Athenaeus e libello *περὶ ἡδονῆς* adscripsit.

Accedimus iam ad quaestionem difficillimam, quam idec attingere uelim, ut nonnulla lexicorum menda, quae adhuc latent, detegantur. Habemus scholion Thuc. IV. 48.: *παραιρήματα ποιοῦντες*] *ὡς ἂν εἴ ἔλεγέ τις τελαμῶνάς τινας ἀποσχίζοντες τῶν ἱματίων, ὥσπερ ζώνας ἐποίουν καὶ πλέκοντες αὐτὰ καὶ ποιοῦντες ὥσπερ σχοινία οὕτως αὐτοῖς ἐχρῶντο πρὸς τὸ ἁπάγχεσθαι κτλ.* De uocabulo ipso multi grammatici disputauerunt, cf. Moeris p. 299. Pierson.: *παραιρήματα τῶν ἱματίων Θουκυδίδης Ἀττικῶς*; unde corrigenda mihi uidetur Photi glossa *παραιρημάτων· τῶν ἱματίων Θουκυδίδης*, in qua uocis explicatio plane omissa est, siue quia patriarcha uerba ipse non recte intellexit siue librariorum culpa. A Suida haec tradita sunt *παραιρήσεται· ἀφαιρήσεται. Θουκυδίδης „διέφθειραν σφᾶς αὐτοὺς οἱ μὲν ἀπὸ κλινῶν σπάρτοις, οἱ δὲ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες (τουτέστιν ἀφαιρήματα) ἀπήγχοντο* quibus in uerbis lacuna mihi statuenda uidetur esse, quia exem-

plum additum ad glossam illustrandam non quadrat, neque Suidae mos est uoces mediis in enuntiatis explicare. Si ad morem lexicographorum hanc glossam restituere conabimur, scribemus: *παραιρήσεται· ἀφαιρήσεται καὶ παραιρήματα· ἀφαιρήματα. Θουκυδίδης κτλ.* remotis uerbis *τουτέστιν ἀφαιρήματα*, quae librarius quidam uidetur addidisse, qui uocum similitudine deceptus priore loco uoces illas omisit et postea uocis ignotae explicationem falso loco interposuit. Hesychius *παραιρήματα· παράμματα ἱματίων* praebet, ubi M. Schmidtius *παράρματα* scribi iubet. Antiatticista apud Bekkerum Anecd. I. p. 112. habet *παραιρήματα τῶν ἱματίων. Θουκυδίδης τετάρτῃ*, quo loco Orus contra Phrynichum uidetur demonstrasse, reuera hoc uocabulum apud ueteres inueniri, cf. Naberi Proleg. p. 105. Dolendum est, quod omnes explicationes a grammaticis errore omissae sunt, quo factum est, ut certam scholii originem indagare nequeamus.

§ 10.

Photi codicem, qui unus superest, Galeanum lacerum esse et dimidium totius lexici periisse inter omnes constat. Ea tamen iactura quodammodo potest reparari, cum tot lexica supersint, quae iisdem auxiliis niti iam dudum demonstratum est. Quorum in numero praelucet Suidae lexicon, quod etsi Suidas Photi ipsius copiis usus non est, tamen semper maximi erit momenti. Neque enim dubito, quin Suidas ex eisdem fontibus atque Photius hauserit et iam supra eum nonnulla melius et accuratius, quam Photium exhibere demonstraui. Atque exstant apud Suidam nonnullis locis, ubi fortunae maliuolentia Photius nobis deest, glossae quaedam, quae cum scholiis Thucydideis consentientes ad atticistas referri possint. Qua in re exponenda iterum litterarum ordinem sequamur.

Atque primam habemus Suidae glossam s. u.: *ἀβασανίστως· ἀνεξέταστος ἢ ἀγύμναστος καὶ ἀδοκίμαστος· εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς βασάνου τῆς χρυσοχοϊκῆς λίθου, ἐν ᾗ δοκιμάζουσι τὸ χρυσίον. ἐχρήσατο δὲ Αἰλιανός κτἑ.*, qua cum glossa conferimus scholion Thuc. I. 20.: *ἀβασανίστως· ἡ λέξις μετενήνεκται*

ἀπὸ τῆς βασάνου τῆς λίθου, ἥτις τὸν χρυσὸν δοκιμάζει. Locus Aeliani non obstat, quia haec est Suidae consuetudo, ut glossis uenerandae uetustatis posteriorum scriptorum locos addat. Etsi res non plane certa est, tamen eo coniectura probabilis fit, quod singulae uoces glossae cum scholio conueniunt.

Suidas s. u. *ἀπεγένετο*[1]) (cf. Schwartz..Ael. Dion. p. 26.): *ἀντὶ τοῦ ἀπέθανεν. οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Θουκυδίδης* ad scholion Thuc. II 98.: *ἀπεγένετο· ἀπώλλυτο* respicere uidetur, cum reliqui loci a Schwartzio allati nullo scholio praediti sint. Glossam illam a Suida non e scholiis depromptam esse Hesychius docet, qui eodem modo explicat *ἀπεγένετο· ἀντὶ τοῦ ἀπέθανεν.* Inde conicere licet, Suidam haec e Photi fontibus deprompsisse, praesertim cum conueniat cum Suida sextum Bekkeri lexicon, quod permulta atticistarum fragmenta exhibet. Idem cernitur in hisce glossis:

Hesychius et Suidas s. u. *ἀπόγνοια· ἀπόγνωσις. Θουκυδίδης „ἐνέπρησαν δὲ τὰ πλοῖα, ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλοτε ἢ κρατεῖν τῆς γῆς“*, ad quem locum (III. 85.) hoc exstat scholion: *ἀπόγνοια· ἀπόγνωσις*, unde conexus minime dubius elucet. Eadem refert Thomas Magister p. 46, 7. Ritschl., qui excerpsisse Suidam uidetur. Eustathius nihil tradit, sed hoc tali in frustulo potius attribuam indici Deuariano, quem non satis accuratum esse inter omnes constat.

Corrupta sunt haec Suidae uerba: *διαμώμενοι· θερίζοντες καὶ διαμώμενοι σκάπτοντες.* Respicere uidetur ad Thuc. IV. 26., ubi hoc inuenitur scholion: *διαμώμενοι· διασκάπτοντες· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ἄμη, ὃ ἔστι σκαφίον πλατύ. βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι διαστέλλοντες τὸν κάχληκα καὶ βόθρους ἐς τὸν αἰγιαλόν κτλ.* Suidae glossa conuenit cum Etym. Mag. p. 268, 30. s. u. *διαμῶ*, ubi eandem habemus etymologiam atque in scholio Thucydideo. Ad eundem igitur fontem has glossas omnes reuocandas esse apparet, fortasse ad atticistas. Ad eundem fontem uidentur pertinere glossae in Crameri Anecd. Oxon. I. p. 113. Etym. Mag. p. 82, 55. s. u. *ἄμη*.

1) Conueniunt Bekkeri Anecd. p. 84, 33., 419, 18.

Eadem res cernitur in scholio Thuc. I. 38. *διαφερόντως· ἐξαιρέτως*, quod ideo atticistarum esse crediderim, quia eadem apud Hesychium et Suidam s. u. inueniuntur. Cetera lexica hanc glossam omnino non exhibent.

Aliter iudico de Suidae glossa *ἐλπίσας*, quam Schwartzius p. 50. ad atticistas rettulit: *οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται παρ' Ἀττικοῖς*. Qua cum adnotatione scholion ad Thuc. I. 1. prorsus conuenit. Sed cum Schwartzius ipse glossam apud neminem, nisi apud Suidam se inuenisse dicat, omnino incertum est, cuinam ueteri grammatico ea attribuenda sit; nam Suidas doctrinam suam e scholio Thucydideo haurire potuit.

Scholion Thuc. I. 30. hoc est: *ἐπίνειον*] *ἐπίνειόν ἐστι πόλισμα παραθαλάσσιον, ἔνθα τὰ νεώρια τῶν πόλεών εἰσιν, ὥςπερ ὁ Πειραιεὺς τῶν Ἀθηναίων καὶ ἡ Νίσαια τῆς Μεγαρίδος· δύνασαι δὲ ἐπὶ παντὸς ἐμπορίου καὶ παραθαλασσίου χρήσασθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ, ὃ νῦν οἱ πολλοὶ κατάβολον καλοῦσιν*. Cuius scholii fontes, quia Photius hoc loco deficit, aperiuntur collata Hesychi glossa, quae haud dubie corrupta est: *ἐπήνιον· προςορμιστήριον· τόπος παραθαλάσσιος*, ubi Schmidtius recte *ἐπίνειον* restituit, et Suidae glossa priore, qua Hesychianum locum a Schmidtio ad Thucydidem recte relatum esse docemur: *ἐπίνειον. παραθαλάσσιον χωρίον ἢ προςορμητήριον, ὁ λεγόμενος κατάβολος*. Atticistis haec deberi eo firmatur, quod uocem *κατάβολος* secundum Stephani Thesaurum s. u. praecipue sophistarum posteriorum temporibus usitatam fuisse scimus, ut illud *νῦν* scholiastae ad haec tempora i. e. ad secundum post Chr. n. saeculum referendum sit.

Luculentius etiam exemplum est scholion Thuc. I. 26: *κατ' ἐπήρειαν· κατὰ βλάβην καὶ στάσιν, ὅπως πάλιν στασιάσωσιν ἢ κατ' ἀπειλήν*, quocum nullum conferre possumus locum lexicographorum nisi Suidae *ἐπήρεια· βλάβη. Θουκυδίδης „τούς τε φεύγοντας ἐκέλευον κατ' ἐπήρειαν δέχεσθαι αὐτούς“* (i. e. Thuc. I. 26.), ad quam glossam hoc additum est uerilo quium: *κυρίως δὲ ἐπήρεια ἡ τοῦ πολέμου καταδρομὴ ἐκ τοῦ Ἄρης Ἄρεως*. Cum locus Thucydidis adscriptus sit, fontem

iam poteris diuinare. Sed apertus fit scholio Demosth. [1]) XVIII 12.: *ἐπήρειαν*] *ἐπήρεια κυρίως ἡ ἐν τῷ πολέμῳ καταδρομὴ κα ἀπειλὴ ἐκ τοῦ Ἄρης ἄρεια καὶ μετὰ τοῦ ἐπὶ ἐπήρεια.* Conexu igitur locorum manifestus est nec quisquam atticistas adhibito esse negabit. De re ipsa egerunt Herodianus ed. Lentz. II 508, 31. et Zonaras p. 799.

Suidas s. u. *ἐπιχειρητέα· ἀντὶ τοῦ ἐπιχειρητέον ὡς τ τολμητέα. φιλεῖ γὰρ ὁ Θουκυδίδης τοιαῦτα.* Schwartzius p. 54 hanc glossam Aelio Dionysio tribuit confertque cum scholi Thuc. I. 118.: *ἐπιχειρητέα· ἡ λέξις συγγραφέως. ἐχρῆν γὰ εἰπεῖν ἐπιχειρητέον.* Quae ueri simillimum est Suidam ex att cistarum lexicis hausisse, cum idem haec habeat s. u. *ἀδύ νατα εἶναι· ἀντὶ τοῦ ἀδύνατον. πολλάκις γὰρ κέχρηται Θουκυδίδης πληθυντικοῖς ἀντὶ ἑνικῶν, μάλιστα δὲ ἐπὶ ταύτη τῆς λέξεως.* Ea glossa conuenit cum Bekkeri Anecd. p. 342, 1 quod lexicon ex Aelio Dionysio et Pausania consarcinatu esse Naber Proleg. ad Phot. p. 134. ff. demonstrauit. Scholio quod hac cum glossa concinat, non habemus; sed cum utraqu Suidae glossa de eadem regula agat, magna cum probabilitat eam ex eodem fonte deriuabimus.

Eadem ratione atticistis restituere licet scholion Thu III. 47.: *κάθεξιν*] *τὴν ἀσφάλειαν καὶ κατοχὴν καὶ κράτησι* quocum conferas Suid. s. u. *κάθεξιν· κράτησιν*, quae gloss iterum inuenitur apud Hesychium. Ad eundem locum spectat i Bekkeri Anecd. 105, 1. *κάθεξις· Θουκυδίδης τετάρτῳ*, ubi *τρίτ* corrigendum, quia uox illa in libro quarto non inuenitur, c Bétanti lexicon.

Quam mirum in modum multa in lexicis conueniant, u nemo nisi praemonitus conexum diuinare possit, hoc exempl luculento probatur: schol. Thuc. I. 29.: *παρὰ πολύ: ἀντὶ τ σφόδρα. διαφερόντως. μᾶλλον ἢ πολύ.* Apud Suidam glossa sunt hae:

Glossa 1.: *παρὰ πολύ· παντελῶς. Θουκυδίδης ἐν α΄·*

1) Demosthenes laudatur in scholiis I. 76.: *ὃν οὐδείς πω.* 53. *ὑμεῖς ἀ πρὸ τοῦ.* 113. *Ὀρχομενόν.* III. 34. *εἴωθε δέ.* IV. 92. *πιστεύσαντες τῷ Θε* cf. infra p. 138 sqq.

ὲ Κερκυραῖοι ἐνίκησαν παρὰ πολύ. Glossa 2.: παρὰ πολύ· ἀντὶ τοῦ πάνυ. παντελῶς. Δέξιππος (p. 34. ed. Niebuhr.) „παρὰ τολὺ ἀπελείποντο τοῦ πείθεσθαι τοῖς εἰσηγουμένοις ἡσυχίαν ἄγειν.“ Ἀριστοφάνης Πλούτῳ (u. 445.) δεινότατον ἔργον παρὰ πολύ. ἀντὶ τοῦ πάνυ πολύ.

Hae quidem glossae per se nihil ualent ad huius scholii auctorem indagandum. Sed lexico alicui glossam deberi uideris, si adieris scholion ad Aristoph. Plut. u. 445.: παρὰ πολύ· κατὰ πολύ. σφόδρα. Θουκυδίδης ἐν πρώτῳ· καὶ ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι παρὰ πολύ. παρὰ πολὺ ἀντὶ τοῦ πάνυ πολύ, et planius etiam originem intelleges collato scholio Demosth. XXII. 3.: παρ᾽ ὰ μικρόν] σημειωτέον τὴν λέξιν, ὅτι ζήλῳ Θουκυδίδου μετερρυθμίσθη· κἀκεῖνος γὰρ εἶπεν. ἐνίκησαν παρὰ ἀντὶ τοῦ κατὰ πολύ. Nam cum semper, si scholia Demosthenica concinunt cum Thucydideis, atticistas auctores fuisse uidemus, hoc etiam frustulum iis reddere non dubitabimus. Forasse glossis illis adhibitis locum quendam Hesychi, quem notissimum esse censerem, nisi corruptus esset, corrigere licet. Est enim in codice Marciano: παρὰ πολύ. πολύ, ubi ante alterum πολύ uelim inseras κατά uel πάνυ.

Suidas s. u. προϊσχομένου· προτείνοντος conuenit cum scholio Thuc. I. 26.: προϊσχόμενοι· προτείνοντες et cum Hesychio προϊσχομένου· προτείνοντος χεῖρα, δίκαιον προβάλλοντος, quibus comparatis iam uides, quid sequatur. Locus Eustathi, quem Schoenius l. l. testem adfert, ideo alienus est, quia ibi uox propria προτείνοντος desideratur. De illius igitur origine certum quicquam concludere nequimus.

De uoce στυράκιον iam supra disputaui, cum de Suida p. 94. exponerem. Nunc me demonstraturum esse spero et scholion et glossam ex atticistarum lexicis petita esse. Schol. Thuc. II. 4.: στυρακίῳ δὲ χρησάμενος ἐς τὸν μοχλόν] βάλανος δέ ἐστι τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν ἀγγανον, ὅθεν καὶ ἡ κλεὶς καλεῖται βαλανάγρα παρὰ τὸ ἐγρεύειν τὸν βάλανον. ἄλλοι δὲ τὸ στυράκιον ἔλαβον τὸ ξύλον τοῦ ἀκοντίου, ἀνοήτως· πᾶν μὲν γὰρ οὐκ ἐδύνατο κρυφθῆναι. εἰ δὲ ὑπερεῖχεν, ἀνεσπάσθη ἂν ὑπὸ τῶν Θηβαίων. Ἄλλως·

στυράκιόν ἐστιν ὃ καλούμενος σαυρωτὴρ τῶν δοράτων. Ho igitur scholion genuinam formam eius opinionis uidetur prae bere, quam scholion illud impugnat. Conuenit cum scholi altero glossa Hesychi: *στύραξ· σαυρωτὴρ τοῦ δόρατος,* qua eadem est apud Suidam, sed paulo mutata. Auctores igitu huius scholii aperte sunt atticistae, quamquam nescimus, utrum *τὸ ξύλον* (schol. 1.), an *ὁ σαυρωτήρ* (schol. 2.) scripserint. An monius p. 132. Valcken.: *στύραξ Θηλυκῶς μὲν Θυμίαμα, ἀρσε νικῶς δὲ τὸ ξύλον τοῦ ἀκοντίου* (ex eodem sane fonte hau riens) tradidit. Paulo immutatam inuenies glossam apud Ha pocrationem s. u. et Eustathium p. 795, 36. Priorem schol partem paulo commutatam iterum exhibet scholion ad Ar stoph. Vesp. u. 155.: *βάλανον· τὸν μοχλόν· κυρίως δὲ τὸ ε τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον. καὶ βάλανοι μά γανα τῆς κλειδώσεως· καὶ βεβαλάνωται ἀντὶ τοῦ κεκλείδωτα καὶ βαλανάγρα ἡ κλεὶς παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὸν βάλανον.* Suid. s. u., Schol. Aristoph. Eccles. u. 361. Au. u. 1159. Cete lexica tacent praeter Hesychium, qui tradit *βαλανάγρα· κλείς.* Quid igitur inde concludendum est? Goslingsius si locu tractasset, sine dubio Didymum auctorem fuisse contendisse quem auctorem esse fortasse concederem, nisi Photius de ceret. Meam si uis audire sententiam, hanc quoque glossa ex atticistarum lexicis petitam esse iudico, atque ab illis fo tasse e Didymi quodam lexico excerptam. Quae opinio confirmatur, quia in Anecd. Bachm. I. 180, 8. eadem glossa e stat, quod lexicon imprimis e Dionysio et Pausania derin tum esse optime demonstrauit Naber Proleg. p. 136.

§ 11.

Supra iam saepius Hesychium nonnullas glossas, apei cum atticistis concinentes, exhibuisse uidimus. Ideo initio hui capitis p. 93. etiam atticistarum lexica ad consarcinandam H sychi molem adhibita esse coniecimus. Qua de re etsi lon aliter ab aliis uiris doctis, imprimis a Batauis iudicatum es optime scio, tamen cum Schmidtio, Rindfleischio, Boyse

acio et in proximis coniectura e consensu Hesychi et scho-
iastae Thucydidei facta atticistis sua restituam.

Sed pauca sunt. Supra iam nonnullas glossas Hesychia-
as attuli, quae maximi fuissent pretii, nisi corruptelis inqui-
natae essent (s. u. *παρὰ πολύ, κωλύμη, ἐπίνειον*). Nunc eas
numero, in quibus solo Hesychio auctore utimur.

Atque prima inuenitur Hesychi glossa: *ἀγωγούς· ὁδη-
γούς*, quae conuenit cum scholio ad II. 12. Etiam Phrynichus
p. 314. ed. Lobeck. eadem praebet, cum dicit: *ἀγωγόν· τοῦτο
οὔνομα τάττουσιν οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ τινα ὁδὸν ἡγουμένου.
οὕτω καὶ Θουκυδίδης κέχρηται.* Ceteri grammaticorum loci,
quos apud Schoenium inuenies laudatos, nihil prosunt, quia
uocabulum *προπομπούς* explicandi causa addunt. Prorsus
aliena affert scholiasta Patmiensis, cuius explicationem, quia
nullius pretii est, repetere nolo.

Deinde conferenda sunt glossa Hesychi s. u. *ἀποχρών-
ως· αὐτάρκως, ἀρκούντως· ἱκανῶς* (quam Suidas hoc modo
excerpsit: *ἀποχρώντως· ἱκανῶς*) et scholion Thuc. I. 21.: *ἀπο-
χρώντως· ἡ περιοχὴ τοῦ λόγου οὕτω, φησί, διῆλθεν ὡς πρέ-
τει τὸν παλαιὰ διηγούμενον πράγματα ἀρκούντως εἰπεῖν.*
Cetera lexica nihil afferunt praeter Bekkeri Anecd. p. 439.:
ἀποχρώντως· ἱκανῶς. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς·

ἀλλὰ στεφάνωσαι· καὶ γὰρ ἡλικίαν ἔχεις
ἀποχρῶσαν ἤδη.[1])

Unde opinio nostra firmatur (propter Naberi Proleg. p. 134.)
hanc glossam atticistis deberi. In scholio Thucydideo sine
dubio ea primum ad explicandum aduerbium *ἀποχρώντως* ad-
lita fuit atque inde in paraphrasin inrepsit.

Item in scholio Thuc. II. 38.: *διετησίοις*] *δι' ὅλου τοῦ
ἔτους θύουσιν οἱ Ἀθηναῖοι πλὴν μιᾶς ἡμέρας*, si paraphrasin
ab explicatione seiungimus, eadem exstant atque quae He-
sychius refert s. u. *διετήσιος· δι' ὅλου τοῦ ἔτους*, unde uide-
mus in Phrynichi proparasceue sophistica *διετησίως* corrigen-

1) Quo loco demonstratur lexicon Bachmannianum multa excerpta
tantum et mutilata seruasse, cum ne grammaticus delirare uideatur, in-
serendum sit: *ἀποχρῆναι· ἱκανὸν εἶναι.*

dum esse, quam glossam ita restituo: *διετήσιος· ἀντὶ τοῦ δι ἔτους, οἷον καθ' ἕκαστον ἔτος. Θουκυδίδης καὶ Ἀριστοφάνης* cf. Bekkeri Anecd. p. 35. Meineki fragm. com. gr. 128.

Quartum exemplum praebet Hesychius s. u. *ἐκβολή· παράβασις ἢ μετάβασις*, quae glossa ad uerbum conuenit cun scholio Thuc. I. 97. Ad hunc locum respicit Thomas Magiste p. 150. ed. Ritschl., neque tamen consentit cum hoc scholic Hic id affirmare liceat, me totam eclogam Thomanam per scrutatum nullum locum inuenisse, ubi ille ad scholia Thucy didea respexerit, quamuis fuerit *φιλοθουκυδίδης*. Quod e mirabilius est, quia codice Thucydidis non meliore neque mult uetustiore, quam qui superstites sunt, siue ipse siue auctore illius usi sunt.

Nec minus Hesychius s. u. *Θριῶζε· εἰς τὸ Θριάσιον πε δίον* conuenit cum scholio Thuc. I. 114. Boysenum igitur se cutus hanc glossam atticistis restituere non dubito. Talibu maxime locis opinionem illius firmari putauerim, quia apu Photium haec glossa omnino non inuenitur et apud Suidar lemma tantum exstat. Quandoquidem utrumque ex atticista rum opibus sua mutuatum esse constat, maxime miraremur, cu illi hanc glossam omisissent, si Diogenianus (sc. Hesychius atticistarum fons fuisset. Sin autem Diogenianum, Photiun Suidam in unum ordinem cogimus, nulla mouetur suspicio.

Extrema accedit Hesychi glossa s. u. *καταβοή· κατα βόησις, κραυγή*, in qua comparato scholio Thuc. I. 73.: *ὅτι πρέσβευσις καὶ καταβόησις καὶ καταβοὴ οὐ λέγεται εἰ μὴ ἰδί παρὰ Θουκυδίδῃ* ante uocem *καταβόησις* particulam *καὶ* in seremus, colon post hoc uocabulum transponemus. Alii loc quibus hunc locum illustremus, non suppeditant, sed ipsa He sychi glossa atticistas auctores esse satis demonstrat.

§ 12.

Photi, Suidae, Hesychi lexica postquam excussimus, pauc tantum eaque minus certa, quam quae adhuc attulimus, nobi addenda sunt ex ceteris lexicis et scholiastis, qui ad scriptore

atticos commentarios scripserunt. Pauca sunt, cum plurimae glossae iam in tribus illis lexicis inueniantur.

Et apud Harpocrationem quidem Thucydidem undequadragies laudatum inuenies. Paucissima uero conueniunt cum scholiis Thucydideis, eaque dubitanter hic appono, ea causa commotus, quod aliae quoque glossae cum scholiis nostris conuenientes illos locos ex atticistarum lexicis deriuatos esse indicant.[1]) Sed nunc ad singula transire liceat.

Doberentzio iam supra p. 84. Aspasium Byblium nonnullorum scholiorum auctorem uisum esse diximus. Sed res multo aliter comparata est, cum Harpocrationem non respexerit, apud quem uelim euoluas p. 150. ed. Dindorf.: *θέμενος τὰ ὅπλα. ἀντὶ τοῦ περιθέμενος καὶ ὁπλισάμενος. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου καὶ Ὅμηρος „κρᾶτι δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην θέτο" καὶ Αἰσχίνης κατὰ Τιμάρχου φησὶν „ἄνθρωπε τῇ πόλει, ὑπὲρ ἧς τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι,* quam glossam Suidas exscripsit. Tres igitur auctores nominati sunt, e quorum numero locus Demosthenicus (§ 145. p. 561, 23.) in scholiis Demosthenicis non nostram ad glossam explicatus est. Homericum uero usum explicat scholion Thuc. II. 2.: *θέμενοι τὰ ὅπλα ἀντὶ τοῦ περιθέμενοι. Ὅμηρος „σάκε' ὤμοισιν ἔθεντο". ἀνόητον γὰρ τὸ μεταξὺ τῶν πολεμίων ὄντας μὴ περικεῖσθαι τὰ ὅπλα. τοῦτο δὲ εἶπεν, ὅτι ἐν τῇ ὁδῷ τυχὸν ἐβάσταζον αὐτά· ὡς δ' εἰς πολεμίους ἦλθον, ἐνεδύσαντο.* Atticistarum explicationem falso huc a scholiasta ad nostrum locum relatam esse, e condicione loci Thucydidei statim unicuique manifestum erit. Aeschineum uero locum explicat scholion Aesch. I. 29.: *τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι] τὸ τίθεσθαι λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἀποτίθεσθαι τὰ ὅπλα καὶ ἐπὶ τοῦ περιτίθεσθαι καὶ ἐνδύεσθαι, ὡς ἔγνωμεν ἐν τοῖς Θουκυδιδείοις ἐν τῇ β'. ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τοῦ περιτίθεσθαι*

1) Boysenus quidem p. 81. 82. magna cum confidentia Harpocrationem plurima atticistis debere affirmat, qua in re Carnuthius in „Jahresber. für klass. Alterth." V. p. 129. sqq. uidetur eum secutus esse. Sed Stoientinus in „Jahrbb. für klass. Philol." 119. p. 124 sqq. hanc Boyseni opinionem sat idoneis, ut uidetur, causis impugnat potiusque de origine Harpocrationis et atticistarum communi cogitandum esse censet.

λέγει (ἀποτίθεσθαι codd. Reiskius correxit). Nemo igitur negabit haec omnia arte inter sese cohaerere, atque atticistas auctores fuisse contendemus, etiamsi Hesychius et Photius tacent.

Memorabile testimonium ab atticistis scholia et oratorum et Thucydidis pendere praebet nobis scholion Thuc. I. 20.: *πρὸς τὸ Λεωκόριον*] *ἐλίμωξέ ποτε ἡ Ἀττικὴ καὶ λύσις ἦν τῶν δεινῶν παίδων σφαγή. Λέως οὖν τις τὰς ἑαυτοῦ κόρας ἐπιδέδωκε καὶ ἀπήλλαξε τὴν πόλιν τοῦ λιμοῦ. καὶ τούτων ἱερὸν ἐγένετο ἐν τῇ Ἀττικῇ τὸ καλούμενον Λεωκόριον.* Si cetera adiumenta adimus, habemus apud Harpocrationem s. u. *Λεωκόριον* haec: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. τὸ δὲ Λεωκόριον εἶναί φησι Φανόδημος ἐν Ἀτθίδος ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ*, quae iam omnia cum atticistis conuenire docet Hesychius s. u., qui ultima ad uerbum repetit. Si Demosthenis scholia a Baitero et Sauppio edita euolueris, inuenies p. 125 B.: *Λεωκόριον τόπος τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ ἱστορίας· Λέως γὰρ ὁ Ὀρφέως υἱὸν μὲν ἔσχε Κύλανθον, θυγατέρας δὲ τρεῖς, Φασιθέαν* (l. *Φρασιθέαν* cf. Phot. gl. 1. 2.), *Θεόπην, Εὐβούλην· ἃς ὑπὲρ τῆς χώρας σφαγιασθείσας ἔτι παρθένους ἀπαλλαγέντες τε τοῦ λιμοῦ ἐτίμησαν οἱ Ἀθηναῖοι τῷ ἡρώῳ καὶ ἐκ τούτου ἐκλήθη ὁ τόπος Λεωκόριον*, quocum conuenit Photi glossa altera; cum glossa prior similia afferat, atticistam utrumque de hac re rettulisse concludo. Apud Suidam res ita est comparata, ut glossa prior haec habeat: *Λεωκόριον, τόπος Ἀττικῆς ἀπὸ ἱστορίας* et sequatur scholion Thucydideum, glossa altera ad uerbum conueniat cum glossa Photiana et scholio Demosthenico. Sequitur sua quemque ratione haec transformasse, omnia autem ad eundem fontem i. e. ad atticistarum et Harpocrationis auctorem Pamphilum redire. Ex iisdem Aelianus uidetur hausisse uar. hist. XII. 28., qui historiolam ita refert: *Λεωκόριον ἐκαλεῖτο Ἀθήνησι τὸ τέμενος τῶν Λέω θυγατέρων Πραξιθέας* (sic) *καὶ Θεόπης καὶ Εὐβούλης. ταύτας δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων ἀναιρεθῆναι λόγος ἔχει, ἐπιδόντος αὐτὰς τοῦ Λέω εἰς τὸν χρησμὸν τὸν Δελφικόν. ἔλεγε γὰρ μὴ ἄν ἄλλως σωθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ ἐκεῖναι σφαγιασθεῖεν.* Verba enim singula, quae omnibus his locis redeunt, conexum

intercedere docent. De re ipsa optime egit Maussacus ad Harpocrat. s. u. Ea uero, quae Goslingsius p. 61. attulit, non magni sunt momenti, cum Naberi tantum uerba repetat. Locis laudatis (Etym. Mag. s. u. et Bekkeri Anecd. p. 277, 13.), quia excerpta sunt, sine damno carere possumus.

Vnus restat locus, qui fortasse Harpocrationis testimonio possit atticistis restitui. Ad Thuc. I. 134. nonnulla habemus scholia, quae ad fontes perantiquos uidentur referenda: *τόπος ὁ Κεάδας* (sic) *ὀρωρυγμένος ἐν Λακωνικῇ ὅπου τοὺς κακούργους εἰώθασι ῥίπτειν*, et schol. Patm. *Κεάδας· τόπος τις παρὰ Λακεδαιμονίοις, εἰς ὃν ἐνέβαλλον τοὺς κακούργους, ὡς Ἀθηναῖοι εἰς τὸ βάραθρον.* Scholion alterum aperte concinit cum Ammonio p. 29. ed. Valcken.: *βάραθρος καὶ βάραθρον διαφέρει. βάραθρος μὲν γὰρ ὁ βαράθρου ἄξιος ἄνθρωπος. βάραθρον δὲ ὄρυγμά τι Ἀθήνησιν, εἰς ὃ τοὺς κακούργους ἐνέβαλλον, ὥσπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς καταδικαζομένους ἐνέβαλλον εἰς τὸν Κεάδα*, quem locum exscripsit Thomas Magister p. 60. ed. Ritschl. Iam supra p. 89. nonnulla in lexico illo obuersari diximus, quae atticistarum doctrinam redolerent, cuius rei exemplum hic agnoscere mihi uideor. Atque, id quod maxime premo, eandem habemus formam falso scriptam *Κεάδας* in utroque testimonio, cum *Καιάδας* uera sit. Concinit cum Ammoni loco glossa in Bekkeri Anecd. p. 219.: *Βάραθρον· πάγη τὰ μὲν ἄνω ἰσχουσα ἰσχυρά πως, τὰ δὲ κάτω ὑπόχαυνα, ὥστε τὸν ἐπιβάντα καταδῦναι. Ἀθήνησι δ' ἦν ὄρυγμά τι ἐν Κειριαδῶν δήμῳ τῆς Οἰνηίδος φυλῆς, εἰς ὃ τοὺς ἐπὶ θανάτῳ κατέβαλον, ὥσπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι εἰς τὸν Κεάδαν ἐνέβαλλον*, quod in breue contractum habemus apud Suidam *βάραθρον* gl. 2. Praeterea exstant adnotationes in scholio ad Arist. Plut. 431. (= Suid. gl. 1.) et apud Harpocrationem, quae nonnulla diuersa afferunt. Cum semper *Κεάδαν* et *βάραθρον* coniuncta uideamus, quidni omnes has glossas ad eandem originem referamus? Sed cum Harpocrationis locus corruptus sit, certum hoc exemplum esse non ausim dicere.

Neque multo aliter res comparata est in schol. Thuc. I. 43.: *ἐν τῇ ἠπείρῳ] ἤπειρος τριχῶς λέγεται, ἡ πᾶσα γῆ πρὸς*

ἀντιδιαστολὴν τῆς Θαλάσσης, ἡ Ἀσία κατ᾽ ἐξοχὴν καὶ μέρος τι τῆς ... Κεφαληνίαν. Ad scholion corrigendum illiusque auctorem indagandum frustra a Photi, Suidae, Etymologi lexicis auxilium petes. Vsum uocis explicat Harpocration s. u. E Gaisfordi uero adnotatione ad Etym. Mag. p. 433, 54. discimus in etymologico quodam Parisino in maiore quadam glossa haec referri: *ἤπειρος· ἄπερος λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς, οἱονεὶ πέρας μὴ ἔχουσα. καὶ Εὐριπίδης φησὶν „ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐξεπλεύσαμεν.“* [1]) *ἤπειρος δὲ λέγεται ἡ ξηρὰ γῆ. Τριχᾶς δὲ τὸ τῆς ἠπείρου ὄνομα. ἤπειρος κυρίως ἡ πᾶσα γῆ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς Θάλασσης, ἤπειρος καὶ ἡ Ἀσία πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς Εὐρώπης, ἤπειρος καὶ ἡ Θεσπρωτίς.* Plura igitur et maioris uetustatis uestigia habemus quam in scholio nostro. Cum ex Harpocrationis glossa: *ἤπειρον· τῷ Ἰσοκράτει σύνηθές ἐστι τὴν ὑπὸ βασιλεῖ τῶν Περσῶν οὕτω καλεῖσθαι* sciamus hanc glossam ad lexicon rhetoricum referendam esse et Etymologici glossa hanc Asiae significationem, quae unius Isocratis propria uidetur fuisse, prae se ferat, et Harpocrationem et etymologum Parisinum et scholiastam Thucydideum ex eodem fonte hausisse contendo. Qui fons qualis fuerit, in dubio relinquere tutius uidetur.

§ 13.

Naberi Prolegomena assidue perscrutanti mihi semper id mirum uidebatur eum, cum atticistas (et optimo id quidem iure) tanti faceret, fere nusquam uestigia eorum in commentariis ueterum, qui ad scriptores atticos exstant, latentia adhibuisse ad illorum doctrinam restituendam et explendam (id quod eo mirabilius uidetur esse, quod Boethi, quae putat, uestigia tam accurate in scholiis Platonicis persecutus est) et oratorum scholia bis terue tantum in tantae molis opere nominasse. Et in scholiis Thucydideis multa ex atticistis sumpta

1) Apud Photium s. u. uersus Euripidis ita laudatur: *ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐκβάλλων πόδα*, cf. Naber. I. p. 265.

esse uidimus et idem disquisitione instaurata inuenies in scholiis Demosthenicis et Aeschineis. De his iam supra egimus p. 84. sq., et quamquam in atticistarum fragmentis Eustathianis Aeschines nusquam laudatur, tamen eos scholiorum Aeschineorum auctores esse demonstrauimus s. u. *κρωβύλος, θέμενοι τὰ ὅπλα,* et atticistarum fragmentis cum scholiis Aeschineis accuratius collatis nonnullos locos conuenientes inueni, quos hic tractare meum non est. Quae cum Thucydideis conueniant, scholia praeter illa, de quibus iam dictum est, non repperi. De Demosthenicis uero, quae iam ad illustrandum atticistarum usum adhibui, pauca addenda sunt, ut reuera nonnulla ad atticistas referenda esse demonstremus. Vno quidem loco Aelius Dionysius Demosthenem respicit s. u. *ῥῶπος* (Eustath. p. 927, 53. = Ael. Dion. p. 134. Schwartz.)· *λεπτὸς καὶ ἀτελὴς φόρτος, ὡς δὲ Αἴλιος Διονύσιος λέγει, καὶ ποικίλος· γέλγην δὲ αὐτὸν ἔλεγον οἱ παλαιοί. ὅθεν καθὰ ὁ ῥωποπώλης οὕτω καὶ ὁ γελγοπώλης· ἡ δὲ λέξις τοῦ ῥώπου παρά τε Δημοσθένει καὶ ἑτέροις. ἐκ τούτου δὲ καὶ ῥωποπερπερήθρα τις προσερρέθη ἐπὶ χυδαιότητι καὶ φλυαρίᾳ σκωπτόμενος, οὗ ἡ παραγωγὴ κατὰ τὸ δακτυλήθρα καὶ τὰ ὅμοια. φέρεται δὲ καὶ ῥῆμα τὸ ῥωπίζειν ὃ δηλοῖ τὰ συμμικτὰ καὶ συμπεφυρμένα ποιεῖν.* Scholion, quod conueniat, deest. Praeterea saepissime Harpocration cum scholiis illis prorsus concinit, qua re iam supra uerisimile duximus, scholia Demosthenica, quae ad uoces *Λεωκόριον, ἐπήρεια* attulimus, ex atticistarum scriniis deprompta esse. Fortasse igitur e consensu scholiorum Thucydideorum et Demosthenicorum duobus locis atticistis sua restituere licebit.

Atque priore quidem loco habemus apertum consensum inter Suidam s. u. et scholia Thucydidea. Apud Suidam haec sunt: *κηρύκιόν ἐστι ξύλον ὀρθόν, ἔχον ἀμφωτέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους καὶ ἀντιπροσώπους πρὸς ἀλλήλους κειμένους, ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μετ᾽ αὐτῶν καὶ οὐκ ἐξῆν αὐτοὺς ἀδικεῖν, παρ᾽ οὓς ἀπήρχοντο. σύμβολον δὲ ἦν τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τοῦ ὀρθοῦ λόγου, τὸ δὲ παρ᾽ ἑκάτερα εἶδος τῶν ὄφεων τὰ ἀντιτασσόμενα στρατόπεδα. ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος*

δι᾽ ἀμφοτέρων χωρεῖ. Haec glossa, quae prorsus conuenit cum scholio Thuc. I. 55., optimam doctrinam redolet atque eo magis mirandum est, quod ceteri lexicographi uel omnino tacent, uti Photius et lexica Segueriana, uel glossas nullius pretii proferunt, uti Hesychius et Eustathius. Paene iam desperanti mihi cum scholia Demosthenica in manus incidissent, in scholio altero ad orat. 51, 13. glossam, quam supra attuli, ad uerbum repetitam esse cognoui, quod mihi argumento est, hoc scholion ex atticistis sumptum esse.[1]) Mirum uideri potest, quod Photius nihil tradidit, sed uel ex Eustathio eum nonnulla atticistarum fragmenta omisisse scimus, id quod Naber optime demonstrauit.

Alterum exemplum est scholion Thuc. III. 109.: *προὐργιαίτερον· προτιμότερον,* qua de uoce reliqua lexica omnia tacent praeter Suidam, qui habet *προὐργιαίτατον· καὶ προὐργιαίτερον· ἀναγκαιότατον, προτιμότατον.* Res igitur maxime esset dubia, cui hanc glossam deberemus, nisi omnem dubitationem nobis eximeret scholion ad Demosth. orat. 61, 26.: *προὔργου· πρὸ ἔργου. συμφέρον πλέον. προυργιαίτερον. ἀναγκαιότερον· τὸ πρὸ ἔργου αἱρετώτερον. τὸ πρὸ τοῦ παντὸς τοῦ ἔργου γινόμενον· προτιμότερον.* Eundem igitur trium glossarum auctorem habemus, qui quin Dionysius uel Pausanias fuerit, quis est, qui iam dubitet? Praeterea e fragmentis conseruatis atticistas Platonis studiosissimos fuisse et illius scholiis multas atticistarum opes contineri inter omnes constat. Quibus euolutis inuenies idem scholion ad Platonis Gorg. p. 458 C.: *προὐργιαίτερον· προτιμότερον,* unde iam certo certius apparet atticistas huius adnotationis auctores fuisse.

Hasce glossas habui, quas ad Aelium Dionysium et Pau-

1) Boysenus p. 73. iniuria multas atticistarum glossas in scholiis inueniri negauit, neque bene fecit Schwartzius, quod scholiorum farragines ad instaurandam Dionysi doctrinam omisit. Etiam ex his laciniis hic illic ratione et industria adhibita fragmenta atticistarum e tenebris, ubi per tot saecula latuerunt, in lucem possunt protrahi. Neque tamen hic Schwartzi error uidetur esse, sed potius Naberi, quem nimis caeco amore ille secutus est.

saniam referendas esse existimarem. Fortasse hic illic scholion minoris pretii omisi, sed hanc quaestionem a me non omni ex parte absolutam esse neque absolui potuisse optime scio, neque dubito, quin meliora et auctiora de Thucydidis interpretibus et de scholiastarum fontibus dici possent, nisi tot lexica adhuc in bibliothecarum tenebris laterent, nisi lexicorum cognitorum origo atque affinitas tam esset obscura et intricata, nisi ea tam misere corrupta et contracta essent. Mihi satis est demonstrasse Aelium Dionysium et Pausaniam ita in scholiis Thucydideis usurpatos esse, ut non ad uerbum exscripti sint — quamquam id quoque saepius factum esse uidimus — sed ut rerum summas scholiastae, quoad id illis ad explicandum Thucydidem utile esse uideretur, ad suas interpretationes adhibuerint, quod multo saepius factum esse animaduertimus, quam et Goslingsius arbitratus est et Boysenus p. 73. affirmauit.

APPENDIX I.

De additamentis posterioris aetatis et de tempore, quo scholia Thucydidea in eam, quae nunc exstat, formam redacta uideantur.

Scholia initio librorum Thucydideorum, ut fere semper fit, multo uberiora sunt, sub finem autem operis tam exilia fiunt, ut uix quicquam bonae frugis ex illis capi possit. Permulta insunt posterioris aetatis additamenta, interdum satis inepta, qua de re iam optime Goslingsius initio libelli sui exposuit. Sed de pluribus tacuit; quae cum in omnibus codicibus inueniri uideantur, operae pretium fuerit in illa inquirere atque explorare, quonam tandem tempore scholia in eam, quam nos habemus, formam redacta uideantur.

Cum supra exposuerimus scholia Thucydidea maxime e fontibus, qui inde a primo usque ad quartum post Chr. n. saeculum pertinent, hausta esse, terminum, post quem in hodiernam formam redacta sint, habemus. Accedunt autem scholia

nonnulla, quae exstant in omnibus codicibus, quae ob res commemoratas ad posteriora tempora referenda esse certum est. Habemus enim in scholio ad Thuc. I. 132.: *ἐπὶ τὸν τρίποδα*] *οὐκ ἐν ᾧ ἐμαντεύετο ὁ Ἀπόλλων, ἀλλ' ἕτερόν τινα ὃν ἔλαβον οἱ Ῥωμαῖοι βασιλεῖς καὶ μετέθηκαν ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον τοῦ Βυζαντίου.* De eadem re eadem narrat Hermias Sozomenos hist. eccles. II. 5.: *τὰ δὲ ἐν χαλκῷ θαυμασίως εἰργασμένα παντόθεν εἰς τὴν ἐπώνυμον πόλιν τοῦ αὐτοκράτορος ἐκομίσθη πρὸς κόσμον καὶ εἰσέτι νῦν θαυμασίως ἵδρυται κατὰ τὰς ἀγυιὰς, ἱππόδρομον καὶ τὰ βασίλεια· τὰ μὲν τοῦ Πυθίας ἦν μαντείου Ἀπόλλωνος καὶ οἱ ἐν Δελφοῖς τρίποδες κτλ.*, cf. Nicephori Callistr. hist. eccles. VIII. 33., Ouerbecki 'Schriftquellen p. 470.', ubi omnia, quae ad hanc rem pertinent, collecta inuenies. Hoc igitur scholion exeunte demum quarto post Chr. n. saeculo conscriptum est. Habemus praeterea scholion, quod exeunte sexto demum post Chr. n. saeculo confectum est, ad IV. 83.: *μέσῳ δικαστῇ*] *ἀντὶ τοῦ μεσίτῃ καὶ διαιτητῇ.* § *ἡ τῶν προὐχόντων ἀρετὴ ἔν τε πόλεσι καὶ ἐν στρατείαις πανταχοῦ καθίσταται τὸ ὑπηκόων καὶ τῶν ἐναντίων ποιεῖ μὴ καταφρονεῖν ἐν μὲν τοῖς Ἕλλησι Βρασίδαν καὶ τὴν αὐτοῦ στρατιάν, ἐν τοῖς ἡμετέροις δὲ Βελισάριον εἰς παράστασιν τοῦ παρόντος λόγου παραβάλλομεν.* Quae scholia recentiorum additamenta esse Doberentzio p. 18. crederemus, si praeter haec duo scholia et locos illos ex Actis Apostolorum 17, 21. in schol. III 38. et e Gregorio Nazianzeno [1]) in schol. III 37. allatos non alia adessent argumenta. Sed etiam in elocutione scholiorum tam multa inueniuntur, quae Byzantinos redoleant, ut inde necessario concludendum sit, sero scholia in eam, quam nos habemus, formam redacta esse. Cum res ipsa suadeat, ut prioribus

1) *Βλαπτόμενοι δὲ αὐτοί*] *ἀσαφὲς τὸ χωρίον ὅτι ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς εὐθεῖαν μετέβη ἡ ἀπόδοσις τῆς ἐννοίας. ὅπερ ἐστὶ παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν. ὤφειλε γὰρ βλαπτομένους καὶ ἀκροωμένους εἰπεῖν ὁ γράφων, ἀλλ' ὡς καινῶν συντάξεων εὑρετὴς καὶ τῆς παλαιᾶς Ἀτθίδος ἐπιστήμων ταῦτα οὐ πεποίηκε. τοιαύτας δὲ εὑρήσεις καὶ παρὰ τῷ Θεολόγῳ* (i. e. Gregorio Nazianzeno) *συντάξεις πολλάς, ἃς οἱ μὴ εἰδότες διαβάλλουσί τε καὶ σολοικίζειν τὸν μέγαν οἴονται οἱ ἀμαθεῖς.*

temporibus multo pleniora scholia ad Thucydidem exstitisse credamus, tum eo firmatur haec suspicio, 1. quod permultos commentarios nouimus, quorum fere omnia uestigia perierunt; 2. quod scholia quattuor priorum librorum multo pleniora sunt, quam scholia ceterorum librorum; 3. quod nonnullis locis [1]) ad adnotationes quasdam respicitur, quas nusquam in scholiis, qualia nunc exstant, reperies. Quae scholiorum pleniorum uestigia ipsi supra magna ex parte in iudicium uocauimus. Id tantum addere liceat nonnullis locis magnam doctrinam apparere (ut iam Goslingsius in addendis demonstrauit) et interdum fragmenta exstare, quae aliunde non innotuerunt, ut Hecataei in scholio Thuc. I. 3., Theopompi in scholio VI. 4., epigramma in honorem Orsippi in schol. I. 2.

Sed ad elocutionem byzantinam redeamus. Habemus enim ante omnia nonnulla regionum fluminum oppidorum nomina, quae posteriori tantum tempori tribuenda sunt. Incipiunt fere omnia illa scholia uerbis *ἡ νῦν καλουμένη* cf. I. 24.: *Ἐπίδαμνος*] *ἣ νῦν Δυρράχιον καλεῖται, ἥν τινα* (*τινες* Goslingsius p. 62.) *παραγραμματίζοντες Δοράκιον καλοῦσιν.*[2]) I. 110. *Τὸ Μενδήσιον*] *τὴν νῦν καλουμένην Θμοῦιν.* II. 96. *Ἀταλάντη*] *ἡ νῦν λεγομένη Κασανδρία.* II. 96. *Τοῦ Στρυμόνος*] *Στρυμὼν ποταμὸς Θρᾴκης περὶ τὴν Ἀμφίπολιν. ὅρα πόθεν ἄρχεται ὁ Στρυμὼν καὶ ποῦ λήγει. καὶ ἔτι καὶ ὁ Ὄσκιος* (*Ἄξιος*?) *ποταμὸς καὶ ὁ Νέσος, ὃν οὗτος Νέστος καλεῖ κτλ.* II. 97. *Δόβηρον τὴν νῦν καλουμένην Γέβρην.* II. 99. *Ἄξιον*] *τὴν Βάρδαριν καλεῖ*

---

1) Schol. Thuc. IV. 135.: *ἰστέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο, ἐς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα, εἰς δὲ τὴν λέξιν Πρόδικον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξις ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα.*

2) Fontes horum scholiorum et nomina uix alibi inueniuntur. Formam *Δοράκιον* nusquam fere inuenies, nisi in scholio Ambros. ad Dion. Halic. p 833.: *Ἐπίδαμνος*] *νῦν δυρράκιον καλεῖται, τινὲς δὲ καὶ δοράκιον καλοῦσιν* cf. Léon Sadée, Quaestt. de Dionysii scriptis rhetor. Diss. Argentorat. uol. II. p. 136. Goslingsius duos inuenit locos e Dionysi Halicarnasensis operibus exscriptos, qui in codice Pal. E solo uidentur exstare. Quam rem iam ante illum obseruauit Henricus Stephanus cf. Krueger, Historiogr. p. 227. not.

(fortasse idem flumen est, quod nunc Vardar appellatur). II. 102. *Οἰνιάδας*] *Οἰνιὰς πόλις ἐστὶν ἐν τῷ στομίῳ τοῦ Ἀχελώου, ἣ καὶ νῦν Δραγαμέστη καλουμένη.*[1]) ib. *διὰ Δολοπίας*] *Δολοπία ἣ νῦν καλουμένη Ἀνοβλάχα.* Haec nomina omnia temporum byzantinorum inde ab Iustiniano propria sunt.[2])

Accedunt uocabula sermonis byzantini, quorum exempla tantum, quia saepius inueniuntur, affero.

Luculentissimum exemplum est uocabulum *ὄβρυζος* in schol. Thuc. II. 13., quocum cf. Edicta II. Iustiniani in praef. *τὴν παρ᾽ Αἰγυπτίοις οὕτω καλουμένην ὄβρυζον, τοῖς μὲν ἄνωθεν χρόνοις οὐκ ἐγνωσμένην.* — *σεμνολόγημα*, quod in scholiis saepius usurpatur, non inuenitur ante Sext. Empir. p. 177., Procop. Gaz. ep. 48., Greg. Nazianz. Ep. 59., p. 816. et inde saepissime. — *λαξεύειν*, quod habemus in schol. Thuc. I. 93., apud Byzantinos tantum inuenitur, cf. schol. Lycophr. 523. Eustath. p. 230, 3. Eumath. 14. — *μάγγανον*, quod scholiasta ad II. 4. suis temporibus pro *βάλανος* uocabulo usurpari ait, item in scholio ad Aristoph. Vesp. u. 155. et apud

---

1) Quod nomen etiam nunc habemus: Bucht von *Δραγαμέστο* cf. Bursian. Geogr. v. Griechenl. I. p 113.

2) Scholia Thucydidea, quae ad res geographicas pertinent, saepissime e fonte optimo uidentur fluxisse. Neque tamen adhuc, quaenam subesset origo, indagare potui, nisi in duobus scholiis: IV. 56. *τὴν Λιμηράν*] *οὐκ ἐκ λιμοῦ οὕτως ὠνόμασται, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας ἀντὶ τοῦ Λιμενηράν*, quod idem rettulit Apollodorus cf. Strabo VIII. p. 368., Herod. ed. Lentz. I. p. 260, 23., Stephan. Byz. s. u., Etym. Mag. p. 566, 34. Goslingsius p. 83. falso Artemidorum auctorem fuisse contendit Eustathi testimonio nisus p. 287, 13. Sed Eustathium saepissime nomina inter se confudisse consentaneum est. Scholiasta Thucydideus sua fortasse ex Herodiano petiuit, cum Apollodori opera, posteaquam Strabonis libri publici iuris facti sunt, uix ipsa inspicerentur. Artemidorum uero scholii auctorem habemus I. 4., ubi catalogum quindecim Cycladum inuenies, cf. Strab. p. 485. Nomina si non omnia, pleraque tamen inter se conueniunt, cum *Σκῦρος*, quod scholiasta exhibet, sine dubio sit corruptum pro *Σῦρος* (cf. Bursian, Geogr. II. p. 384. 390., unde Scyrum semper Sporadum particulam fuisse discimus), neque *Ἴκαρος* siue *Ἰκαρία* fuerit e Cycladum numero, sed potius *Γύαρος*, ut Strabo docet. Cetera prorsus inter se conueniunt.

Mauricium Strateg. 10, 3. exstare affirmat Dindorfius in thesauro Stephani. — Vocabulum in scholiis saepissime usurpatum est ἐλλιμενίζειν, quod notione antiqua „portorium exigendi" habet Aristophanes apud Poll. IX. 31., posteriorem uero notionem „nauem appellendi", qua scholia utuntur, habemus apud Synes. Ep. 147. p. 284B. et in scholio ad Eurip. Orest. u. 53. — Vocabulum ἀνέσιμος habemus in schol. Thuc. VII. 93., schol. Lycophr. u. 18., in Constantini Manassae Chronico u. 5901. — ἐξουδενοῦσθαι habet scholiasta Thucydideus ad V. 28. et iterum inuenies Basil. Ep. 61. uol. III. p. 61A. Etym. Mag. p. 350, 24. Gregor. Nyss. uol. I. p. 286. B. — μαυλία in scholiis pro uocabulo μάχαιρα usurpatur, cf. schol. ad Nicandri Theriaca ed. Schneider. p. 57, 5. μαυλίδι· μαχαίρᾳ cf. Eustath. Iliad. p. 691. et Dosiad. in Anthol. Palat. XV. 25, 4.

Quae cum ita sint, scholia Thucydidea inde ab Iustiniani temporibus in eam, qua nos utimur, formam redacta esse concludo. Terminum Iustiniani temporum quam Suidae propiorem esse inde apparet, quod multa habemus scholia corrupta (quae Goslingsius ex parte correxit, multo plura, quamquam sunt corruptissima, intacta reliquit). Suidas uero, qui decimo post Chr. n. saeculo floruit, et codex C eiusdem aetatis praebent terminum, ante quem scholia hanc in formam esse redacta putandum est.

APPENDIX II.

Index scholiorum Thucydideorum, quae Suidas ex codice suo transcripsit.

(cf. p. 94. sq.)

I. 1. ἐλπίσας.
ib. ξυνέγραψε.
I. 5. καλῶς (abbreu.)
I. 6. ἐνέρσει κρωβίλον.
* ib. ἄθλον.
I. 7. ἕφερον.
* ib. προσοίκους.
* ib. ἐσιδηροφόρει cf. μαυλία.
I. 10. πλοῖα κατάφρακτα.
ib. προσκώπους.
I. 11. διέφερον.
*I. 12. ἀποικίας ἔπεμψε.

I. 13. *ἀμφότερα.*
* ib. *ἐπὶ ῥηταῖς γέρασιν* (abbr.).
* ib. *μεταχειρίσαι.*
*I. 14. *ἐξηρτυμένα.*
I. 17. *μάλιστα.*
*I. 19. *ἀκραιφνοῦς.*
*I. 20. *ὑπονοήσας.*
* ib. *ἕτοιμος.*
*I. 26. *προϊσχομένου.*
*I. 29. *ἀποδόσθαι.*
* ib. *κῆρυξ.*
ib. *παρὰ πολύ.*
I. 30. *ἐπίνειον.*
*I. 31. *ἔνσπονδος.*
I. 32. *σωφροσύνη.*
I. 33. *ἀρετή.*
*I. 35. *ὑπείπομεν.*
*I. 38. *διαφερόντως.*
I. 40. *ἀμύνειν.*
* ib. *ἀνοκωχή.*
I. 41. *ἐπιχρῆσθαι.*
I. 42. *κελεύω.*
I. 44. *συμμαχία.*
I. 46. *στρατόπεδον.*
I. 48. *μετεώρους νῆας.*
* ib. *κέρας.*
*I. 49. *διέκπλοι.*
ib. *σημεῖα ἀρθῆναι.*
* ib. *προσφερής.*
*I. 50. *σκάφη.*
ib. *ἐπεπαιώνιστο.*
ib. *ναυάγιον.*
ib. *παιᾶνας.*
I. 51. *κελήτιον.*
I. 53. *κηρύκιον.*
I. 54. *καταδύσαντες ναῦς.*
*I. 57. *ἐπιστέλλουσιν.*
I. 60. *ψιλοί.*
I. 63. *χηλαί.*
I. 68. *παρακαλεῖν.*
*I. 73. *καταβοήν.*
*I. 81. *φρόνημα.*
*I. 82. *καταφωρᾶν.*
I. 87. *διαγνώμη.*
* ib. *χρηματίσαντες.*
I. 89. *τειχῶν.*
I. 90. *παρελθεῖν* (abbreu.)
I. 92. *ἀνεπικλήτως.*
* ib. *οἰκοδομία.*
ib. *κωλύμη.*
I. 93. *ἐγκατελέγησαν λίθοι.*
ib. *προσέκειτο.*
I. 94. *πολιορκῆσαι.*
I. 95. *ἀπαλλαξείειν.*
I. 98. *παρὰ τὸ καθεστηκός.*
*I. 99. *ἔκδειαι.*
*I. 100. *ἀντίπερας.*
*I. 101. *Εἵλωτες.*
I. 118. *ἐπιχειρητέα.*
I. 120. *διαλλαγῆναι.*
† ib. *ἐναλλαγῆναι.*
ib. *εὖ παρασχόν.*
I. 122. *εὐοργήτως.*
† ib. *καταφρόνησις.*
†I. 126. *ἀνεχρήσατο.*
I. 127. *ξυμφοράν* (apud Bernhardy. falso ad I. 140.).
I. 128. *Χαλκίοικος.*
*I. 129. *γραφή.*
†I. 131. *εἱρκτή.*
*I. 134. *προτεμένισμα.*
I. 136. *καταλῦσαι.*
I. 137. *ἀποσαλεύσας* (apud Bernhardy. falso ad I. 127.)
I. 139. *ἀόριστος γῆ.*
I. 140. *ὀργῇ.*
ib. *προὔχοντο.*
I. 146. *ἀκηρυκτεί.*
II. 4. *πυλή.* [1])
ib. *βαλανάγρα.*

1) Ritschelius, cum Prol. ad Thom. Mag. p. 44. hanc glossam e Thoma petitam esse suspicaretur, errauit.

II. 4. *στύραξ.*
II. 5. *εὐθύς.*
II. 7. *λαμπρῶς.*
*II. 8. *λόγια.*
ib. *οὐκ ἀπεικότως.*
II. 13. *ἀπέφθου χρυσίου.*
†II. 15. *δωδεκάκρουνος.*
* ib. *πρυτανεῖα.*
II. 16. *ἐβαρύνετο.*
*II. 17. *ἀκροτελεύτιον.*
*II. 18. *καθέδρα.*
II. 25. *ἅραντες.*
II. 27. *ἀποίκησις.*
ib. *ἔποικος.*
II. 34. *πρότριτα.*
II. 35. *δόκησις ἀληθείας.*
†II. 39. *ἐγκράτεια.*
*II. 42. *ἰσόρροπος.*
II. 47. *νόσος λεγόμενον.*
II. 49. *καρδία* gl. 2.
ib. *πελιτνόν.*
ib. *στόμαχος.*
* ib. *ἀνεκρίθη.*
*II. 65. *ἀδωρότατος.*
II. 75. *φορμηδόν.*
* ib. *ξεναγοί.*
*II. 76. *ὑπόνομος.*
* ib. *βρόχος.*
*II. 77. *φακέλλους.*
II. 84. *ἐν χρῷ παραπλεῖν.*
ib. *ἐπίνειον* gl. 2.
ib. *ἐξένευσαν* gl. 2.
II. 89. *διέκπλοι.*
II. 91. *Ἀπολλώνιον.*
* ib. *μετωπηδόν.*
II. 92. *ὁλκάς.*
* ib. *ἀπεγένετο.*
II. 93. *ὑπειρέσιον* (sic).
II. 94. *φρυκτοί* cf. III. 22.
III. 13. *καθαιρήσεται.*
III. 46. *ἐχέγγυος.*
III. 70. *βουλῆς.*
ib. *ἐθελοπρόξενος.*
III. 87. *διοκωχή.*
III. 93. *νεοκαταστάτοις.*
III. 97. *ὑπαγωγάς.*
IV. 1. *σίτου ἐκβολήν.*
IV. 4. *λογάδην.*
*IV. 8. *βύζην.*[1])
IV. 10. *πλῆθος.*
IV. 12. *παρεξειρεσίαν.*
*IV. 25. *ἀποσιμῶσαι.*
*IV. 26. *διαμώμενοι.*
† ib. *ἀληλεσμένοι.*
*IV. 32. *ἀμφίβολοι* (?)
IV. 48. *σφαγάς.*
†IV. 68. *βουλεύοντι.*
IV. 76. *χώρα.*
IV. 88. *πιστώσαντες.*
†IV. 97. *ἀναστᾷ.*
ib. *ὁμοχαίτας.*
IV. 108. *Ἀτραμύττειον.*
V. 1. *ὀργᾶν.*
ib. *ἱερῶσθαι.*
V. 28. *ἐκκαρπωσάμενοι.*
*V. 57. *ἅμιπποι.*
VI. 27. *Ἑρμῶν.*
*VI. 36. *ἐπηλυγαζόμενοι.*
VII. 25. *ὤνενον.*
VII. 26. *ὁπλίτης.*
VII. 34. *ἐπωτίδες* gl. 2.
VII. 58. *νεοδαμώδης.*
VII. 60. *ἀπλούστερος.*
VII. 78. *ἄπεδον.*
VIII. 41. *δελφίς.*
†VIII. 43. *ἀποτειχίζειν.*
VIII. 66. *δικαίωσις* (?).
†VIII. 84. *ἐπανήρατο.*
VIII. 98. *ἐθελοντηδόν.*

1) cf. Poppo. ed. II. uol. 3. praef. p. 14.

Locos cruce notatos falso appinxit Kuester. Astericis notata non inueniuntur in indice Bernhardyano: neque tamen omnia scholia, quae Suidas exscripsit, me attulisse affirmauerim. Quae glossae Thucydidem tantum laudant neque ullo modo cum scholiis conferri possunt — sunt autem centum quadraginta sex —, eas consulto omisimus.

INDEX SCHOLIORUM,[1])

de quibus in hoc libello disputatum est.

*Ἀβασανίστως (I. 20.) . . . p. 127
*ἀγχωμάλου (IV. 134.) 108
*ἀγωγούς (II. 12.) 133
ἄδηλον (I. 2.) 96
αἰσθάνομαι (II. 60.) 96
ἀκμάζοντες ἦσαν (I. 1.) . . . 94
Ἀλεξάνδρου (I. 57.) 82
ἀμύνεσθαι (I. 42.) 91
*ἀνακῶς (VIII. 102.) 97
ἀναλοῦν (IV. 48.) 94
ἀναπίπτουσιν (I. 70.) 92
Ἀνδοκίδης (I. 56.) 74
ἀνέσιμος (VII. 93.) 145
Ἄξιος (II. 99.) 143
ἀπαλλαξείοντες (I. 90.) . . . 90
*ἀπεγένετο (II. 98.) 128
*ἀπιάλλειν (V. 77.) 93
*ἀπόγνοια (II. 85.) 128
*ἀποσιμωσάντων (IV. 25.) . . 97
*ἀποχρώντως (I. 21.) 133
ἄρας οὖν (III. 95.) 73
Ἀριστεὺς ὁ Ἀδειμάντου (I. 60.) 82
*ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι (IV. 125.) 90
Ἀταλάντη (II. 96.) 143
Ἀτραμύττιον (V. 11.) . . . 85
*αὐθέντης (III. 58.) . . 100. 105
βλαπτόμενοι (III. 37.) . . p. 142
*βράγχος (II. 49.) 93
Γέλα (VI. 4.) 76
*διαμώμεναι (IV. 26.) 128
*διαφερόντως (I. 38.) 129
*διετησίοις (II. 38.) 133
Δόβηρον (II. 97.) 143
Δωριᾶς (I. 107.) 96
*ἐκβολή (I. 97.) 134
*ἐκκαρπωσάμενοι (V. 28.) . . 95
ἑκὼν εἶναι (II. 89.) 96
*ἐλπίσας (I. 1.) 129
*ἐμπαλασσόμενοι (VII. 48.) 100. 105
*ἐν χρῷ κουρά (II. 84.) . 101. 105
ἐξαληλιμμένον (III. 20.) . . . 90
ἐξουδενοῦσθαι (V. 28.) . . . 145
ἐπαιώνιστο (I. 50.) 95
ἐπί (I. 116.) 96
ἐπὶ τὸν τρίποδα (I. 132.) . . 142
Ἐπίδαμνος (I. 24.) 143
ἐπιδημιουργούς (I. 36.) . . . 74
*ἐπίνειαν (I. 30.) . . . 129. 133
*ἐπιχειρητέα (I. 118.) 130
*Ἑρμαῖ (VI. 27.) 95. 96
ἐς Ἰωνίαν (I. 2.) 84
*εὖ παρασχόν (I. 120.) . . . 106

1) Scholia asteriscis significata debentur atticistis.

*εὔηθες (III. 83.) . . . . p. 108
*εὐλάχα (V. 16.) 109
*ἐφολκά (III. 13. IV. 41. 108.) . 109
ἤδει (II. 33.) 96
Ἡδῶνας (II. 99.) 86
*ἤπειρος (I. 43.) 137
θαρσοῦντες (I. 123.) 69
*θέμενοι τὰ ὅπλα (II. 2.) . 85. 135
*Θριῶζε (I. 114.) 134
*ἱερῶσθαι (V. 16.) 110
ἱππεῖς (I. 63.) 88
*ἰσόρροπον (II. 42.) 110
Ἰώνιον (VI. 104.) 76
*κάθεξις (III. 47.) 130
καὶ γὰρ ἠπειρῶται (III. 54.) . 82
Καμίρῳ (VIII. 44.) . . . 86. 88
*καρδίαν (II. 49.) 80
*καταβοή (I. 73.) 134
καταδύσειαν (I. 50.) 96
*κατ' ἐπήρειαν (I. 26.) . . . 129
*Κειάδας (I. 134.) 137
κεραῖαι (VII. 41.) 80
Κερκυραίων (I. 53.) 75
*κηπίον (II. 62.) . . . 80. 101. 105
*κηρύκιον (I. 55.) 139
Κλεομένης (I. 126.) 82
*κρωβύλος ἐν ἔρσει (I. 6.) 80. 85. 123
κτῆμα (I. 22.) 82
*κωλύμη (I. 92.) 111. 133
*λαμπρῶς (II. 7.) 111
λαξεύειν (I. 93.) 144
*λεωκόριον (I. 20.) 136
*ληστικόν (I. 4.) 87
λιμηρά (IV. 56.) 144
λογογράφοι (I. 21.) 82
μάγγανον (II. 4.) 144
*μάλιστα (I. 17. III. 92.) . . . 111
μαρτύρειον (I. 33.) 96
Μενδήσιον (I. 110.) 143
*μετατάξασθαι (I. 95.) . . . 112
*μετρίως (II. 35.) 111
μέχρι μὲν οὖν (III. 98.) . . . 96
μὴ γενέσθαι (I. 10.) 96
μὴ μυθῶδες αὐτῶν (I. 22.) . p. 82
Μίνω (I. 8.) 96
ναναγία (I. 50.) 89
*νεοκαταστάτοις (III. 93.) . . 111
ὄβρυζος (II. 13.) 144
οἰκοδαμία (I. 93.) 96
Οἰνιάδας (II. 102.) 144
ὀλίγων ἀνδρῶν (III. 62.) . . 82
*ὁμαιχμία (I. 18.) 112
ὁμήρους (I. 56.) 80. 112
*ὁμωχέτας (IV. 97.) . . 80. 95. 113
*ὀργάς (III. 50.) 113
*ὅσαν οὐκ ἀποτετέλεστο (IV. 69.) 114
οὐ βουλομένῳ ἦν (II. 3.) . . 96
οὐδείς πω ἀπετράπετο (I. 70.) 96
οὐδὲν (II. 70.) 96
*παιδικά (I. 132.) 80. 115
*πανσυδί (VIII. 1.) . . . 102. 105
*παραιρήματα (IV. 48.) . . . 126
*παράλογος (I. 78.) 115
*παρὰ πολύ (I. 29.) 133
*παρεξειρεσίαν (IV. 12.) . . 80. 115
*πελιτνός (II. 49.) . . 80. 103. 105
πεποίηκε (I. 10.) 82
*περίνεως (I. 10.) 116
*περιπλεῖν (IV. 36.) 95
περιφρονοῦντες αὐτούς (I. 25.) 96
*περιωπή (I. 3. 136. IV. 86. V. 14.) 117
Πιτανάτης λόχος (I. 20.) . . . 82
πολλοῦ γε χρόνου (I. 3.) . . . 96
Πολυκράτης (III. 104.) . . . 82
*πολυτελής (I. 10. VII. 27. 28.) . 97
πορθμόν (II. 83.) 80
προϊσχόμενοι (I. 26.) 131
*προσέκειτο (I. 93.) 117
*πρόσοδος (IV. 110.) 117
*προσφερής (I. 49.) 118
*προτεμενίσματα (I. 134.) . . 118
πρότερον οὐ σεισθεῖσα (II. 7.) . 82
*πρότριτα (II. 34.) 118
*προὐργιαίτερον (III. 109.) . . 140
*προὔχοντο (I. 140.) 119
*πρύμναν ἐκροίοντο (I. 50.) . 106

*πρῶτοι ἐκτήσαντο (II. 89.) . p. 82
*πρωτόνεως (I. 10.) 116
*ῥαχία (VI. 10.) 80
Ῥειτούς (II. 19.) 86
*ῥόδιον (IV. 10.) 80. 119
σέ (I. 129.) 96
*σίτου ἐκβολή (IV. 1.) 120
*σκυτάλη (I. 131.) 107
*στρατόπεδον (I. 146.) . . . 120
Στρυμών (II. 96.) 143
*στύραξ (II. 4.) 94. 132
συμμαχεῖν (I. 44.) 79
*σφαγαί (IV. 48.) 80. 120
ταύτῃ δὲ (II. 97.) . . . . p. 82
τῆς γῆς ἕτεμον (I. 30.) . . . 96
*τὸν πλεῖστον τοῦ βίου (I. 5.) . 96
τὸ ἐπί σφᾶς ἐπιχειρεῖν (IV. 28.) 96
τοὺς ἀγῶνας (III. 67.) . . . 96
τροπαῖον (I. 30. 63.) . . . 88. 96
νίέως (I. 13.) 96
*ὑπάγειν ἐς δίκην (III. 97.) . . 121
*ὑπείπομεν (I. 35.) 122
*ὑπηρέσιον (II. 93.) 80. 122
ὕστερον (I. 13.) 82
*χρυσῶν τεττίγων (I. 6.) . . 80. 125
*ὦνενον (VII. 25.) . . . 104. 105

Miscellen.

1. Die Archonten im Areopag.

Unsere Handbücher lehren übereinstimmend, dass die neun Archonten nach abgelaufenem Amtsjahr und bestandener Rechenschaft in den Areopag eintraten. Die Thatsache ist nach bekannten Zeugnissen (Gesetz bei Dem. g. Tim. 22; g. Aristog. II, 5; Plut. Sol. 19; Per. 9; Poll. VIII, 118) nicht zu bestreiten, aber sie besagt nur die halbe Wahrheit.

Der Sprecher von Lysias' Rede über den Oelbaum will die Anklage als sykophantisch damit erweisen, dass Nikomachos versäumt ihn in flagranti zu überführen: § 22 *καίτοι εἰ φήσας μ᾽ ἰδεῖν τὴν μορίαν ἀφανίζοντα τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἐπήγαγες ἢ ἄλλους τινὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου, οὐκ ἂν ἑτέρων σοι ἔδει μαρτύρων· οὗτοι γὰρ ἄν σοι συνήδεσαν ἀληθῆ λέγοντι, οἵπερ καὶ διαγιγνώσκειν ἔμελλον ὑπὲρ τοῦ πράγματος.* Dass statt des Archon König, dem in dem Process die Hegemonie zustand, ‘nachlässig verallgemeinernd die neun genannt werden’, wird niemand Rauchenstein glauben. Aber es genügt auch nicht, sich mit Frohberger auf die bekannte Assimilation des *ἄλλος* zu berufen; denn welchem Zweck diente die Ephegesis der neun, wenn sie nicht zu denen gehörten *οἵπερ καὶ διαγιγνώσκειν ἔμελλον.* Also haben sie schon während ihrer Amtsführung im Areopag Sitz und Stimme gehabt. Das Gleiche folgt aus einer zweiten Stelle desselben Redners XXVI, 12. Von der Dokimasie des Euander muss auch der Eindruck abhalten, den sie auf die Menge hervorbringen würde *ὅταν αἴσθωνται, ὃν προσῆκε δίκας τῶν ἡμαρτημένων διδόναι,*

τοῦτον ὑφ' ὑμῶν τοιαύτης ἀρχῆς ἠξιωμένον καὶ φόνου δίκας δικάζοντα, ὃν ἔδει αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς κρίνεσθαι, καὶ πρὸς τούτοις ἴδωσιν ἐστεφανωμένον καὶ ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν κύριον γεγενημένων, ὧν ἐνίοις αὐτὸς οὗτος τῆς ὀρφανίας αἴτιος γεγένηται. Taylor und Reiske waren natürlich im Irrthum, wenn sie Euander zum Ersatzmann des Königs erloost glaubten, aber sie scheinen von dem richtigen Gefühl geleitet worden zu sein, dass, wie im letzten Satzglied, so auch im vorausgehenden eine Function bezeichnet sein muss, die E. sofort, nicht erst nach Jahresfrist auszuüben berufen war.

Die gewonnene Erkenntniss wird auch einer dritten Stelle zum richtigen Verständniss verhelfen. Nach der Rede gegen Neaira § 80 f. schreitet der Areopag gegen den König Theogenes ein, weil er Neaira zur Frau genommen und durch sie die Opfer hat verrichten lassen; das Einschreiten erfolgt *ὡς — ἀνέβησαν εἰς Ἄρειον πάγον οἱ ἐννέα ἄρχοντες ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις.* Philippi (Areopag und Epheten S. 166) meint, es handele sich um die Anmeldung zum Eintritt in das Collegium der Areopagiten nach Ablauf der Amtszeit; aber diese ist ja noch gar nicht zu Ende, § 83 *ὡς δὲ κατέβη ἐξ Ἀρείου πάγου ὁ Θεογένης, εὐθὺς — τὸν Στέφανον — ἀπελαύνει ἀπὸ τοῦ συνεδρίου.* Vielmehr geht auch dies *ἀνέβησαν* anders als in den Eingangs citirten Rednerstellen *ἀνιέναι* und *ἀνελθεῖν* auf die Theilnahme der fungirenden Archonten an den Sitzungen des Areopags. Beachtung aber verdient, dass Theogenes nicht als Mitglied des Collegiums zur Verantwortung gezogen wird; denn sonst würde der Redner schwerlich sich so ausgedrückt haben, wie es § 80 a. E. geschieht *οἱ γὰρ αὐτοκράτορές εἰσιν ὡς ἂν βούλωνται Ἀθηναίων τινὰ κολάσαι.*

Die Analogie mit der Betheiligung der römischen Magistrate am Senat wie deren Differenz bietet sich jedem von selbst. Nur auf das Eine möchte ich noch hinweisen, dass auf Grund der nachgewiesenen Berechtigung der Archonten auch die Frage, ob der Areopag die Neueintretenden einer

förmlichen Dokimasie unterworfen habe, die Philippi offen lässt und die Plut. Perikl. 9 zu bejahen verleiten könnte, vielmehr in verneinendem Sinne zu entscheiden sein wird.

2. Chronologie des Hellanikos.

Die Controverse über Hellanikos' Lebenszeit ist noch nicht zum allseitig befriedigenden Abschluss gebracht. Wenn Pamphiles Ansetzung seines Geburtsjahrs auf 496 von demselben Gelehrten, der das Unsichere ihrer Grundlage schlagend nachgewiesen hat, von Diels N. Rh. M. XXXI S. 50 ff. festgehalten wird, so war für ihn die Autorität des Dionys bestimmend, der ad Pomp. 3 p. 769, de Thuc. 5 p. 818 Hellanikos als Vorgänger des Herodot betrachtet. Aber den Respect, den Dionys' Untersuchungen über die Chronologie der Redner einflössen, darf man nicht zu sehr generalisiren. Ist es ihm doch eben in der Schrift über Thukydides passirt, Kratippos zu einem Zeitgenossen des Thukydides zu machen, will sagen etwa zwei Jahrhunderte zu hoch hinaufzurücken, c. 16 p. 847 *Κράτιππος ὁ συναχμάσας αὐτῷ καὶ τὰ παραλειφθέντα ὑπ' αὐτοῦ συναγαγών.* Denn der Gedanke von A. Schäfer (Quellenkunde S. 29) diesen Vorwurf durch Annahme einer Corruptel in *αὐτῷ* von ihm abzuwälzen, ist darum unzulässig, weil er die nothwendige Beziehung des folgenden *αὐτοῦ* auf Thukydides unmöglich machen würde.

Gegen den von Diels wieder vertretenen Ansatz von Hellanikos' Leben auf 496—411 streiten vor allem die Citate aus seiner Atthis in den Scholien zu Arist. Frö. 698. 720 für Ereignisse des Jahres 406, die sich weder mit Isler N. J. f. Ph. CIII S. 116 f. durch Umdeutung, noch mit Diels durch Correctur wegbringen lassen. Denn wollte man sich selbst über das Gewaltsame dieser Versuche hinwegsetzen, dass Hellanikos bis zum Jahre 415 herabgegangen ist, beweist fr. 78 über den Stammbaum des Andokides; dessen zu gedenken bot sich, wie bereits Müller F. H. G. IV p. 632 gesehen hat, dem Hellanikos schwerlich andere Veranlassung als bei Erwähnung des Hermokopidenfrevels. Aber ein Bedenken hat Diels gel-

tend gemacht, das durch die jüngste Erörterung von v. Wilamowitz-Möllendorff Hermes XI S. 292 f. nicht entkräftet ist. Das erstere Scholion lautet: *τοὺς συνναυμαχήσαντας δούλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύσασθαι αὐτοῖς, διεξιὼν τὰ ἐπὶ Ἀντιγένους τοῦ πρὸ Καλλίου.* Hiernach hätte Hellanikos die Ereignisse streng chronologisch nach den einzelnen Archontenjahren geordnet; wie kann man das für denkbar halten bei einem Autor, der in demselben Buche nach competentestem Urtheil die Pentekontaetie *βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς* behandelte. Dies war bekanntlich die Methode des Philochoros, aber sicherlich nicht die des Hellanikos.

Und eben dem Philochoros galten nach meiner Vermuthung auch in der Quelle unseres Scholions die oben ausgezeichneten Worte. Man vergleiche das andere Scholion zu V. 720 *τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντιγένους Ἑλλάνικός φησιν χρυσοῦν νόμισμα κοπῆναι, καὶ Φιλόχορος ὁμοίως τὸ ἐκ τῶν χρυσῶν Νικῶν.* Man sieht, in beiden Scholien ist von den Maassnahmen die Rede, zu denen die Athener in der Nothlage des Jahres 406 gegriffen haben; ist es nicht naheliegend zu vermuthen, dass beide einer gemeinsamen Quelle entstammen, welche die betreffende Notiz des Hellanikos mit der genaueren Angabe des Philochoros verband, dessen Name heute nur an der zweiten Stelle erhalten ist? Ist diese Vermuthung richtig, so muss die Sonderung des beiderseitigen Eigenthums natürlich problematisch bleiben; wahrscheinlich gehen aber die Worte *ἐγγραφέντας κτλ.* nur auf Philochoros zurück, so dass man vor ihnen seinen Namen einsetzen darf. Dabei freilich muss es sein Bewenden haben, dass Hellanikos nicht älter war als Herodot, und Thukydides die betreffende Partie des ersten Buchs kaum vor 400 geschrieben haben kann.

3. Thukydides aus Cassius Dio emendirt.

Dass Cassius Dio mit besonderer Vorliebe die Sprache des Thukydides nachbildet, hat schon Photios in der Bibliothek bemerkt und Poppo durch lehrreiche Zusammenstellungen

bestätigt. Aber die Art und der Umfang dieser Nachahmung verdiente zum Gegenstand eingehenderer Untersuchung gemacht zu werden. Dass diese Arbeit auch für die Textkritik des Thukydides nicht ohne Ertrag bleiben würde, denke ich hier an einem einzelnen Beispiele zu zeigen.

Von der auf Perikles Geheiss erfolgten Räumung des attischen Landes lesen wir II, 16 *τῇ τε οὖν ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν χώραν αὐτονόμῳ οἰκήσει οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἐπειδὴ ξυνῳκίσθησαν διὰ τὸ ἔθος ἐν τοῖς ἀγροῖς ὅμως οἱ πλείους τῶν ἀρχαίων καὶ τῶν ὕστερον μέχρι τοῦδε τοῦ πολέμου πανοικησίᾳ γενόμενοί τε καὶ οἰκήσαντες οὐ ῥᾳδίως τὰς μεταναστάσεις ἐποιοῦντο.* Ueber die Nothwendigkeit das hinter *οἰκήσει* überlieferte *μετεῖχον* zu streichen, ist man jetzt einig; aber keine geringere Schwierigkeit liegt in den durch den Druck ausgehobenen Worten. Versteht man *ἐν τοῖς ἀγροῖς — γενόμενοι* wie gewöhnlich 'da sie auf dem Lande gelebt', so ist nicht blos *οἰκήσαντες* überflüssig, sondern auch *γενόμενοι* in nicht zu rechtfertigendem Sinne gefasst. Giebt man aber mit Poppo und Torstrik dem *γενόμενοι* die nothwendige Deutung 'cum nati essent', so bleibt *πανοικησίᾳ* unverständlich. Darum wollte Herwerden *διαγενόμενοι* schreiben und die drei folgenden Worte tilgen, ohne jede Wahrscheinlichkeit. Das Richtige lehrt die Parallelstelle des Dio über die Auswanderung der Optimatenpartei mit Pompejus XL, 7 *οἵ τε — πανοικησίᾳ ἀνιστάμενοι τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς οἴκους τό τε ἔδαφος — ἀπέλειπον.* Wie Dio *πανοικησίᾳ* meines Wissens nur hier braucht, so auch der andere Nachahmer des Thukydides Dionys wohl nur in den analogen Verbindungen VII, 18 *οἱ ἀπαναστάντες π.* und XI, 2 *ἀνασκευασάμενοι π.* Also ist in der Thukydidesstelle *πανοικησίᾳ* aus der folgenden Zeile an eine falsche Stelle gerathen und gehörte vor *ἐποιοῦντο.*

4. Zum boiotischen Kalender.

Im vorjährigen Bande S. 213 f. habe ich den boiotischen Kalender, soweit das verfügbare Material gestattete, zu reconstruiren versucht. Die damals ausgesprochene Hoffnung auf

Ergänzung des noch fehlenden zwölften Monatsnamens durch weitere Funde ist in rasche Erfüllung gegangen; nach den von Stamatakis *Ἀθήναιον* IX p. 319; 354; 356; 358 veröffentlichten Inschriften von Chaironeia ist als solcher der *Ἀγριώνιος* einzusetzen. *Ἀγριώνια* kennen wir als Fest des Dionysos aus Orchomenos und Theben (Gerhard G. M. § 441, 1; 454, 4); da gerade die Feste dieses Gottes an eine bestimmte Jahreszeit gebunden sind, werden wir dem Agrionios, wie schon Hermann mit dem dorischen Agrianios gethan, die vierte, dem Pamboiotios also die zehnte Stelle anzuweisen haben. Nach dieser Vervollständigung der Liste kann auch an der Herstellung der ersten Zeile in C. I. G. n. 1608 kein Zweifel mehr bestehen; der Grösse der Lücke und dem von Cockerell Gelesenen genügt einzig *μηνὸς Παμβοιωτίου τριακάδι*.

J. H. Lipsius.

157

DE VARRONIANAE DOCTRINAE APUD PLUTARCHUM VESTIGIIS.

SCRIPSIT

PAULUS GLAESSER.

PROOEMIUM.

Utrum Plutarchus M. Terentii Varronis libros ipse inspexerit necne, uiros doctos dissentire non miraberis, cum Plutarchum ut multos ueteres scriptores semper fere celasse animaduerteris quos imprimis auctores secutus esset multorumque quorum testimonia exhibet scriptorum libros numquam inspexisse.[1]) Accedit, quod idem tam graecis quam latinis fontibus usus est magna cum licentia aliorumque testimonia uel neglegenter ex memoria rettulit[2]) ita, ut non solum, ubi ex libris scriptoris quem testem citat pauca fragmenta ad nostram aetatem uenerunt, sed ne seruatis quidem scriptorum locis, ad quos respicit, semper appareat, utrum eos ipse legerit an per alium scriptorem cognouerit.

Atque Heerenius[3]) quidem — ut Wyttenbachium aliosque omittam, qui quasi praetereuntes hac de re iudicauerunt — Plutarchum graecum hominem sermonisque latini parum peritum, quidquid Varronianae scientiae habet, a Iuba Mauretano mutuatum esse coniecit, sed hanc suspicionem certis argumentis adeo non firmauit, ut eam docti uiri, qui quid Plutarchus Varroni deberet, postea inquisiuerunt, memoria uix dignam putarent; nam quaerere, num Plutarchus fontem ipsum adierit, ne curant quidem J. J. Lagus[4]) et L. Mercklinus[5]), quamquam

1) Exempla praebet H. Peteri liber: 'Die Quellen Plutarchs in den Biographien der Römer.' Halis MDCCCLXV. p. 29. 30. 65. 82. 121. 145.

2) Ibid. p. 10. sq.

3) De fontibus et auctoritate vitar. parall. Plut. comment. IIII. Gottingae MDCCCXX.

4) Plutarchus Varronis studiosus. Helsingforsiae MDCCCLVII.

5) 'Die Aetia des Varro.' Philol. uol. III. p. 267. sqq.

hic animos doctorum hominum, qui Varronis fragmenta indagare student, ad Plutarchi *Περὶ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν*[1]) aduertit.

Atque ne G. Thilo[2]) quidem, quin Heerenii suspicio uana esset, dubitauit, cum operam daret, ut Plutarchum in Aetiis Romanis imprimis uestigia Varronis secutum esse ostenderet; quin etiam quae Varronis fragmenta in libello illo indagasse sibi uidebatur, tribus eius operibus, Aetiis, IV libris de uita populi Romani, XLI Antiquitatum libris dispertiuit, quae Plutarchum perscrutatum esse censuit, quamquam latini sermonis tam imperitus fuisset, ut 'nesciret, quid discrimiuis intercederet inter latinas uoces *aperire* et *operire*.'[3])

Etsi tantam sermonis latini imperitiam male conuenire apparet cum tanto Varronianorum librorum studio, tamen F. Leo (De Plutarchi Quaestionum Romanarum auctoribus, Halis MDCCCLXIIII. p. 1.), H. Kettner (M. Ter. Varronis de uita pop. Rom. quae extant, Halis MDCCCLXIII.), C. A. A. Schmidt (De fontibus Plutarchi in uitis Romuli et Numae), O. Gruppe ('Die Ueberlieferung der Bruchstücke von Varros

1) Docti uiri libellum illum adhuc 'Quaestiones Romanas' nominauerunt, nescio quo iure; Plutarchus ipse in Romuli uit. cap. XV. his uerbis: *περὶ ὧν ἐπιπλέον ἐν τοῖς Αἰτίοις εἰρήκαμεν.* et in Camilli uit. cap. XVIIII. sic ad Quaestiones Romanas respicit: *Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ Περὶ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν ἐπιμελέστερον διῄρηται.* Plutarchus igitur librum illum aut *Αἴτια Ῥωμαϊκά* aut *Περὶ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν* uidetur inscripsisse; quapropter praestabit libellum 'Aetia Romana' appellare, qua appellatione simul illi scriptorum generi, cuius Callimachi et Varronis Aetia sunt, adnumeratur.

2) De Varrone Plutarchi Quaestionum Romanarum auctore praecipuo. Halis MDCCCLXIV.

3) Quamquam ego quoque a Plutarcho profundiorem latini sermonis notitiam abiudico, tamen hoc crimine liberandus est; nam quod Thilo l. l. p. 2. adn. Plutarchum errore illo inductum in quaest. XIIII. dixisse contendit 'licuisse Romanorum mulieribus caput obnubere, quod e contrario se haberet', eius uerba perperam intellexit: *Ἡ .... ταῖς δὲ γυναιξὶν οὐδὲ ὅλως ἐξῆν ἐπικαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν; ἱστορεῖται γοῦν ὅτι πρῶτος μὲν ἐξέβαλε γυναῖκα Σπόριος Καρβίλιος ἐπ' ἀτεκνίᾳ, δεύτερος δὲ Σουλπίκιος Γάλλος ἐφελκυσαμένην ἰδὼν κατὰ κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον. ἐφελκύεσθαι κατὰ κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον* sine dubio significat: 'uestem super caput detrahere', ita ut caput ueletur, non 'a capite detrahere', ita ut caput nudetur. cf. Dionysii Ant. Rom. XV. 8, 13. K.

Antiquitäten' in Comment. in honor. Th. Mommseni, Berolini MDCCCLXXVII. p. 540—554.), C. G. Cobet (De locis nonnullis in Plutarchi Moralibus, Mnemosyn. nou. ser. uol. VI p. 3.), alii Thilonis opinionem probauerunt; quid, quod H. Peter ex eisdem tribus Varronis operibus Romuli quoque et Numae uitas maxima ex parte compilatas esse sibi persuasit [1]), quamuis acriter pugnet haec opinio contra rationem, qua Plutarchum, ut ceteras uitas conscriberet, fontibus usum esse ipse luculenter ostendit?

Redierunt deinde docti uiri ad Heerenii suspicionem; atque primus quidem Guilelmus Soltau [2]), postquam Iubam et Dionysii archaeologiam Romanam et Varronis libros in usum suum conuertisse docuit, complures Marcelli uitae partes, quae Graeci illius hominis et Romani polyhistoris opiniones contaminatas continerent, ad Iubae auctoritatem rettulit. Denique Albertus Barth [3]) eisdem fere quibus Soltauius argumentis usus quaestione de Romuli et Numae uitis deque Aetiis Romanis instituta, maximam horum scriptorum partem ex Iubae *Ὁμοιότησιν* profluxisse eo studuit probare, quod illis ipsis locis, qui Dionysii Halicarnassensis et Varronis doctrinam redolerent, studium mores Romanos cum Graecis comparandi eluceret.

Atque Soltauius et Barthius quin recte omnino negauerint, Plutarchum ipsum Varronis libros perscrutatum esse quamuis non dubitem, tamen non frustra me operam studiumque hanc in quaestionem de integro instituendam contulisse spero, quia A. Barthius rebus admodum certis tam incertas immiscuit, ut H. Peter nonnullis quidem de rebus ei concesserit, sed in uniuersum hodie quoque pristinam opinionem tueatur [4]); sed Barthius cum Plutarchum per Iubam regem Varroniana cogno-

1) l. l. p. 146—172.

2) De fontibus Plutarchi in secundo bello Punico enarrando, Bonnae MDCCCLXX.

3) De Iubae *Ὁμοιότησιν* a Plutarcho expressis in Quaestionibus Romanis et in Romulo Numaque, Gottingae MDCCCLXXVI.

4) 'Ueber den Werth der historischen Schriftstellerei von König Iuba II. von Mauretanien.' Progr. Misniense. MDCCCLXXVIIII. p. 3. 9.

uisse doctis uiris ex eo probare uellet, quod singulae quaedam res haud secus ab illo quam a Dionysio narrantur, non modo non cauit, ne peruulgatae doctrinae uteretur documentis, quae ille apud quemlibet fere, qui initia rerum Romanarum enarrauit, reperire posset [1]), sed etiam, quod maximi duco momenti esse, quamquam aliter atque Thilo censuit, Plutarchum Varronis libros non inspexisse, tamen singulis in rebus uestigia eius pressit, eosdem quos ille Plutarchi locos a Varrone profectos esse statuens. Tota autem quaestio nostra eo laborat, quod G. Thilo in indagandis Varronianae doctrinae frustulis non ubique satis prudens fuit quodque docti uiri eius suspiciones incertas pro rebus, de quibus iam non liceret dubitari, acceperunt, quamquam Thilo in Quaestionibus Seruianis (Halis MDCCCLXVII.) uidetur indicare, sese nunc cautius quam antea de locis illis iudicare; quo efficitur, ut una cum Thilonis opinionibus Peteri, Barthii, Huelseni, aliorum argumentationes corrigendae sint, quippe quae illius dissertatione ut fundamento firmo satis probatoque nitantur. Itaque mihi liceat

parte prima de eis Plutarchi locis, quos docti uiri aut aperto errore aut argumentis parum ualidis usi ad Varronis auctoritatem rettulerunt;

deinde parte secunda de eis Plutarchi locis, qui continent quidem doctrinam Varronianam, quam tamen, nisi omnia nos indicia fallunt, non ipse ex eius libris hausit;

postremo parte tertia exponere, cur ne reliqua quidem quae Varronis uestigia impressa ferunt, a Plutarcho ex fonte ipso petita esse uerisimile ducam.

1) Velut uerba Plutarchi ad Dionysium redire quis inde efficiet, quod ille in Romulo cap. XVIIII. ut hic Ant. Rom. II. 46. urbem a Romulo qui eam condidit, Romam appellatam esse narrat uel quod ille ibidem ut Dionysius II. 7. tribus et tribunos cum phylis et phylarchis confert?

PARS I.

Quos Plutarchi locos docti uiri aut aperto errore aut argumentis usi parum ualidis ad Varronis auctoritatem rettulerint.

Plutarchum praeterquam quod octies Varronis testimonium exhibet, nonnumquam scientiam eius proferre, saepe paruis rebus ab eo discrepare notum est; quapropter coniectura Thilonis, qui Plutarchum in Aetiis Romanis Varronem imprimis secutum esse euincere studuit, primo aspectu probabilis uidetur; sed doctus ille uir hac in quaestione non eandem semper prudentiam et cautionem praestitit, quin etiam nonnumquam graues in errores incidit; quos cum docti uiri, qui postea hanc in rem inquisiuerunt, non reprehenderint, priore huius partis capite percensebo.

Plutarchi uerba cum Varronianae doctrinae frustulis numquam fere prorsus congruere quamquam Thilonem non fugit, tamen is parum operae dedit, ut, unde discrimina orta essent, explicaret. Atque Plutarchum nonnumquam errasse, aliorum opiniones nonnumquam minus recte reddidisse quis est qui non concedat? Neque ego indignor, quod scriptores, qui Varronis fragmenta posteritati tradiderunt, Seruios dico et Macrobios, ut discrimina illa explicentur, nonnumquam de fide atque diligentia suspecti habentur: ad eandem semper discrepantiae explicationem refugere quis non dubitet? Quo iure Plutarchum aut scriptores, qui doctrinam Varronianam seruauerunt, semper erroris uel neglegentiae arguimus, cum, quomodo error ortus sit, numquam appareat, eodem sine dubio iure et maiore probabilitate dissensionis illius ratio redditur, si Plutarchum Varronis uestigia pressisse omnino negamus; itaque altero huius partis capite eos Plutarchi locos comprehendam, qui cum Varronis fragmentis, quae a doctis uiris comparantur, adeo non concinant, ut, utrum Varro an alius scriptor eos Plutarcho suppeditauerit, dubitare nobis liceat.

Quibus quidem locis tametsi Plutarchi et Varronis uerba inter se differant, tamen uno uel altero ad Varronem redire posse Plutarchi narrationem libenter concedo, praesertim si Plutarchum non fontem ipsum adisse statuis, sed riuulos a fonte longius deductos; sed neminem ex concessione nostra fructum capturum esse spero, qui, quid Plutarchus, Ouidius, alii Varroni debeant, indagare studet; si quis sic ut Frider. Dan. Sanio[1]) tota fere Plutarchi Aetia Varronianae originis esse pro certo accipiet, si quis ut Chr. Huelsen[2]) ex concentu Plutarchi in Aetiis Romanis et Ouidii in Fastis hunc quoque uestigia Varronis sequi efficiet, argumentationi suae fundamentum plane caducum substruet. Sed iam ad singula accedamus.

Caput I.

1. Iam Wyttenbachius ad quaestionem X. adnotauit: 'Totum huius quaestionis argumentum, exemplum Aeneae et Diomedis, cetera Plutarchum ex Varrone sumpsisse apparet ex Seruio ad Vergil. Aen. II. 166. III. 407.', et ad quaest. XI.: 'Quaestio coniunctim tractata cum antecedente a Varrone, ut apparet ex Seruio ad Vergil. Aen. III. 407. et Macrobio Sat. I. 8.' Haec opinio, quam Lagus l. l. p. 12.—14. argumentis parum ualidis impugnauit, suam fecit Thilo l. l. p. 15. excepta tantum Pythagorica quaestionis X. explicatione, quam Plutarchus ipse Castori Rhodio tribuit, mihi improbanda uidetur.

Nam in quaestione X. Plutarchus, cur Romani hominibus honore dignis si tecto capite obuiam fiunt, caput detegant, deis uelato capite sacrificent, narratione quadam explicare studet: *Εἰ μὲν οὖν ὁ περὶ Αἰνείου λεγόμενος λόγος ἀληθής ἐστιν, ὅτι τοῦ Διομήδους παρεξιόντος ἐπικαλυψάμενος τὴν θυσίαν ἐπετέλεσε, λόγον ἔχει καὶ ἀκολουθεῖ τῷ συγκαλύπτεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους τὸ τοῖς φίλοις καὶ ἀγα-*

1) 'Varroniana in den Schriften der römischen Juristen.' Lipsiae MDCCCLXVII.

2) Varronianae doctrinae quaenam in Ouidii Fastis vestigia extent. Berolini MDCCCLXXX.

θοῖς ἐντυγχάνοντας ἀποκαλύπτεσθαι· τὸ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς οὐκ ἴδιόν ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ ἀπ' ἐκείνου μεμένηκε τηρούμενον.

Quam rem quomodo Varro narrauerit, ex Seruii adn. ad Vergil. Aen. II. 166. et III. 407. (ed. Thilo.) eruendum est:

'..... Hoc (sc. Palladium) cum postea Diomedes haberet *ut quidam dicunt* quod et Vergilius ex parte tangit et Varro plenissime dicit: credens sibi non esse aptum propter sua pericula .... transeunti *per Calabriam* Aeneae offerre conatus est. Sed cum se ille uelato capite sacrificans conuertisset, Nautes quidam accepit simulacrum, unde Mineruae sacra non Iulia gens habuit, sed Nautiorum .....'

'ET OMINA TURBET] sacrificii ordinem rumpat, quod est piaculum. significat autem *ut* (II. 166.) *dictum est* Diomeden qui .... Palladium ... Troianis oraculo iussus est reddere . quod cum uellet implere, Aeneam inuenit sacrificantem: qui ut supra diximus sacrificii ordinem non rupit, et Palladium Nautes accepit: unde Nautarum familia Mineruae sacra seruabat .....'

Verba 'sed cum se ille uelato capite sacrificans conuertisset' non possunt integra esse, quod neque per se idoneam sententiam praebent et contra alterum locum, unde Seruius huc respicit, pugnant: an Aeneas, si in medio sacrificio aduersus hostem adeuntem caput uelasset, non accepisset malum omen, sacrificandi ordinem non rupisset? Loci congruunt inter se omnesque difficultates tolluntur, si priore loco particulam negantem inseris: 'cum se ille uelato capite sacrificans non conuertisset', quod solum ad sententiam Vergilianorum uersuum quadrat, quibus Helenus uates Aeneae praecipit, ut postero tempore deos uelato capite adoret (III. 406. 407.):

'Ne qua inter sanctos ignis in honore deorum
Hostilis facies occurrat et omina turbet.'

Plutarchus igitur morem uelato capite sacrificandi ipsa illa occasione inuentum et postea a Romanis acceptum esse narrat. Varro Aeneam se ad Diomedem conuertisse negat, quia Heleni

uaticinio obsecutus uelato capite sacrificaret; quominus autem Plutarchum Varronis narrationem male reddidisse putemus, eo impedimur, quod Gauius Bassus apud Macrobium Sat. III. 6. 17. et Dionysius Halicarnassensis, Antiqu. Rom. XII. 16. 22. rem illam similiter atque Plutarchus narrant:

'Custoditur in eodem loco (sc. apud aram Maximam) ut omnes aperto capite sacra faciant .... Varro ait Graecum hunc esse morem ..... hoc amplius addit Gauius Bassus: idcirco enim hoc fieri dicit quia ara Maxima ante aduentum Aeneae in Italia constituta est, qui hunc ritum uelandi capitis inuenit.'

'*Αἰνείαν λέγουσιν .... θῦσαι προαιρούμενον ..... μετὰ τὴν εὐχὴν μέλλοντα τοῦ παρεσκευασμένου πρὸς τὴν θυσίαν ἱερείου κατάρχεσθαι, τῶν Ἀχαιῶν ἰδεῖν τινα πρόσωθεν ἐρχόμενον εἴτε Ὀδυσσέα ..... εἴτε Διομήδην ....., ἀχθόμενον τῷ συγκυρήματι καὶ πολεμίαν ὄψιν ἐφ' ἱεροῖς φανεῖσαν ὡς πονηρὸν οἰωνὸν ἀφοσιώσασθαι βουλόμενον, ἐγκαλύψασθαι καὶ στραφῆναι· μετὰ δὲ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ πολεμίου χερνιψάμενον αὖθις ἐπιτελέσαι τὴν θυσίαν κτλ.*'

Deinde Plutarchus Romanos coram potentioribus hominibus caput nudare docet, non ut eorum honorem augeant, sed ut inuidia eos liberent, ne eosdem quos dei honores poscere uideantur; quam quaestionis partem non ad Varronis auctoritatem esse reuocandam iam Lagus l. l. p. 14. ex Plinii nat. hist. XXVII. 17. (60.) effecit:

'Capita aperiri aspectu magistratuum non uenerationis causa iussere, sed ut Varro auctor est, ualetudinis; quoniam firmiora consuetudine ea fierent.'

Duarum explicationum, quas Plutarchus tum profert: *τοὺς δὲ θεοὺς οὕτω προσεκύνουν ἢ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς τῇ ἐπικρύψει τῆς κεφαλῆς ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοί τινα φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν εὐχομένοις ἀπαίσιον καὶ δύσφημον, ἄχρι τῶν ὤτων ἀνελάμβανον τὸ ἱμάτιον*, altera cum Seruio congruit, qui ad Vergil. Aen. III. 407. post uerba, quae supra (p. 165.) exhibuimus, haec refert:

'Sane sciendum sacrificantes diis omnibus caput uelare

consuetos ob hoc, ne se inter religionem aliquid uagis offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio uideretur. *et Herculi in templo suo quia et ipse capite operto est, uel quia haec arae ante aduentum Aeneae a Iano uel Euandro consecratae sint.*

Wyttenbachius et Thilo haec quoque uerba Varronis esse coniecerunt, quia Seruius inde ad ea respicit, quae ad Vergil. Aen. II. 166. Varrone auctore, ut ipse profitetur, exposuit et ad Vergil. Aen. V. 704. ad nostrum locum respiciens denuo Varronis testimonium eadem de re exhibet. Contra hanc coniecturam nihil faciunt, quae ei Lagus l. l. p. 13. obiecit argumenta: 'Seruius, inquit, in adnotationibus ad Vergil. Aen. II. 166. et V. 704. Varronis libris 'de familiis Troianis' usus esse uidetur, in quibus ille uix tam copiose quam Seruius ad Aen. III. 407. de more uelato capite sacrificandi exposuit.' 'Et ea ipsa, pergit, quae Seruius de ueneratione Herculis ad Aen. III. 407. profert: "*Et Herculi in templo suo quia et ipse capite operto est, uel quia haec arae ante aduentum Aeneae a Iano uel Euandro consecratae sint.*" Macrobius, Sat. III. 6, 17. apud Varronem reperiri diserte negat:

"Custoditur in eodem loco, ut omnes aperto capite sacra faciant. hoc fit, ne quis in aede dei habitum eius imitetur. nam ipse ibi operto est capite. Varro ait Graecum hunc esse morem, quia siue ipse siue qui ab eo relicti aram Maximam statuerunt Graeco ritu sacrificauerunt. hoc amplius addit Gauius Bassus: idcirco enim hoc fieri dicit quia ara Maxima ante aduentum Aeneae in Italia constituta est, qui hunc ritum uelandi capitis inuenit."

Etenim cum Seruius ad Aen. II. 166. Varronem 'plenissime' de causa ritus uelato capite sacrificandi disseruisse referat, cur fieri potuisse negemus, ut Varro pauca de more operto capite sacrificandi adderet? Et quamuis offendat, quod Macrobius dicit: 'hoc amplius addit Gauius Bassus', tamen, quin Varro eadem similiter narrauerit, dubitare non possumus. Etenim Varro Aeneam consuetudinem illam non inuenisse quidem, sed

tamen Romanis tradidisse docuit (cf. supra p. 166.); idem aram Maximam a Pelasgis, quos Euander ex Arcadia in Latium duxisset, factam esse narrauit, ut apparet ex Macrobio Sat. I. 7, 28.—32. comparato cum Seruii adnotatione ad Vergilii Aen. VIII. 51.[1]) His rebus sine dubio explicatio continetur, quam Seruii interpolator his uerbis profert: 'uel quia haec arae ante aduentum Aeneae a Iano uel Euandro consecratae sint.' Neque uero audeo ideo suspicari totam adnotationem ad Vergilii Aen. III. 407. praecipueque uerba: 'sane sciendum sacrificantes diis omnibus caput uelare consuetos ob hoc, ne se inter religionem aliquid uagis offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio esse uideretur' ex Varronis libris profluxisse. Neque uero etiamsi hoc pro certo affirmari posset, Plutarchum uerba: *ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοί τινα φωνὴν προσπεσεῖν κτλ.* eidem Varroni debere inde sequeretur; etenim explicatio illa parum exquisita facilius ab alio inueniri poterat, quicunque fabulam illam Diomedis et Aeneae nouit; et cum Plutarchus ipsam illam fabulam non a Varrone mutuatus sit, neque hanc explicationem neque quaestionem XI. Varroni deberi putauerim; qua in re ne id quidem neglegendum uidetur, quod Plutarchus, quamuis ipsis in Aetiis Romanos mores cum Graecis comparare et ex eis deriuare studeat, id quod Varro apud Macrobium, Sat. III. 6. 17. docet, Graecum esse capite operto sacrificandi ritum, omnino non commemorat.

2. Quaestionis XX.: *Διὰ τί τῇ γυναικείᾳ θεῷ, ἣν Ἀγαθὴν καλοῦσιν, κοσμοῦσαι σηκὸν αἱ γυναῖκες, οἶκοι μυρσίνας*

1) Si Varronis uerba, quae Macrobius Sat. III. 6. 17. refert: 'Varro ait Graecum hunc esse morem, quia siue ipse siue qui ab eo relicti aram Maximam statuerunt, Graeco ritu sacrificauerunt' cum Macrobii Sat. I. 7. 27. contulerimus: 'Alia Saturnaliorum causa sic traditur: 'qui erant ab Hercule in Italia relicti ..... instituisse Saturnalia feruntur', propter similitudinem rei et elocutionis aliqua cum probabilitate haec quoque Varronis auctoritati tribuemus, quamquam Macrobius alteram Saturnaliorum causam Varroni adsignat (cf. l. 7. 27. sq.); nam quomodo duae Varronis narrationes facile inter se conciliari possint, idem Macrobius (Sat. I. 8. 2.) ostendit.

οὐκ εἰσφέρουσι . . . .; priorem causam utrum Thilo l. l. p. 19. ad Arnobium adu. gentes V. p. 168. prouocans recte Sexti Clodii auctoritati tribuerit necne, incertum relinquo, quoniam Clodius Bonam deam Fauni regis uxorem (cf. Lactantii Inst. diu. I. 22.), Plutarchus Faulii haruspicis fuisse perhibet; alteram causam: Ἢ πολλῶν μὲν ἄγναι, μάλιστα δ' ἀφροδισίων, τὴν ἱερουργίαν ἐκείνην ἐπιτελοῦσιν; Οὐ γὰρ μόνον ἐξοικίζουσι τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἄρρεν ἐξελαύνουσι τῆς οἰκίας, ὅταν τὰ νενομισμένα τῇ θεῷ ποιῶσι. Τὴν οὖν μυρσίνην ὡς ἱερὰν Ἀφροδίτῃ ἀφοσιοῦνται· καὶ γὰρ ἣν νῦν Μυρσίαν Ἀφροδίτην καλοῦσι, Μυρτίαν τὸ παλαιὸν ὡς ἔοικεν ὠνόμαζον. cur ad Varronem referret, non habuit; praeter hanc explicationem A. Barthius l. l. p. 20. 21. Thiloni adsentiens ea quoque, quae Plutarchus in Caesaris uit. cap. VIIII. de Bona dea narrat, ex Varronis libris manasse et per Iubam ad Plutarchum redundasse sibi persuasit, quippe quae magna ex parte cum eis, quae Macrobius Sat. I. 12, 24. 25. refert, concinerent. Sed Macrobii illas paragraphos qui attento animo perlegerit, nihil esse intelleget, cur eas a Varrone profectas esse putemus.[1]) An Varro, cum Bonam deam adeo pudicam fuisse narraret, ut extra γυναικωνῖτιν numquam egrederetur nec uirum umquam uideret (cf. Macrobii Sat. I. 12, 27. 28.), ritus illos non aliter explicauit atque ille, secundum quem Macrobius Sat. I. 12, 24. 25. fabulas istas prodidit?

Sed ad Thilonem reuertamur; qui opinioni suae argumento esse uoluit quod Macrobius Sat. I. 12. 27. Varronem testantem facit:

'Haec apud Graecos ἡ θεὸς γυναικεία dicitur, quam Varro Fauni filiam tradit adeo pudicam, ut extra γυναικωνῖτιν numquam sit egressa nec nomen eius in publico fuerit

1) Haud inscite Georgius Wissowa 'de Macrobii Saturnaliorum fontibus', Vratislauiae MDCCCLXXX. p. 42. Sat. I. 12. § 20.—29., quae paragraphi Suetonianam anni Romulei enarrationem interrumpunt, ex Iamblichi libro περὶ θεῶν petitas esse opinatus est, cum Gustauus Kettner in progr. Port. a. 1877.: 'Cornelius Labeo. Ein Beitrag zur Quellenkritik des Arnobius.' p. 27. de Cornelio Labeone cogitasset.

auditum nec uirum umquam uiderit uel a uiro uisa sit, propter quod nec uir templum eius ingreditur.'

Vide quantopere inter se consentiant Varro et Plutarchus: ille Bonam deam Fauni filiam, hic Fauni uxorem fuisse tradit (cf. Caesaris uit. cap. VIIII. . . . *Ῥωμαῖοι δὲ νύμφην Λρυάδα Φαύνῳ συνοικήσασαν* sc. *γυναικείαν θεὰν γενέσθαι φασίν.*); hic mulieres, dum sacra illa peragunt, purissimas esse, ille deam ipsam castissimam fuisse narrat; denique qua re Plutarchus non a Varrone differt (uiro non licere Bonae deae sacrorum participi esse), eam comperire poterat, quisquis Romae uersabatur. Consensum autem illum, quem Thilo in his deprehendere sibi uisus est: quaest. XX. . . . *καὶ γὰρ ἦν νῦν Μουρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσι, Μυρτίαν τὸ παλαιὸν ὡς ἔοικεν ὠνόμαζον.* Varro de l. l. V. 154.: 'quoius uestigium manet, quod ibi sacellum fuerit Murteae Veneris.' nemo magni faciet.[1])

3. Quaestionem XXVI.: *Διὰ τί λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν αἱ γυναῖκες ἱμάτια καὶ λευκοὺς κεκρυφάλους;* depromptam esse ex Varronis libro III. de uita populi Romani[2]), ex Aetiis autem tertiam explicandi rationem (inde a uerbis: *Ἢ τὸ μὲν λιτὸν ἐν τούτοις μάλιστα καὶ τὸ ἁπλοῦν πρέπει;*) Thilo l. l. p. 23. propter Varronis testimonium a Nonio Marcello p. 549, 30. M.[3]) seruatum coniecit:

'Varro de uita populi Romani lib. III.: ut dum supra terram esset, riciniis lugerent, funere ipso, ut pullis pallis amictae.'

Num tu Thilonis argumentationem intellegis? nonne Varro

1) Si forte miraberis, unde A. Barthius haec omnia ex Iubae *Ὁμοιότησιν* propagata esse concluserit, Iubae uestigium in eo agnoscit, quod Plutarchus in uit. Caesaris cap. VIIII. Bonam deam cum Graecorum muliebri dea, cum Bacchi 'matre occulta' comparat, quasi uero Plutarchum ipsum Graecas quasdam res attulisse, quibuscum mores atque instituta Romana compararet, cogitari omnino non possit.

2) Thilo falso: ex libro II.

3) Merceri editionem paginarum et uersuum numeri designant, quos et Gerlachius atque Rothius et Ludouicus Quicherat exhibent; de textu Quicheratium consului.

ipsum contrarium testatur, quod etiam ex Tacito, Iuuenale, aliis scriptoribus comperimus? Thilo nisi ipse quid ‘pullus’ significet, nesciit, uocem illam a Plutarcho perperam intellectam esse opinatus esse debet. At ex Herodiano IIII. 2. 3. constat, Seuero imperatore lugentes mulieres Romanas auro quidem et monilibus se non ornasse, sed albas uestes induisse: quid igitur impedit, quominus hunc morem iam Plutarchi aetate Romae ualuisse statuamus? Cf. Marquardtii librum ‘Das Privatleben der Römer.’ I. p. 346. (a. 1879.)

4. Quaestionem XXX.: *Διὰ τί νύμφην εἰσάγοντες λέγειν κελεύουσιν· Ὅπου σὺ Γάϊος, ἐγὼ Γαΐα*; numero eorum locorum quos Plutarchus ex Varronis libris sumpsisse putandus esset ut insereret, Thilo (l. l. p. 24.) commotus est uno Plinii loco, nat. hist. VIII. 48. (194.), ubi haec proferuntur:

‘Lanam in colu et fuso Tanaquilis, quae eadem Gaia Caecilia uocata est, in templo Sanci durasse prodente se auctor est M. Varro factamque ab ea togam regiam undulatam in aede Fortunae, qua Seruius Tullius fuerat usus. inde factum, ut nubentes uirgines comitaretur colus compta et fusus cum stamine.’

Varronem notissimam illam Tarquinii Prisci uxorem intellexisse, de qua Verrius Flaccus (apud Festum p. 238. M. s. u. praedia) et Paulus (p. 95. M. s. u. Gaia Caecilia) similia tradunt, quisnam negabit? Ubi igitur Varronis et Plutarchi concentus est, cum hic Gaiam Caeciliam — Tanaquilis nomen non commemorat — uni ex filiis Tarquinii nuptam fuisse contendat? (*Ἡ διὰ Γαΐαν Καικιλίαν καλὴν καὶ ἀγαθὴν γυναῖκα, τῶν Ταρκυνίου παίδων ἑνὶ συνοικήσασαν κτλ.*).

5. Varronis librum I. de uita p. R. Plutarcho suppeditasse, quae is in quaest. XLI. et in uit. Poplicolae cap. XI. de antiquis numismatum signandorum rationibus exponit, Thilo l. l. p. 25. cauere debuit, ne ex fragmento Varronis a Nonio p. 189, 22. seruato concluderet: ‘UERUECEM. Varro de uita populi Romani lib. I.: “aut bouem aut ouem aut ueruecem habet signum.” Quonam enim uerbo Plutarchum latinam uocem ‘ueruex’ conuertisse opinatus est? num ueruex umquam idem

quod ὗς significat? At cum utroque loco ad suis imaginem Suilliorum nomen Fenestella teste usus referat et numismata, quibus sus insculptus sit, reperta sint, ut Mommsenus in libro 'Römisches Münzwesen' p. 171. 172. docet, Plutarchus crimine, quod ei Thilo uidetur imputasse, liberandus est.

6. Quaestionem XLV.: *Διὰ τί τῶν Ὀνενεραλίων*[1]) *τῇ ἑορτῇ πολὺν οἶνον ἐκχέουσιν ἐκ τοῦ ἱερείου τῆς Ἀφροδίτης*; Varronianae originis esse Thilo l. l. p. 30. adseruit comparato Plinii testimonio nat. hist. XIIII. 12. (88.): 'M. Varro auctor est, Mezentium Etruriae regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse uini mercede, quod tum in latino agro fuisset.'[2]) quae coniectura non multos habebit adsentientes, quandoquidem Plutarchus non minus a Varrone, Catone (Macrob. Sat. III. 5, 10.), Ouidio (Fast. IIII. 877. sq.), Verrio Flacco (Fast. Praen. p. 265. Festus p. 265. s. u. Rustica Vinalia) quam a Dionysio Halicarnassensi (Ant. Rom. I. 65.) dissentit; Plutarchus enim Aeneam, cum Mezentius ea condicione ut sibi annuum uinum daret, pacem conciliare uellet, refert hanc condicionem non accepisse; tum Mezentium suis si uicissent, id uinum promisisse, Aeneam autem uino illo deis consecrato eorum auxilium adeptum uicisse: proxime autem ad Plutarchum Verrii narratio accedit, a quo eo tantum differt, quod Aeneam non Ioui, ut Verrius, sed omnibus deis uinum libasse narrat, cf. Fast. Praen. p. 317.: '*Vini omnis noui libamentum Ioui* consecratum *est, cum Latini bello premerentur* ab Rutulis, quia Mezentius rex Etruscorum paciscebatur, si subsidio uenisset, omnium annorum uini fructum.' cf. Festum p. 265.: 'Rustica Vinalia appellantur ..... Iouis dies festus, quia Latini bellum gerentes aduersum Mezentium omnis uini libationem ei Deo dedicauerunt.' Dionysius denique Ascanium refert Aenea mortuo a Mezentio superatum, cum

---

1) *Ὀνενεραλίων* in *Ὀνιναλίων*, ut Ursinus monuit, corrigere nolui, quia haud scio an Plutarchus ipse in hunc errorem inciderit. cf. Thilonis diss. p. 30. 31. adn.

2) Reliqua Varro fortasse ut Cato apud Macrobium, Sat. III. 5. 10. narrauit.

uictor poposcisset, ut quod uinum latina terra procrearet, tributum daret, id Ioui consecrasse.' [1])

7. Nouas nuptas Varro apud Seruium ad Vergilii eclog. VIII. 29. ideo limen non tangere, sed a pronubis sublatas transportari exposuit, 'ne a sacrilegio incoharent, si depositurae uirginitatem calcent rem Vestae, i. e. numini castissimo consecratam.' Atque Plutarchus cum hanc explicationem Varronianam in quaestione XXVIIII. non commemoret, cur morem ipsum ex Varronis libris cognouisse putandus sit, nequaquam patet: an qui ei explicationem praebuit, non idem interrogationis argumentum suppeditauit? Aliter hac de re Thilo l. l. p. 24. iudicat: 'Caussa, inquit, a Varrone Seruio teste probata neglegentia omissa uidetur.' hoc est suspicionem suspicione firmare; quodsi pergit: 'Primam tamen earum, quas ipse proposuit, ex Aetiis profectam esse suspicor, cum et ipsa uideatur probabilis et Festi auctoritatem p. 289. s. u. rapi habeat.', talia iudicia indigna sunt quae refellantur.

8. Ut in ceteris quaestionibus, ubi de nuptialibus ritibus disserit, ita Plutarchum in quaest. LXXXVII.: *Διὰ τί τῶν γαμουμένων αἰχμῇ δορατίου τὴν κόμην διακρίνουσιν;* Varroniana eruditione splendere Lagus l. l. p. 21. et Thilo l. l. p. 32. adseuerant, primum propterea quod Plutarchus alios quoque nuptiarum ritus ex Varronis libris cognouerit — quod argumentum per se inualidum compluribus ex locis illis Varroniana origine abrogata labefecimus —, deinde quod nonnulla de uoce 'curis' addiderit, quae a Varrone probata esse ex Dionysii Ant. Rom. II. 48. et ex Macrobii Sat. I. 9. 16. efficiunt. Sed Dionysius II. 48. capiti his uerbis finem imponens: *Ταῦτα μὲν οὖν Τερέντιος Οὐάρρων γράφει* pluralem numerum *ταῦτα* ad totam sine dubio narrationem, non ad solam deriuationem illam referri uult, ita ut Varro ueriloquium illud ut aliorum opinionem protulisse putandus sit: *ὡς δ' ἕτεροι γράφουσιν ἐπὶ τῆς αἰχ-*

1) Ita iam Gustauum Kettnerum diuersas narrationes distinxisse uideo: 'Beobachtungen über die Benutzung des Verrius Flaccus.' in programmate scholae Portensis gratulatorio a. MDCCCLXXVIIII. p. 25. 26. quod his diebus editoris beneuolentia accepi.

μῆς· κύρεις γὰρ οἱ Σαβῖνοι τὰς αἰχμὰς καλοῦσιν. In libro de l. l. V. 73. Quirini nomen a Quiritibus, si Muelleri suspicionem probamus, a Curibus deducit; num Macrobius I. 9. 16. postquam Varronis testimonium de duodecim aris Iano deo pro totidem mensibus dedicatis exhibuit, etiam in sequentibus illius uestigia premat, plane incertum est. G. Kettner in progr. ‘Cornelius Labeo, Ein Beitrag etc.’ p. 14. sqq. Lydi de mensibus IIII. 1. 2. subsidio usus non sine probabilitate coniecit, ea quae a Macrobio I. 9. de Iani natura narrantur, Labeoni esse tribuenda, quam coniecturam G. Wissowa l. l. p. 27. accepit.

Caput II.

1. Quaestionis I.: *Διὰ τί τὴν γαμουμένην ἅπτεσθαι πυρὸς καὶ ὕδατος κελεύουσι;* explicatio prima et tertia, quae nulla probabili causa diruptae sunt (*Πότερον ὡς ἐν στοιχείοις καὶ ἀρχαῖς κτλ.* et *ἢ ὅτι καθάπερ τὸ πῦρ χωρὶς ὑγρότητος κτλ.*), quamquam tenendum est, Stoicorum doctrinam, quae in eis latet, facile etiam ab alio ad hunc ritum explicandum adhiberi potuisse, tamen fortasse ad Varronem redeunt, ut Lagus l. l. p. 6. sq., Thilo l. l. p. 22. sq. propter Seruii testimonium ad Vergilii Aen. IIII. 167., Ciceronem Acad. I. 7., Varronem de l. l. V. 61. M. monuerunt. Quodsi eidem ex similitudine horum locorum: Seru. ad Aen. IIII. 167.: ‘Varro dicit: “Aqua et igni mariti uxores accipiebant” et Paul. p. 2. M.: ‘aqua et igni tam interdici solet damnatis quam accipiuntur nuptae uidelicet, quia hae duae res humanam uitam maxime continent,’ Verrium Flaccum et Plutarchum in explicatione secunda ac quarta Varronianam doctrinam ostentare coniecerunt, lucrari poterant ex Digestis XXIIII. 1, 66.: ‘Virgini die nuptiarum priusquam ad eum transiret et priusquam aqua et igni acciperetur etc.’ et ex Nonio Marcello, qui p. 516, 14. s. u. puriter hunc Nouii uersum adfert:

Sequere me!

Puriter uolo facias: igni atque aqua hunc uolo accipe; qui loci elocutionem ‘igni atque aqua accipere’ sollemnem esse luculenter ostendunt. Ceterum fieri potest, ut secunda et quarta

Plutarchi causa ex Verrio Flacco nimirum per intercessorem propagatae sint cf. Paul. p. 87.: 'Facem in nuptiis in honorem Cereris praeferebant; aqua aspergebatur noua nupta siue ut casta puraque ad uirum ueniret, siue ut ignem atque aquam cum uiro communicaret' et p. 2. s. u. 'aqua'.[1])

2. Quaest. VI. Plutarchus explicare studet, cur mulieres Romanae osculo dato salutent cognatos; uiros ait eo cauere, ne mulieres uinum bibant. Atque cum Nonius p. 68, 18. s. u. abstemius testetur: 'Varro de uita p. R. lib. I.: "quantopere abstemias mulieres uoluerint esse uel ex uno exemplo potest uideri"'[2]), Thilo l. l. p. 23. non solum hanc Plutarchi quaestionem, sed etiam Gellii locum N. A. X. 23. ex Varronis libris manasse arbitratur; quae opinio quam lubrica sit, ex Plinii nat. hist. XIIII. 13. (90.) apparet: 'Cato scripsit ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent, an temetum olerent'; quoniam autem Plutarchus Catonis opera uix ipse inspexit[3]), ne illum quidem, sed Polybium ei hanc notitiam suppeditasse putauerim; etenim is (cf. Athenaeum X. p. 440ᵉ. = Polyb. ed. Hultsch. VI. 2. 5—8.) refert: *Παρὰ Ῥωμαίοις δὲ . . ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον . . . . . λαθεῖν δέ ἐστιν ἀδύνατον τὴν γυναῖκα πιοῦσαν οἶνον. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδ' ἔχει οἴνου κυρείαν ἡ γυνή· πρὸς δὲ τούτοις φιλεῖν δεῖ τοὺς συγγενεῖς τοὺς ἑαυτῆς καὶ τοὺς τοῦ ἀνδρὸς ἕως ἀνεψιῶν κτλ.*

3. Loci, quibus commotus Thilo l. l. p. 28. Plutarchum in quaest. XVIII.: *Διὰ τί τῷ Ἡρακλεῖ πολλοὶ τῶν πλουσίων ἐδεκάτευον τὰς οὐσίας;* Varronis uestigia premere coniecit (Macrob. Sat. III. 12. 2. Varronis de l. l. VI. 54.) id unum comprobant, illum quoque de Herculis decima disseruisse; num easdem quas Plutarchus causas attulerit, in medio relinquunt.

1) Idem suadere animaduerto G. Kettnerum in diss. 'Beobachtungen über die Benutzung des Verrius Flaccus.' p. 29. 30.

2) Alia ad eandem rem spectantia Varronis fragmenta H. Kettner: 'M. Ter. Varronis de uita p. R.' p. 25. 26. collegit.

3) Cf. H. Peter 'Die Quellen Plutarchs etc.' p. 93. adn. primam.

4. Similiter de quaestione XXVIII. iudicabis: *Διὰ τί τοὺς παῖδας, ὅταν ὀμνύωσι τὸν Ἡρακλέα, κωλύουσιν ὑπὸ στέγῃ τοῦτο ποιεῖν καὶ κελεύουσιν εἰς ὕπαιθρον προϊέναι;* quam Thilo l. l. p. 30. totam, Lagus l. l. 18. una ex parte ad Varronis auctoritatem rettulit; qui quid hac de re protulerit, intellegitur ex Nonio p. 494, 22. s. u. rituis: 'Varro, Cato uel de liberis educandis: "Itaque domi rituis nostri, qui per dium Fidium iurare uult, prodire solet in compluuium." et ex libro de l. l. V. 66.: '... unde sub diuo, Dius Fidius. Itaque inde eius perforatum tectum, ut ea uideatur diuom id est caelum; quidam negant sub tecto per hunc deierare oportere. Aelius Dium Fidium dicebat Diouis filium, ut Graeci *Διόσκορον* Castorem, et putabat hunc esse Sancum ab Sabina lingua et Herculem a Graeca.' Nam causas a Plutarcho prolatas apud Varronem non legis; deinde Dium Fidium eundem esse atque Herculem, Varro non ipse censet, sed Aelium Stilonem putasse refert; Plutarchus denique simpliciter de Hercule loquitur, non commemorato Dii Fidii nomine.

5. Multis a Plutarcho ipso inuentis Thilo l. l. p. 28. in quaestione XXIIII.: *Διὰ τί τρεῖς τοῦ μηνὸς ἀρχὰς καὶ προθεσμίας ἔχουσιν, οὐ ταὐτὸ διάστημα τῶν ἡμερῶν μεταξὺ λαμβάνοντες;* Varronis quoque frustula quaedem immixta esse putat, quae Plutarchus — ita a Thilone doceris — ex XIIII. et XV. libris rerum humanarum deprompsit: sed incommode accidit, quod quid a Plutarcho inuentum, quid ab aliis scriptoribus, quid a Varrone propagatum sit, nos celauit; itaque denuo nobis singula examinanda sunt. Atque primam quidem causam: *Πότερον ὡς οἱ περὶ τὸν Ἰόβαν ἱστοροῦσιν, ὅτι ταῖς Καλάνδαις ἐκάλουν τὸν δῆμον οἱ ἄρχοντες καὶ κατήγγελλον εἰς πέμπτην τὰς νόννας, εἰδοῦς δὲ ἡμέραν ἱερὰν ἐνόμιζον;* ipse Iubae tribuit [1]); quae subinde sequuntur usque ad *λανθάνειν*,

1) Vide quomodo Varronis opinio a Plutarcho uel eius auctore Iubae deprauata sit: habes enim de l. l. p. VI. 27.: 'Primi dies mensium ab eo quod his diebus calantur eius mensis Nonae a pontificibus quintanae an septimanae sint futurae.' cf. Varronis de uita p. R. I. 17. Kettner (= Nonium p. 23. 21.).

quia Kalendarum deriuatione a Varrone aliena nituntur (a celando), eius doctrinae abrogo; Nonas quamquam Varro item atque Plutarchus in sequentibus a nouilunio deriuauit (cf. de l. l. VI. 28.), tamen Plutarchus ei hoc ueriloquium non debet, quandoquidem initio capitis libros eius neglexit neque alteram uocis etymologiam commemorauit quam Varro amplexus est, cf. de l. l. VI. 28.: 'Nonae appellatae aut quod ante diem nonum Idus semper', neque in extrema quaestionis parte se ad Varronem adplicauit, qui de l. l. VI. 28. interpretatur: 'Idus ab eo quod Tusci Itus (cf. Macrob. Sat. I. 15, 14.) uel potius quod Sabini Idus.'

6. Argumento usus plane futtili Thilo l. l. p. 26. quaestionem XLII. Varroni tribuit: ex syntactica enim ratione conclusit duos a Seruio locos ad Vergilii Aen. VIII. 319. L.: 'Ideo autem in aede ipsius Saturni aerarium quod ibi potissimum pecunia seruaretur eo quod illi maxime credatur' et ad Aen. VIII. 322. L.: 'Ideo et acceptae a populo leges aerario claudebantur, quoniam aerarium Saturno dicatum erat, ut hodieque aerarium Saturni dicitur.' ex Varronianis Aetiis in commentarios esse translatos: quanto prudentius eadem in re Ritschelius iudicauit, qui posteaquam complures locos a particula ideo incipientes — atque eos quidem locos, qui scriptorum testimonio iam Varroni tribuebantur — Aetiis impertiuit, haec fere addidit[1]): ut tamen in tota quaestione summa cum cautione progrediamur, Seruius monet ad Aen. XI. 97. (cf. V. 80.) adnotans: 'Varro in libris logistoricis dicit: "ideo mortuis Salue et Vale dici non quod etc." Nimirum enuntiata eiusdem initii et structurae non solum apud Varronem in libris de l. l., sed apud quemlibet fere grammaticum inuenire poterat. Varronis autem uerba de l. l. V. 42. 57. 64. 74. Thilonis suspicioni subsidio esse quo iure Frid. Dan. Sanio[2]) contenderit, non perspicio.

1) In diss. 'Die Schriftstellerei des M. Terentius Varro.' Mus. Rhen. nou. VI. p. 512.

2) 'Varroniana in den Schriften der römischen Juristen.' Lipsiae MDCCCLXVII. p. 78.

7. De quaestione LXI. Thilo l. l. p. 21. ita iudicat: 'Ex eodem octauo Antiquitatum humanarum libro petita esse Krahner probauit ea, quae de antiquissimo urbis Romae nomine Varrone auctore nominato a Seruio ad Aen. I. 277., non nominato ab eodem ad Aen. II. 244. 351. V. 737. a Plinio nat. hist. III. 5. XXVIII. 4., Macrobio III. 9., aliis sunt prodita. Quae repetuntur a Plutarcho in quaest. LXI.' Quam male Krahneri uerba intellexit! is enim [1]) Varronem in libro VIII. rer. human. Romam urbem descripsisse probauit; locum igitur ait inuentum permultis fragmentis, quae Seruius, Macrobius, Festus, Lydus de antiquissimo urbis nomine, de ficu Ruminali etc. ex Varronis libris seruarint: intellegit scilicet eos locos, quos Varronis esse aut scriptores testantur aut nos possumus euincere; omnes autem incertae originis locos, quos Thilo enumerat, Krahner neque potuit neque conatus est Varronianae doctrinae fragmentis inserere: nonne Plinius nat. hist. XXVIII. 4. (18.), quem locum Thilo ipse adfert, Verrium Flaccum auctores enumerasse perhibet, 'quibus crederet in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus euocari deum, cuius in tutela id oppidum esset, promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum; et durat in pontificum disciplina id sacrum constatque ideo occultatum, in cuius tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent.'

Semel Seruius Varronem citat auctorem, ad Aen. I. 277. Th.: 'Perite non ait Romam sed Romanos. Urbis enim illius uerum nomen nemo uel in sacris enuntiat; denique tribunus plebei quidam *Valerius Soranus*, ut ait Varro *et multi alii*, hoc nomen ausus enuntiare *ut quidam dicunt raptus a senatu et* in crucem leuatus est; *ut alii* etc.' Itaque Plutarchus de nomine numinis, cuius in tutela Roma urbs est, loquitur, Varro de nomine urbis disserit et ut tribuni plebis nomen ita quaecunque in Seruii adnotatione ad Aen. II. 351. cum Plutarchi narratione concinunt, ab interpolatore illata sunt; non constare unde is sua sumpserit, Thilo nunc

1) 'De M. Terentii Varronis antiqu. rer. hum. et diuin. libris XLI.' p. 22.

ipse concedit [1]); Macrobium uero ea, quae Sat. III. 9, 1—4. profert, Vergilii cuidam interpreti debere, qui ineunte saeculo IIII. scripserit, haud inscite G. Thilo (Quaestiones Seruianae) et H. Linke [2]) coniciunt. Ceterum propter Plinii nat. hist. XXVIII. 2. (18.), quem locum modo exhibuimus, et III. 5. (65.): 'Romae nomen alterum dicere arcanis caerimoniarum nefas habetur, optumaque et salutari fide abolitum enuntiauit Valerius Soranus luitque mox poenas', quae uerba Mommsenus C. I. L. p. 409. ex scriptorum indice a Plinio ipso dato ad Verrium rettulit, G. Kettner l. l. p. 28. Plutarchi quoque quaestionem LXI. a Verrio profluxisse aliqua cum probabilitate suspicatus est.

Denique quod Thilo ad Gellii N. A. II. 28. respiciens alteram Plutarchi causam eidem Varroni reddi iussit, aperte errauit: etenim illo loco non de tutelari Romae deo sed de numine agitur, cui sacrificatur, 'cum terra mouet'.

8. De Lupercalibus Plutarchus locis compluribus et fortasse copiosius quam quisquam scriptor alius disputat, in quaestione LXVIII., in uit. Num. cap. XVIIII., Romuli cap. XXI., in Caesare cap. LXI., in Antonio cap. XII.; quid Varro de eis censuerit, ex libro de l. l. VI. 13. 23., ex Augustini de ciu. dei XVIII. 12. 17., ex Arnobii adu. nationes IIII. 3. cognoscis: ex quibus cum nonnulla cum Plutarchi narratione concinant, G. Thilo l. l. p. 31. eumque secutus H. Peter in libro de Plutarchi fontibus etc. p. 158. Plutarchum haec omnia secundum Varronem referre suspicati sunt; num uero ita iudicandi ius potestatemque eis praebeant Plutarchi uerba, ut discernatur, quaerendum erit, et quid cum Varroniana narratione consentiat, et quid ab ea discrepet. Docti autem illi uiri imprimis haec inter se comparari iusserunt:

Plut. Rom. XXI.	Varro de l. l. V. 13.
Τὰ δὲ Λουπερκάλια τῇ μὲν χρόνῳ δόξειεν	Lupercalia dicta quod in Lupercali luperci sacra faciunt. Rex quom ferias

1) 'Quaestiones Seruianae' progr. Portens. MDCCCLVII. p. 38. 39.

2) 'Quaestiones de Macrobii Sat. fontibus.' diss. Vratislauiae MDCCCLXXX. p. 36.

ἂν εἶναι καθάρσια· δρᾶται γὰρ ἐν ἡμέραις ἀποφράσι τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, ὃν καθάρσιον ἄν τις ἑρμηνεύσειε, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὸ παλαιὸν ἐκάλουν Φεβράτην· τοὔνομα δὲ τῆς ἑορτῆς ἑλληνιστὶ σημαίνει Λύκαια καὶ δοκεῖ διὰ τοῦτο παμπάλαιος ἀπ' Ἀρκάδων εἶναι τῶν περὶ Εὔανδρον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν κοινόν ἐστι κτλ.

menstruas Nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat. Februum Sabini purgamentum, et id in sacris nostris uerbum; nam et Lupercalia februatio, ut in Antiquitatum libris demonstraui.

Varro apud Augustin. de ciu. dei XVIII. 17.

Nec idem propter aliud arbitratur historicus in Arcadia nomen affictum Pani Lycaeo et Ioui Lycaeo nisi hanc in lupos hominum mutationem quod eam nisi ui diuina fieri non putarent. Lupus enim graece *lýkos* dicitur; unde Lycaei nomen apparet inflexum. Romanos etiam Lupercos ex illorum mysteriorum semine dicit exortos.

Quod Plutarchus aeque ac Varro Lupercalia lustrationem esse dicit, nescio an non tanti momenti sit, quippe quod quicunque Romae festum hunc diem celebrantes uidit, intellegere debuerit; cum Lycaeis porro tantum abest, ut solus Varro comparauerit Lupercalia, ut praeterquam quod Liuius I. 5., Dionysius Halicarnassensis I. 32. 80. eandem comparationem proferunt, Plutarchus ipse in Romuli uit. cap. XXI. peruulgatam fuisse hanc opinionem nos doceat; denique si quid Plutarchus refert singulare, id apud Varronem non reperis; contra quae hic exquisitius de Lupercalibus exposuit, apud illum desideras: sane consentiunt Plutarchus et Varro eo, quod uterque februare idem quod lustrare, purgare significare dicit (cf. quaest. LXVIII., de l. l. VI. 13.); num hoc multum refert? minime uero! nam quod Varro docet Sabinos februum purgamentum dicere, reticet. Tum qua de causa luperci canes immolent, Plutarchus in quaest. LXVIII. explicare studet; atque eas causas, quae his uerbis continentur: *Ἢ λύκος μὲν ὁ λοῦπός ἐστι καὶ Λύκαια τὰ Λουπερκάλια· λύκῳ δὲ κύων πολέμιος, καὶ διὰ τοῦτο θύεται τοῖς Λυκαίοις; .... Ἢ*

Παν̀ μὲν ἡ θυσία γίνεται, Παν̀ δὲ κύων προσφιλὲς διὰ τὰ αἰπόλια; quodammodo adspirare libenter concedo ad Varronis opinionem ab Augustino de ciu. dei XVIII. 17. seruatam: at quis non solum explicationes illas, sed totam Plutarchi Lupercalium narrationem ex Varronis libris haustas esse inde efficiet, cum disceptari ne id quidem possit, utrum Varro omnino de canibus a lupercis immolatis disseruerit necne? Accedit quod Plutarchus in Caesaris uit. cap. LXI. multos de Lupercalibus scripsisse dicit, ita ut eum complures de hac re consuluisse scriptores uidelicet non improbabile sit. Contra quod Arnobius adu. nat. IV. 3. testatur: 'quod abiectis infantibus pepercit lupa non mitis, Luperca dea est auctore appellata Varrone.' Plutarchus silentio praeterit neque miram rationem nouit, qua ille (cf. Augustin. de ciu. dei XVIII. 12.) lupercorum per uiam sacram ascensum atque descensum ad Deucalionis rettulit diluuium.

Thilonis et Peteri opinioni A. Barthius l. l. p. 35. 36. adstipulatur, sed tamen ita, ut Varronianam doctrinam per Iubae manus ad Plutarchum transisse coniciat, primum quia Romana instituta cum Graecis (h. e. Lupercalia cum Lycaeis) comparantur, cui studio imprimis Iuba in *ὁμοιότησιν* uidetur operam nauasse; deinde quod narrationi immixta esse censet Dionysii Halicarnassensis uerba I. 32. 27.: *καλοῦσι Ῥωμαῖοι Λουπερκάλιον, ἡμεῖς δ' ἂν εἴποιμεν Λυκαῖον.* Num quis pauca Plutarchi uerba magis ad utilitatem suam referre potest? Lupercalium et Lycaeorum comparatione primum utuntur, ut Varronianae doctrinae uestigia in Plutarchi narratione deprehendant, eadem, ut Dionysii uerba ei immixta esse ostendant, eadem denique, ut contaminantem Maurusii manum agnoscant!

Praeterea idem ille non solum hoc loco sed etiam p. 29. 30. 35. 43. sibi argumento uoluit esse concentum Plutarchi Iubae Varronis, cuius ad auctoritatem haec quoque uerba recte rettulisse sibi uidetur:

Romul. uit. cap. XXI.: *τὰ δὲ Λουπερκάλια τῷ μὲν χρόνῳ δόξειεν ἂν εἶναι καθάρσια· δρᾶται γὰρ ἐν ἡμέραις ἀποφράσι τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, ὃν καθάρσιον ἄν τις ἑρμηνεύσειε κτλ.*

et Numae cap. XVIIII.: *ὁ μὲν Φεβρουάριος οἷον καθάρσιος ἄν τις εἴη· καὶ γὰρ ἡ λέξις ἔγγιστα τοῦτο σημαίνει καὶ τοῖς φθιτοῖς ἐναγίζουσι τότε καὶ τὴν τῶν Λουπερκαλίων ἑορτὴν εἰς τὰ πολλὰ καθαρμῷ προσεοικυῖαν τελοῦσιν.*

Athenaeus III. p. 98[b] (= Hist. frg. ed. Mueller III. p. 470.): *Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος σοφιστὴς Φεβρουαρίῳ μηνὶ ὡς Ῥωμαῖοι λέγουσι (τὸν δὲ μῆνα τοῦτον κληθῆναί φησιν ὁ Μαυρούσιος Ἰόβας ἀπὸ τῶν κατουδαίων φόβων κατ' ἀναίρεσιν τῶν δειμάτων, ἐν ᾧ τοῦ χειμῶνός ἐστι τὸ ἀκμαιότατον, καὶ ἔθος τότε τοῖς κατοιχομένοις τὰς χοὰς ἐπιφέρειν πολλαῖς ἡμέραις·) πρός τινα τῶν φίλων· οὐκ εἶδές με, ἔφη, πολλῶν ἡμερῶν διὰ τὰ καύματα.*

Varro autem de l. l. VI. 34. dixerat haec: 'posterior, ut idem (sc. Fuluius Nobilior et Iunius Gracchanus) dicunt scriptores, a diis inferis [1]) Februarius appellatus, quod tum his parentetur. Ego magis arbitror Februarium a die Februato, quod tum februatur populus etc.'

Quorum locorum concentum nonne mirum est, quod Barthius tantopere pressit? quamquam tibi accurate omnia perspicienti Iubam et Plutarchum eo tantum congruere apparebit, quod uterque Februario mense mortuis dicit parentari: num propterea alter ex altero pendeat necesse est? quomodo autem omnino sententia Varroniana ex Iubae uerbis, quae quin corrupta sint, nemo dubitat, effici possit, neque ipse exponit neque ego intellego.[2])

1) Fortasse haec deriuatio dicendi breuitate obscura illustratur Ioannis Lydi uerbis de mensibus IV. 20., Macrobii Sat. I. 13. 3.

2) Schweighaeuserus in Animaduers. in Athenaeum II. p. 164. uulgarem scripturam ab utroque codice traditam suspectam esse adnotat; cum autem de Iubae dicendi genere nobis non liceat certum iudicium facere, tradita uerba ita ut *κατ' ἀναίρεσιν* idem ualeat atque *παρὰ* uel *διὰ τὴν ἀναίρεσιν* ferre mauult quam fere sic corrigere: *ἀπὸ τῆς τῶν κατουδαίων φόβων καθάρσεως* aut *ἀπὸ τῶν κατουδαίων φόβων καὶ καθάρσεως τῶν δειμάτων*. Optime tum pergit: 'Mihi Athenaei uerba consideranti uisus erat Maurus scriptor uocabulum Februarius ex nomine *φόβος* et uerbo *ἀναιρεῖν* uel *αἴρειν* compositum conflatumque statuisse.'

Ceterum uerba: *ἐν ᾧ τοῦ χειμῶνός ἐστι τὸ ἀκμαιότατον*, quae cum

9. Ne ad illud quidem iudicium, quod Thilo l. l. p. 21. sq. de quaestione LXXXIIII. fecit: 'Huius quaestionis argumentum et quae leguntur inde a uerbis *τεκμήριον δὲ τούτου μέγα* ex Antiquitatum humanarum libro XIIII. . . . nata esse Gellius, qui Varronem exscripsit, docet N. A. III. 2. cf. Macrobii Sat. I. 3. Gellium XIIII. 7.' — melius addidisset Censorini de die nat. XXIII. 1.—6. — accedere audeo, quia ex locis illis aeque atque ex omnibus aliis, qui ex Varrone pendere possunt, ex Seruio ad Aen. V. 738. VI. 255., Plinio n. h. II. 188., Lydo de mensibus II. 1. p. 13. B., Isidoro Hispalensi, Orig. V. 30. 1. sq. id unum elucet, Varronem statuisse Romanos diei initium a media nocte sumpsisse, plane incertum relinquitur, num is hanc consuetudinem eadem ratione atque Plutarchus interpretatus sit.

10. Quaestiones LXV. quoque: *Διὰ τί τῇ νύμφῃ τὸ πρῶτον οὐκ ἐντυγχάνει μετὰ φωτὸς ὁ ἀνὴρ ἀλλὰ διὰ σκότους;* et LXXXV.: *Διὰ τί τὰς γυναῖκας οὔτ' ἀλεῖν εἴων οὔτ' ὀψοποιεῖν τὸ παλαιόν;* Thilo l. l. p. 26. Varroni adiudicauit; sed uereor ne hic quoque iudicem se ostendat parum aequum; etenim in quaestione LXV., ut ex causis ab eo adlatis dilucide apparet, Plutarchus de coitu loquitur, Seruius ad Vergilii eclog. VIII. 29., ad quem Thilo respexit:

'Varro in Aetiis dicit ideo faces praeire quod antea non nisi per noctem nubentes ducebantur a sponsis', de pompa nuptiali; mos, cuius de origine ille disserit, eius aetate ualuit (cf. *ἐντυγχάνει*), cum morem nocturnae pompae iam pridem abolitum esse Varronis uerba testentur; neque plus argumenta ualent, quibus iudicium de quaestione LXXXV. nititur: quid quod, quamquam Varro neque consuetudinem neque eius rationes illa quaestione probatas, quantum scimus, umquam commemorauit, eas propterea tantum ad illius auctoritatem rettulit, quod moris illius mentio in Romuli uit. cap. XV. aliis nuptiarum ritibus a Varrone profectis ita inserta esset, ut ex alio fonte atque unde illi non posset deriuata esse? at

---

deriuatione illa omninò non cohaerent, mihi a Iuba aliena et post parenthesin ante *πρός τινα τῶν φίλων* transponenda uidentur esse.

praeterquam quod nos quaestiones, quae ad nuptiarum ritus spectant, fere omnes Varroni abrogauimus, nonne Thilonis argumentum prorsus euanescit Iubae mentione a Plutarcho loco illo interiecta? cf. *Οἱ δὲ πλεῖστοι νομίζουσιν, ὧν καὶ Ἰόβας ἐστὶ κτλ.*

11. De quaestione CII. haec apud Thilonem (p. 33.) legis: 'Cur pueris nono, puellis octauo die nomina imposuerint Romani, Varro eadem fere qua Plutarchus in prima causa nixus ratiocinatione explicuit in primo Hebdomadum libro, quod scimus e Gellio III. 10.; de eisdem tamen rebus in libro I. aut II. de uita p. R. et in Aetis disseruit Varro.' Credulitatem sine dubio humano generi insitam innatamque censuit esse, quia suspiciones tam uanas pro coniecturis probabilibus uendidit! Quod Gellius N. A. III. 10. Varronem in Hebdomadum libris copiose disseruisse refert, 'quae esset quaedam uis atque facultas septenarii numeri in multis naturae rebus animaduersa', quis est, qui non intellegat, Varronem hac disputatione id unum spectasse, ut, cur illud opus in hebdomadas diuisisset, explicaret? quis est, qui inde efficiat, eum non solum de octonario quoque et nonario numero exposuisse, sed etiam cur pueri nono, octauo die puellae nomen acciperent, explicasse?

12. Locus quidam Numae uitae agmen claudat; etenim H. Peter quoque in libro de Plutarchearum uitarum fontibus p. 146—172. saepius Plutarchi narrationem cum Varronianae scientiae frustulis comparauit; atque Romuli et Numae uitas quamquam nonnumquam ad Varronem adspirare concedo, tamen illum consensum eiusmodi esse nego, ex quo, utrum Plutarchus ipse inspexerit Varronis libros necne, disceptari possit; quin etiam nonnulla quae contulit Varronis fragmenta mihi ne id quidem persuaserunt, Plutarchi narrationem omnino ad illum redire; uelut si comparas

Augustin. de ciu. dei VII. 35.	Numae uit. cap. VIII.
Nam et ipse Numa hydromantiam facere compulsus est, ut in aqua uideret imagines, a	*ἔστι δ' ὅτε καὶ φόβους τινὰς ἀπαγγέλλων παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ φάσματα δαιμόνων*

quibus audiret quid in sacris constituere deberet. Quod genus diuinationis idem Varro a Persis dicit allatum, quo et ipsum Numam et postea Pythagoram philosophum usum fuisse commemorat.

ἀλλόκοτα καὶ φωνὰς οὐκ εὐμενεῖς ἐδούλου καὶ ταπεινὴν ἐποίει τὴν διάνοιαν αὐτῶν ὑπὸ δεισιδαιμονίας. Ἐξ ὧν καὶ μάλιστα λόγον ἔσχεν ἡ σοφία καὶ ἡ παίδευσις τοῦ ἀνδρὸς ὡς Πυθαγόρᾳ συγγεγονότος.

aliam narrationem animaduertis alium colorem seruare, Plutarchum non commemorare, Numam in aquis imagines uidisse aut diuinationem illam a Persis acceptam esse.

PARS II.

Qui loci Varronianam quidem doctrinam contineant, quam Plutarchus tamen ipse ex eius libris non hausit.

Segregatis Plutarchi locis et eis, quos Thilo immerito Varroni adrogauit, et eis, qui, si modo Varronis scientiam redolent, uehementius ab eo discrepant, quam ut a Plutarcho ipso ex illius operibus petiti esse possint, uiam nobis patefecimus et doctis uiris, qui Plutarchum Varronis libros ipsum legisse sibi persuaserunt, argumentum subtraximus, quod petere poterant ex magno numero eorum locorum, quibus Varronianae originis uestigia impressa esse censebant; quorum numerum ita minuimus, ut, qui restant, facile per intercessorem ad Plutarchum uenisse possint. Hoc autem uereor, ne unicum, quod opinioni illi fauebat, fuerit argumentum; nam quis est, qui ei adstipuletur propterea tantum, quod Plutarchus saepius Varronem testem citat, tamquam si eius libros adierit? Neque enim uerba Varronis, ad quae ille, cum eum citat, respicit, seruata sunt neque umquam Varronis et Plutarchi narratio adeo conspirat, ut ab hoc librum scriptoris cuiusdam, qui Varronis opera excerpsit, compilatum esse improbabile sit. Nam cum Plutarchus fontibus, quod ad elocutionem attinet, cum licentia

quadam usus sit, Varronis libri, ex quibus Plutarchus sua sumpsisse dicitur, perierint, exilia tantum excerpta ad aetatem nostram uenerint, neminem quidem offendet, quod Varro et Plutarchus inter se non uerbotenus concinunt; quae cum ita sint, quid nos impedit, quominus Plutarchum, quae profert Varroniana, ab alio scriptore mutuatum esse coniciamus? reuera ne minima quidem res; itaque ambagibus missis quid coniecturam illam commendet uel firmet, inquiramus.

Atque primum quidem, nisi omnia nos indicia fallunt, Plutarchus ipse nobis huius suspicionis ansam praebuit; etenim ut iam G. Soltauius et A. Barthius animaduerterunt, compluribus locis Iubae auctoritati tribuit, quae reuera Varronis sunt; quodsi his locis Iubam ei Varronis scientiam suppeditasse consentaneum est, quidni idem aliis fieri potuisse concedas? tribus praeterea locis Varronis opiniones cum Iubae doctrina coniunctas uel contaminatas profert: nonne eis quoque locis Plutarchum solius Iubae copiis usum Varronis opiniones cognouisse atque in libros suos transtulisse quam maxime probabile est? de his locis quamquam iam Soltauius et Barthius disseruerunt, denuo priore huius partis capite agere mihi liceat, quippe qui ad euertendam Thilonis et Peteri opinionem plurimum ualeant et suspicioni nostrae quasi fundamenta iaciant.

Deinde Plutarchi narratio nonnumquam auctore non nominato Varronianam quidem doctrinam redolet, quae tamen ita mutata et aucta est, ut Plutarchus aut praeter Varronis opera alius cuiusdam scriptoris libros, unde illius opiniones corrigeret uel amplificaret, adisse aut uno fonte usus esse putandus sit, qui ei Varronis scientiam iam retractatam praebuit. Quarum condicionum eam, quam priore loco proposui, fortasse probarem, si, qua de causa Varroniana doctrina ei non sufficeret, intellegerem, si Plutarchus exponeret, quamobrem aliam opionionem Varronianae proferret; quod cum nusquam appareat cumque his locis de eis rebus agatur, de quibus doctissimi Romanorum scriptoris opiniones a Plutarcho impugnatas esse aegre nobis persuademus, eum Varronianam scientiam iam retractatam ab alio scriptore accepisse, uix improbabit, qui

qua ratione Plutarchus usus sit fontibus, meminerit; id quod altero huius partis capite exemplis illustrabo.

Caput I.

Kalendarum deriuationem, quam Plutarchus in quaestione XXIIII. a Iuba mutuatum se esse profitetur, quamuis sit ab illo uel a Plutarcho corrupta, ex Varronis scientia profluxisse iam supra (p. 176. sq.) uidimus: *Πότερον ὡς οἱ περὶ τὸν Ἰόβαν ἱστοροῦσιν, ὅτι ταῖς Καλάνδαις ἐκάλουν τὸν δῆμον οἱ ἄρχοντες καὶ κατήγγελλον εἰς πέμπτην τὰς Νόννας κτλ.*; Varro de l. l. VI. 27.: 'Primi dies mensium ab eo quod his diebus calantur eius mensis Nonae a pontificibus quintanae an septimanae sint futurae.'[1])

Deinde in quaestione LXXXVIIII. Iuba auctore nominato exponit: *Διὰ τί Κυρινάλια μωρῶν ἑορτὴν ὀνομάζουσιν;* duas autem quas profert explicandi rationes: *Ἢ ὅτι τὴν ἡμέραν ταύτην ἀποδεδώκασιν, ὡς Ἰόβας φησί, τοῖς τὰς αὑτῶν φρατρίας ἀγνοοῦσιν; Ἢ τοῖς μὴ θύσασιν ὥσπερ οἱ λοιποὶ κατὰ φυλὰς ἐν τοῖς Φουρνικαλίοις δι' ἀσχολίαν ἢ ἀποδημίαν ἢ ἄγνοιαν ἐδόθη τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ἀπολαβεῖν;* errore ex una Varronis explicatione ortas esse probatur ex eius uerbis de l. l. VI. 13.: 'Quirinalia a Quirino quod ei deo feriae et eorum hominum qui Fornacalibus suis non fuerunt feriati.'[2])

Idem si comparas Aet. Rom. cap. XXXI.: *Διὰ τί ὁ πολυθρύλητος ᾄδεται Ταλάσιος ἐν τοῖς γάμοις; Πότερον ἀπὸ τῆς*

1) Cf. G. Soltau, de fontibus Plutarchi in secundo bello Punico enarrando p. 39.

2) Cf. G. Soltau ibidem p. 39. H. Peter: 'Ueber den Werth der historischen Schriftstellerei von König Iuba II. von Mauretanien.' Misniae MDCCCLXXIX. p. 11. Ceterum G. Kettner 'Beobachtungen über die Benutzung des Verrius Flaccus' p. 29. alteram Plutarchi causam ad Verrium rettulit propter Festi testimonium p. 317. 12.; licet Plutarchi narratio ad Festi uerba propius accedat quam ad Varronis, tamen hic concentus uel eo potuit effici quod utriusque uerba a Varrone prodierunt, uel eo quod Iuba Verrium consuluit.

ταλασίας; καὶ γὰρ τὸν τάλαρον τάλασον ὀνομάζουσι· [1]) et Romuli uit. cap. XV.: *Οἱ δὲ πλεῖστοι νομίζουσιν, ὧν καὶ Ἰόβας ἐστί, παράκλησιν εἶναι καὶ παρακέλευσιν εἰς φιλεργίαν καὶ ταλασίαν, οὕτω*[2]) *τότε τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπικεχυμένων.* cum Varronis uerbis a Festo p. 351. et a Paulo p. 350. exhibitis: '*Talas*sionem in nuptiis Varro ait *signum esse lani*fici, *τάλαρον* id est quasillum, *inde enim solitum* appellari Talassionem'; 'Talassionem in nuptiis Varro ait signum esse lanificii. Talassionem enim uocabant quasillum, qui alio modo uocatur calathus, uas utique ipsis lanificiis aptum', hic quoque Iubam, Plutarchi auctorem, Varronis libros compilasse apparet.

De quarto quodam Plutarchi loco Albertus Barthius uellem cautius iudicasset; qui l. l. p. 16. haec Plutarchi uerba — quae quin ex Iubae copiis deprompta sint, uix posse dubitari ea quae sequuntur, docent — Numae uit. cap. VII.: *Ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους Φλάμινας ἀπὸ τῶν περικρανίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων.* Varronis scientiam

---

1) Propter Varronis testimonium a Paulo p. 350. s. u. Talassionem proditum (uerba supra transscripsimus) A. Barthius (Miscellanea philol. Festschrift des philol. Vereins zu Göttingen. a. 1876. p. 76.) ut Plutarchi uerba sic corrigeremus, suasit: *καὶ γὰρ τὸν τάλαρον κάλαθον ὀνομάζουσι·* neque uero est, cur uocem *κάλαθον* in Plutarchi uerba inferamus neque coniectura, quamuis primo aspectu arrideat, loco medetur: an non uerba *καὶ γὰρ τὸν τάλαρον κάλαθον ὀνομάζουσι* omni sententia carent? num talassius propterea in nuptiis canebatur quia Romani quasillum etiam calathum uocabant? huc accedit, quod Plutarchus uocem *κάλαθος* e lingua Graeca translatam esse sine dubio sciuit: itaque si Plutarchi uerba cum Varronis fragmento conciliare uolumus, scribere satius est: *καὶ γὰρ τὸν τάλαρον ταλάσ(σ)ιον ὀνομάζουσι*, quamquam fortasse quispiam dubitauerit, utrum corruptelam librariis an Iubae uel Plutarcho crimini det.

1) *οὕτω* pro codicum scriptura *οὕπω* reponendum esse Soltauius l. l. p. 41. mihi probauit comparato Numae uit. cap. VII. (. . . *τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων·*) et cap. XIII.

monstrare ex Dionysii Antiqu. Rom. II. 64. et Varronis de l. l. V. 84. efficere studuit: nonne Varronem flaminis nomen non a Graeca uoce *πῖλον*, sed a latina ‘filum’ deriuasse uidit? cf. de l. l. V. 84.: ‘Flamines quod in Latio capite uelato erant semper ac caput cinctum habebant filo, flamines dicti.’ Quodsi Plutarchi et Varronis narrationes inter se ita conciliauit, ut Varronem uocem ‘filum’ ex Graeca *πῖλον* deduxisse opinaretur, errorem eius coarguunt Varronis uerba de l. l. V. 113. Nec magis fauent eius suspicioni, quae auxilio uocauit, Dionysii Halicarnassensis uerba: *τὴν δὲ δευτέραν* (sc. *ἱερουργίαν ἀπέδωκε*) *τοῖς καλουμένοις ὑπὸ . . . Ῥωμαίων φλάμισιν, οὓς ἐπὶ τῆς φορήσεως τῶν πίλων τε καὶ στεμμάτων, ἃ καὶ νῦν ἔτι φορῶσι φλάμα καλοῦντες, οὕτω προσαγορεύουσι.* quae neque cum Plutarcho prorsus neque cum Varrone consentiunt.

Ne eis quidem quae sequuntur Plutarchi uerbis: *Καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ ἱερεῖς λαίνας, δ᾽ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι . . . .* tam recentia Varronianae doctrinae uestigia impressa sunt, ut Iubam, Plutarchi auctorem, se ad Varronis auctoritatem adiunxisse Barthius mihi probare potuerit; etenim ille cum de l. l. V. 133. dicit: ‘Parapechia, chlamydes, sic multa Graeca. Laena quod de lana multa, duarum etiam togarum instar.’ uocem ‘laena’ omnino non comparat cum Graeco uocabulo *χλαῖνα*, quamquam uocem ‘lana’ e lingua Graeca translatam esse Polybius ei Callimachusque persuaserunt. cf. de l. l. V. 113.

Maioris autem probabilitatis speciem H. Peteri coniectura prae se fert, qui in dissertatione ‘Ueber den Werth etc.’ p. 11. Iubam, quo auctore Plutarchus tota hac narratione uidetur usus esse, ea quae subinde sequuntur: *καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Καδμῖλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον.* ex Varronis libris sumpsisse ex eius uerbis de l. l. VII. 34. suspicatus est: ‘. . . . . camillam qui glossemata interpretati dixerunt administram.’

itemque ex Statii Tulliani testimonio a Macrobio Sat. III. 8. 6. exhibito.[1])

Etiamsi hunc quartum locum ut incertum spernis, tamen Iubam regem, quem Plutarchus sibi auctorem elegit, Varronem in partes uocasse ex tribus, quae antea protulimus, exemplis iam satis dilucide apparet; cuius rei memores non dubitabimus, quin Plutarchus, cum Aet. Rom. capiti IIII. his uerbis finem imponit: *Ταῦτα καὶ ὁ Ἰόβας ἱστόρηκε καὶ Βάρρων· πλὴν ὅτι τοὔνομα τοῦ Ἄντρωνος Βάρρων οὐ γέγραφεν οὐδ' ὑπὸ Κορνηλίου φησὶ τοῦ ἱερέως ἀλλ' ὑπὸ τοῦ νεωκόρου παρακρουσθῆναι τὸν Σαβῖνον*, non ut Lagus l. l. p. 11. et Thilo l. l. p. 8. coniecerunt, Varronis et Iubae narrationes inter se comparauerit, sed, quibus rebus Varronis narratio a Iuba differret, non minus quam rem ipsam ex Iubae libro cognouerit.

Denique quae Plutarchus in Marcelli uit. cap. VIII. copiose de triumpho, de Ioue Feretrio, de spoliis opimis disserit repetita postea in Romuli uit. cap. XVI., redolent quidem Varronis scientiam, sed ita correcta aliisque cum opinionibus, quas Iubae esse uerisimile est, coniuncta proferuntur, ut totum caput Plutarcho intercessor ille suppeditasse uideatur. Qua in narratione Varronis uestigia ut indagemus, primum ab ipso Plutarcho eum testem citari uides in Romuli uit. cap. XVI.

---

1) Ut Statii Tulliani testimonium ad Varronis auctoritatem referret Peterum complures res mouerunt, quibus si minus persuadendi necessitas at saltem probandi uis inest; Tullianus enim cum disputationem de uoc quae est 'Camillus' eodem Pacuuii uersu illustrat, quem Varro quoque d l. l. VII. 34. adfert, tum item atque ille ad Callimachum respicit; discri mina autem, quae sunt inter Varronis et Statii Tulliani uerba, Peter ex plicare studuit. Ceterum Statius Tullianus uel auctor libri illius, ex qu Macrobius sua sumpsisse putandus est (cf. Linke, Quaestiones de Macrobi Saturnalium fontibus, Vratislauiae MDCCCLXXX. p. 29. sq.), non ipsiu Varronis opera adiit, sed Festi excerptis ex Verrii Flacci de uerborun significatu libris uidetur usus esse (cf. Pauli exc. p. 43. s. u. camillus p. 63. s. u. cumeram, p. 93. s. u. Flaminius Camillus). Ex Macrobii Sat III. 8. Seruii interpolator § 5.—9. integras in adnotationem ad Vergilii Aen XI. 543. transtulit. cf. G. Thilo, Quaestiones Seruianae, Halis MDCCCLXVI p. 38.

ὀπίμια δὲ τὰ σκῦλα, φησὶ Βάρρων, καθότι καὶ τὴν περιουσίαν ὅπερ λέγουσι. Deinde haec inter se comparare expedit:

. Festus p. 189. s. u. opima spolia: M. Varro ait opima spolia esse etiam si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium *ea detraxerit*..... *Quod autem omnia spolia solita* non sint ad aedem Iouis Feretri poni, testimonio esse libros Pontificum; in quibus sit etc.... esse etiam *Pompili regis* legem opimorum spoliorum talem: "Cuius auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Ioui Feretrio darier oporteat et bonem caedito qui cepit aeris *CCC darier oportet.* secunda spolia in Martis aram in campo solitaurilia utra uoluerit caedito, *qui cepit, ei aeris CC dato.* tertia spolia Ianui Quirino agnem marem caedito, C qui ceperit, ex aere dato."

Plutarchus uit. Marcelli cap. VIII.: *Τὰ δὲ σκῦλα σπόλια μὲν κοινῶς, ἰδίως δὲ ὀπίμια ταῦτα καλοῦσι. Καίτοι φασὶν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Νομᾶν Πομπίλιον καὶ πρώτων ὀπιμίων καὶ δευτέρων καὶ τρίτων μνημονεύειν, τὰ μὲν πρῶτα ληφθέντα τῷ φερετρίῳ Διὶ κελεύοντα καθιεροῦν, τὰ δεύτερα δὲ τῷ Ἄρει, τὰ δὲ τρίτα τῷ Κυρίνῳ, καὶ λαμβάνειν γέρας· ἀσσαρία τριακόσια τὸν πρῶτον, τὸν δὲ δεύτερον διακόσια, τὸν δὲ τρίτον ἑκατόν. ὁ μέντοι πολὺς οὗτος ἐπικρατεῖ λόγος ὡς ἐκείνων μόνων ὀπιμίων ὄντων ὅσα καὶ παρατάξεως οὔσης καὶ πρῶτα καὶ στρατηγοῦ στρατηγὸν ἀνελόντος.*[1])

Plutarchus igitur quaesitam Varronis opinionem uulgari postposuit; num ex sua ipsius antiquitatum Romanarum notitia? minime; sed remanserunt alia grammatici illius uestigia, qui Varronis scientiam retractatam Plutarcho tradidit; in eis enim quae antecedunt et cum eo locō, quem supra transscripsimus, arte cohaerent, complures nominis 'Feretrius' deriuationes

1) Maduigius in Aduers. crit. ad scriptor. Graec. p. 582. in uitiosis uerbis *καὶ πρῶτα* latere putat uerbum quod desideratur *καθιέρωται*; quamquam spolia opima num *παρατάξεως οὔσης* sacrantur?

profert; quarum quae Varronis sit, nescimus; Plutarchus autem cum dixit: *Καλεῖται δὲ ὁ μὲν Θεός, ᾧ πέμπεται, φερέτριος Ζεύς, ὡς μὲν ἔνιοί φασιν, ἀπὸ τοῦ φερετρευομένου τροπαίου κατὰ τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν ἔτι πολλὴν τότε συμμεμιγμένην τῇ Λατίνων, ὡς δὲ ἕτεροι κτλ.* sine dubio Iubam significauit, quem, ut praeteritis temporibus uocabula multa ex Graeca lingua in latinam translata esse ostenderet, imprimis operam dedisse testatur, ita ut quotienscunque eum auctorem citat, fere numquam animos ad studium illud aduertere neglegat; sic in Romuli uit. cap. XV. dicit: *οἱ δὲ πλεῖστοι νομίζουσιν, ὧν καὶ Ἰόβας ἐστί, παρακέλευσιν κτλ. οὕτω τότε τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπικεχυμένων*; sic in Numae uit. cap. VII.: *ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους Φλάμινας ἀπὸ τῶν περικρανίων πίλων κτλ. τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων*; item in cap. XIII.: .... *ταῦτα γὰρ ὁ Ἰόβας εἴρηκε γλιχόμενος ἐξελληνίσαι τοὔνομα* (ancile).[1])

Huc accedit quod Plutarchus se in Marcelli uita enarranda Iubam quoque secutum esse ipse profitetur; cf. compar. Pelopidae et Marcelli cap. I.: *Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἀήττητος ὁ ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκηπίωνος· ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι καὶ Νέπωτι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν κτλ.*

Omnibus his locis quin Plutarchus non ipsius Varronis, sed Iubae libris usus sit, qui illius scientia splendebat, non poterit dubitare, quisquis locos sine ira et studio perlustrauerit; idem aliis quoque locis factum esse eo probabilius est, quo saepius Plutarchum Varronis opiniones spernere uel refutare — uelut Aet. Rom. cap. II. V. CI. CV. — obseruamus; quod uix ipse qua erat rerum Romanarum notitia, ausus est.

---

1) De hoc Iubae studio quantum scio primus disseruit Fr. Leo, de Plutarchi Quaest. Roman. auctoribus. p. 17. sq.; ad Iubae auctoritatem Soltauius locum rettulit l. l. p. 31. sq.

Caput II.

Iam ad complures locos uenio, ubi Plutarchum quamquam auctorem quem sequitur celat, tamen Varroniana non ex ipsis Varronis libris deprompsisse, sed per grammaticum cognouisse ex rebus ipsis apparere puto; quod primum de eis iudico, quae in quaest. XVIIII. et LXXXVI. uberiusque in Numae uit. cap. XVIII. et XVIIII. de anno a Numa constituto mensiumque nominibus disseruit bis eodem fonte usus, cum duae narrationes modo uerbotenus fere concinant, modo ita discrepent, ut alterutra plus praebeat. Haec autem omnia exceptis tantum quaestionis XVIIII. causis cum Thilo (l. l. p. 20.) et Peter (libro laud. p. 151. sq. 168. sq.) a Plutarcho ex Varronis Antiquitatibus rerum humanarum sumpta esse ex concentu Plutarchi et Censorini sibi probauerunt, id solum uidentur respexisse, quemadmodum Varro, quemadmodum Plutarchus mensium nomina deriuauerit; sed priusquam ad ueriloquia illa comparanda accedamus, operae pretium est quaerere, quot mensium singulos annos, singulos menses quot dierum initio fuisse uterque censuerit.

Atque Varro quidem annum Romanum ab initio decem menses habuisse docuit, ut Censorinus de die natali cap. XX. 2. testatur:

'Annum uertentem Romae Licinius quidem Macer et postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fuisse scripserunt; sed magis Iunio Gracchano et Fuluio et Varroni et Suetonio aliisque credendum, qui decem mensum putauerunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani.' cf. de l. l. VI. 34.: 'Ad hos qui additi prior a principe deo Ianuarius appellatus etc.'

Quam Varronis opinionem nouit ille quidem, sed alteram praetulit: cf. Aet. Rom. cap. XVIIII.: *ἐξ οὗ δὴ καὶ παρέστη τισὶν οἴεσθαι καὶ λέγειν, ὡς οὐ δώδεκα μησίν, ἀλλὰ δέκα συνεπλήρουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι τὸν ἐνιαυτὸν κτλ.* et Numae uit. cap. XVIII.: *Μετεκίνησε δὲ καὶ τὴν τάξιν τῶν μηνῶν· τὸν γὰρ Μάρτιον πρῶτον ὄντα τρίτον*

ἔταξε, πρῶτον δὲ τὸν Ἰανουάριον, ὃς ἦν ἕνδέκατος ἐπὶ Ῥωμύλου, δωδέκατος δὲ καὶ τελευταῖος ὁ Φεβρουάριος, ᾧ νῦν δευτέρῳ χρῶνται. Πολλοὶ δέ εἰσιν, οἳ καὶ προστεθῆναι τούτους ὑπὸ Νομᾶ τοὺς μῆνας λέγουσι .... ἐξ ἀρχῆς δὲ χρῆσθαι δέκα μόνον κτλ. quamquam postremo, utram probaret opinionem, ipse uidetur dubitasse; cf. Numae uit. cap. XVIIII.: Ῥωμαῖοι δὲ ὅτι μὲν δέκα μῆνας εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἔταττον, οὐ δώδεκα, τεκμήριον ἡ τοῦ τελευταίου προσηγορία· κτλ. et paulo postea: τῶν δὲ ὑπὸ Νομᾶ προστεθέντων ἢ μετατεθέντων κτλ.; quapropter hoc discrimen premere nolo.[1])

Deinde satis notum esse arbitror Varronem docuisse decem illos Romuli menses dies CCCIIII ita compleuisse, ut sex menses tricenos dies haberent, quattuor tricenos singulos. cf. Censorinum de die nat. XX. 30.; plane aliter hanc rem Plutarchus enarrat: nam duodecim anni quem dicimus Romulei menses ex dierum numero ita fluctuante constitisse adseuerat, ut alii menses ne uiginti quidem, alii triginta quinque, etiam plures dies alii haberent; id tantum cauisse Romanos, ne singuli anni extra modum CCCLX dierum excederent: (Numae uit. cap. XVIII.) Ῥωμύλου γὰρ βασιλεύοντος ἀλόγως ἐχρῶντο καὶ ἀτάκτως τοῖς μησί, τοὺς μὲν οὐδὲ εἴκοσιν ἡμερῶν, τοὺς δὲ πέντε καὶ τριάκοντα, τοὺς δὲ πλειόνων λογιζόμενοι, τῆς δὲ γινομένης ἀνωμαλίας περὶ τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν οὐκ ἔχοντες, ἀλλ' ἓν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται κτλ.

Cuius discriminis originem ut eruerent, docti uiri, qui Plutarchum de anno Romano disputantem Varronis libros exscripsisse persuasum habuerunt, nihil curauere; nihilo secius discrepantia tanta est, ut, nisi probabiliter explicari possit, negemus necesse sit Plutarchum hoc loco copiis Varronianae ĕruditionis usum esse, licet ceteroquin cum Varrone consentiat:

1) Ceterum haec Plutarchi inconstantia apte eo explicatur, quod eum auctorem secutum esse statuimus, qui cum aduersariis Varronis fecit, sed quibus argumentis Varro niteretur, non reticuit.

unde igitur CCCLX anni dies, menses dierum numero nequaquam pares sibi sumpsit? num eos sibi ipse finxit? hoc certe doctos uiros uix crediderim sibi persuasisse, quippe quod nullo argumento firmetur, nullo simili exemplo illustretur; itaque id unum eis restat, ut discrimen Plutarchi errore et socordia factum esse coniciant; quae coniectura uideant, ne omni probabilitate careat: an cogitari potest eum simplicem illam atque perspicuam anni distributionem, ex qua singuli anni trecenos quaternos, sex menses tricenos dies, tricenos singulos quattuor menses compleuisse dicebantur, perperam intellexisse et ita corrupisse, ut illa narratio euaderet? Deinde Plutarchi distributioni, quamuis sit mira atque singularis, tamen ratio non deest: etenim ut Varronis CCCIIII dies decem mensibus respondent, ita duodecim Plutarchi mensibus CCCLX dies conueniunt. Ac ne dispares quidem dierum numero menses commentum Plutarchi uidentur esse: etenim Censorinus de die nat. XXII. 5. si minus Romanos attamen Albanos et Tusculanos tam iniquis usos esse mensibus refert: ‘At ciuitatum menses uel magis numero dierum inter se discrepant, sed dies ubique habent totos. (§ 6.) Apud Albanos Martius est sex et triginta, Maius uiginti et duum, Sextilis duodeuiginti, September sedecim; Tusculanorum Quintilis dies habet XXXVI, October XXXII, idem October apud Aricinos XXXVIIII.’

Quandoquidem Censorinus sua a Varrone per Suetonium[1]) accepit, aduersarii ne Plutarchum, quod Varro de Albanorum anno referret, errore ad Romanos transtulisse suspicentur, animaduertant ne cum eis quidem rebus Plutarchi narrationem concinere, quas Varro de Albanorum anno narrauit: nam is non modo Romanos, sed etiam Albanos annum in decem menses distributum habuisse (cf. Censorin. de die nat. XX. 2.) Roma-

1) Hac in re sine dubio Reifferscheidii opinio probanda est (Suetoni rell. p. 434. sq.); nam ea quae O. Gruppe in comment. philol. in honor. Th. Mommseni Berolini MDCCCLXXVII. p. 545. contra disputauit, suo iure refutauit G. Wissowa, de Macrobii Sat. fontibus diss. Vratislauiae MDCCCLXXX. p. 18. sq.

nosque ab Albanis mensium nomina mutuatos esse docet (cf. ibidem XXII. 10.), Plutarchus Romanos ab initio duodecim mensibus usos esse eisque Romulo regnante nomina imposuisse refert cf. infra p. 197.[1]). Ex quo sequitur, ut Plutarchus, si modo de anno Romano secundum Varronem narrauit, de anni distributione alium consuluerit auctorem; sed quaeramus, utrum ceteroquin adeo cum Varrone concinat, ut ad eum refugisse putandus sit, an auctorem, quem initio secutus est, omnino non reliquerit.

Atque uerba quidem quae in Numae uit. cap. XVIII. sequuntur: *Πολλοὶ δέ εἰσιν, οἳ καὶ προστεθῆναι τούτους ὑπὸ Νομᾶ τοὺς μῆνας λέγουσι, τὸν δὲ Ἰανουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον, ἐξ ἀρχῆς δὲ χρῆσθαι δέκα μόνον εἰς τὸν ἐνιαυτόν, ὡς ἔνιοι τῶν βαρβάρων τρισί, καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάδες μὲν τέσσαρσιν, ἔξ δὲ Ἀκαρνᾶνες, Αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτός, εἶτα τετράμηνος, ὥς φασιν.* etsi adspirant luculenter ad Varronis eruditionem, ut apparet ex Macrobii Sat. I. 12. 2., Censorin. de die nat. XIX. 4., Solino polyh. I. p. 3. comparato cum Augustin. de ciu. dei XII. 10. XV. 12., Lactant. de orig. err. II. 12., Plin. n. h. VII. 48. (155.), tamen aduersariorum opinio ita ad praecedentia adiungitur, ut quominus haec omnia ex uno fonte manasse statuamus nil impediat, praesertim cum, quod Varro annum ex CCCIIII diebus, quattuor menses ex XXXI, sex ex XXX diebus constitisse docuit, silentio praetereat; quod si Varronis libros in usum suum conuertisset, uix neglexisset.

Deinde Plutarchus ad mensium nomina transit, quae Varro Romanos a Latinis accepisse adseuerat, quapropter auctores eorum urbe antiquiores essent (cf. Censorin. de die nat. XXII. 10.); quam opinionem satis memorabilem neque commemorat neque in deriuandis mensium nominibus respicit: quod qui fieri potuit, si Varronis libros

1) Ceterum si illa Censorini narratio de Albanorum mensibus a Varrone propagata est, is Romanos ab Albanis denarium tantummodo mensium numerum eorumque nomina recepisse aut Albanos, priusquam anni distributionem Romanis traderent, sex menses XXX, quattuor XXXI dierum instituisse docuit.

compilasset? itaque, quod primum ad Martium mensem attinet, in Numae uit. cap. XVIIII. legimus: *Ἄλλως δὲ καὶ λόγον εἶχε τὸν Μάρτιον Ἄρει καθιερωμένον ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου πρῶτον ὀνομάζεσθαι·* et in quaest. XVIIII.: *Πιθανώτεροι δέ εἰσιν οἱ λέγοντες, ὅτι τὸν μὲν Μάρτιον ὁ Ῥώμυλος πολεμικὸς καὶ ἀρειμάνιος ὢν καὶ δοκῶν ἐξ Ἄρεος γεγονέναι προέταξε τῶν μηνῶν ἐπώνυμον ὄντα τοῦ Ἄρεος.* at Varro apud Censorinum XXII. 10. ex illa opinione 'Martium mensem' refert 'a Marte quidem nominatum, non quia Romuli fuerit pater, sed quod gens latina bellicosa.'

Neque Aprilis nomen quomodo Varro deduxerit, Plutarchus ignorat, sed eam amplectitur deriuationem, quam ille spreuit: Numae uit. cap. XVIIII.: *δεύτερον δὲ τὸν Ἀπρίλλιον, ἐπώνυμον ὄντα τῆς Ἀφροδίτης κτλ. Τινὲς δὲ οὐ διὰ τὴν Ἀφροδίτην*[1]) *τὸν Ἀπρίλλιόν φασιν, ἀλλ' ὥσπερ ἔχει τοὔνομα ψιλὸν Ἀπρίλλιον κεκλῆσθαι τὸν μῆνα τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἀκμαζούσης ἀνοίγοντα καὶ ἀνακαλύπτοντα τοὺς βλαστοὺς τῶν φυτῶν·* Varro de l. l. VI. 34.: 'Secundus, ut Fuluius scribit et Iunius, a Venere quod ea sit Aphrodite. quoius nomen ego antiquis litteris quod nusquam inueni, magis puto dictum quod uer omnia aperit, Aprilem.' Cf. Censorin. de nat. XXII. 10. Macrobii Sat. I. 12, 12. 13.

Tum Maium et Iunium eadem ratione deriuat atque Varro in libris Antiqu. rer. hum., quos Suetonius, Censorini auctor, uidetur excerpsisse[2]); cf. Numae uit. cap. XVIIII. (Aet. Rom.

1) Mihi non uidetur esse, cur cum Maduigio, Adu. crit. ad scriptor. Graec. Hauniae MDCCCLXXI. p. 569. mutemus: *Τινὲς δ' οὐ διὰ τοῦ φ φασίν, κτλ.*

2) Maium et Iunium Varro de l. l. VI. 34. Fuluium et Iunium secutus (cf. Censorin. XXII. 9.) a maioribus et iunioribus deriuat; tametsi ea tantum ueriloquia, quae Censorinus de die nat. XXII. 11. 12. eum probantem facit (a Maia et Iunone) ad opinionem, ex qua haec nomina a Latinis ad Romanos transisse contendit, quadrant; itaque fortasse postea in libris de l. l. haec sua ueriloquia propter breuitatem potius quam quod ea totamque opinionem illam improbauit, omisit, ut eadem breuitate loco illo dicit: 'nam primus a Marte.'

cap. LXXXVI.): *Τῶν δ' ἐφεξῆς τὸν μὲν Μάϊον καλοῦσιν ἀπὸ Μαίας. Ἑρμῇ γὰρ ἀνιέρωται· τὸν δὲ Ἰούνιον ἀπὸ τῆς Ἥρας. Εἰσὶ δέ τινες οἱ τούτους ἡλικίας ἐπωνύμους εἶναι λέγοντες πρεσβυτέρας καὶ νεωτέρας· μαϊώρης γὰρ οἱ πρεσβύτεροι παρ' αὐτοῖς, Ἰουνιώρης δὲ οἱ νεώτεροι καλοῦνται.* Censorin. de die nat. XXII. 12.: 'Maium uero non a maioribus, sed a Maia nomen accepisse (sc. Varro putat), quod eo mense tam Romae quam antea in Latio res diuina Maiae fit et Mercurio, Iunium quoque a Iunone potius quam a iunioribus, quod illo mense maxime Iunoni honores habentur.'

Ac ne in Ianuarii quidem ac Februarii nominibus deriuandis Plutarchum a Varrone dissentire quamquam ego libenter concedo, tamen docti uiri, qui eum Varronis libros exscripsisse inde effecerunt, pluris quam par fuit, hunc concentum uidentur fecisse, qui, nisi Plutarcheae narrationi praeterea Varronianae doctrinae uestigia impressa essent, eam omnino a Varrone profluxisse non euinceret, quandoquidem illa Mai et Iunii, Ianuarii et Februarii ueriloquia neque a Varrone excogitata sunt et cuique in mentem incidunt atque occurrunt. Quoniam autem Plutarchi narratio etiam ceteroquin Varronem redolet, iam discernere possumus, utrum posteaquam alium auctorem consuluerit, ineunte capite XVIII. uitae Numae ab illo ad Varronem desciuisse, an semper eodem fonte usus esse putandus sit. Nam utra coniectura maiorem prae se ferat probabilitatis speciem, iam non potest dubium esse; nimirum si quis Plutarchum ipsum Varronis opera adisse sibi persuaderet, quomodo explicaret, quod eas ipsas opiniones quae Varronis propriae uidentur esse, prorsus neglexit? quod annum Romuleum CCCIIII dies, sex menses XXX, quattuor XXXI dies comprehendisse reticuit; quod decem menses eorumque nomina a Latinis ad Romanos transisse silentio praeteriit; quod Martis ueriloquium, quod Varroni displicebat, non commemorata eius deriuatione protulit; quod Varronianam Aprilis etymologiam ueriloquio ab illo improbato postposuit? quod Varronem numquam nominauit, sed, quotienscunque illius opiniones refert, de 'nonnullis, aliis, multis' loquitur; quod numquam dicit, qua de causa Varronis

auctoritatem spreuerit? Omnibus his difficultatibus supersedes, si Plutarchum grammatici librum compilasse statuis, qui Varronis opiniones ita attulit, ut eas plerumque improbaret; quam coniecturam alia quoque nonnulla minoris momenti argumenta commendant: uelut quod Thilo l. l. p. 32. totam quaestionem LXXXVI. e Varronis libris petitam esse contendit, parum probabile est; nam uerba: *οὐ γαμοῦσιν οὖν ἐν τῷ Μαΐῳ περιμένοντες τὸν Ἰούνιον, ὃς εὐθύς ἐστι μετὰ τὸν Μάϊον.* ad Varronem non adspirare elucet, quippe qui Iunii quoque priorem partem nuptiis non idoneam esse sine dubio non ignorauerit. cf. Ouidii Fast. VI. 219. sq. Marquardtii librum: 'Das Privatleben der Römer' p. 41. (1879.)

Restat, ut enucleare studeamus, quis fuerit, qui Plutarcho retractatam Varronis doctrinam suppeditauerit; quam ad quaestionem soluendam nullam nobis praebet ansam Plutarchus. Albertus Barthius quidem l. l. p. 34. eo aliquid lucrari sibi uidebatur, quod Plutarchus in quaestione LXXXVI. ut Dionysius Halicarnassensis I. 38. morem simulacrorum in Tiberim deiciendorum commemorat; atque cum Plutarchi uerba, quae sunt in Numae uita cap. XVIIII., cum Iubae fragmento IX. (apud Muellerum hist. fragm. III. p. 470.) concinere opinaretur, totam Plutarchi de anno Romano relationem ex Iubae *Ὁμοιότησιν* haustam esse probare studuit: quae coniectura quamquam neque eo refellitur, quod Plutarchus in uit. Numae cap. XVIII. Domitianum Septembris et Octobris nomina mutauisse refert — id quod ipse facile addere potuit [1]) — neque, quia Plutarchus haud raro Varronis opinionem per Iubam cognouit, probabilitate caret, tamen certis argumentis non firmatur; etenim Plutarchi uerba non congruere cum IX. Iubae fragmento iam supra (p. 181. sq.) uidimus; nec magis argumentum, quod ex concentu Plutarchi et Dionysii petiit, mihi sufficit; quid enim? nonne plane dubium est, num notitia illa Plutarchi ex Dionysii Anti-

1) Aequius iudico quam Barthius, qui inde quod Sextilis a. DCCXLVI. Augustus dictus, Varro Hieronymo teste a. DCCXXVII. mortuus est, efficere se posse putat (l. l. p. 49.), Plutarchi auctorem Augustea quam uocant aetate floruisse: quam lubrica sunt ista argumenta!

quitatibus Romanis manauerit, cum neque singulare quicquam cum Dionysio commune habeat [1]) eodemque iure a Varrone propagetur? cf. de l. l. VII. 44. Itaque, quo fonte Plutarchus usus sit, non constare malo profiteri quam Barthio assentiri. Quod denique G. Wissowa l. l. p. 33. probata Barthii coniectura, ubi Plutarchus et Macrobius de anno Romuleo narrantes inter se discrepant (Numae uit. cap. XVIII. init. Macr. I. 12. 3. sq.), Macrobium Verrii Flacci, Plutarchum uel eius auctorem Varronis auctoritatem praetulisse suspicatus est, aperte errauit; etenim ut anni ordinatio, quae illis Macrobii paragraphis continetur, Varronis esse Censorini testimonio de die nat. XX. 2. sq. probatur, ita Plutarchum non a Macrobio uel Censorino, sed ab ipso Varrone differre supra docuisse mihi uideor.

Sed iam uenio ad aliam narrationem, quae Varronianae quidem eruditionis uestigia impressa fert, sed a grammatico recocta ad Plutarchum uidetur redundasse: de Larentiis enim in Aet. Rom. cap. XXXIIII. et XXXV. et in Romuli uit. cap. IIII. et V. ita disserit, ut duae narrationes, quamquam est, ubi discrepent [2]), ex eodem sine dubio fonte deriuatae sint; quem fontem cum Thilo l. l. p. 16. sq. et H. Peter in libro ‘de fonti-

---

1) Verba inter se comparata haec sunt:

Dion. Hal. I. 38. *ἐν μηνὶ Μαΐῳ ταῖς καλουμέναις εἰδοῖς . . . . οἱ Ποντίφικες . . . . εἴδωλα μορφαῖς ἀνθρώπων εἰκασμένα τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς γεφύρας βάλλουσιν εἰς τὸ ῥεῦμα τοῦ Τιβέριος.*

Plut. quaest. LXXXVI. . . *ὅτι τῷ μηνὶ τούτῳ* (sc. *Μαΐῳ*) *τὸν μέγιστον ποιοῦνται τῶν καθαρμῶν, νῦν μὲν εἰδώλα ῥιπτοῦντες ἀπὸ τῆς γεφύρας εἰς τὸν ποταμόν, πάλαι δ' ἀνθρώπους.*

2) Velut de Larentia meretrice in Romuli uit. cap. V. dicit: *οἴσαν ὡραίαν, οὔπω δὲ ἐπιφανῆ*, in Aet. Rom. XXXV.: *ἐμφανῶς ἑταιροῦσαν.* quod discrimen nescio an non sit a Plutarcho profectum (quod Th. Doehner, Vindiciae Plutarcheae, Zwiccauiae MDCCCLXIIII. p. 5. proposuit *εὖ πως ἐπιφανῆ* pro *οὔπω δὲ ἐπιφανῆ* fortasse arrideret, nisi praeter hanc mutationem etiam particula *καὶ — οἴσαν ὡραίαν καὶ εὖ πως ἐπιφανῆ* — ut Doehner ipse uidit, inserenda esset); in Romuli uita: *καὶ τὸν θεὸν ἐντυχεῖν λέγεται τῇ γυναικὶ καὶ κελεῦσαι κτλ.*, in Aetiis: *ἐντυχεῖν τὸν θεὸν οὐκ ἀνθρωπίνως.* in Romuli uita: *ἀφανῆ γενέσθαι περὶ τοῦτον τὸν τόπον κτλ.*, in Aetiis simpliciter: *τελευτῶσαν.* denique meretrici illi Fabolae cognomen fuisse non commemorat nisi in Aetiis.

bus Plutarchi in Romanorum uitis enarrandis' p. 151. Varronis Antiquitates fuisse contenderint, iam quid Varro de Larentia senserit, enucleemus.

Atque primum quidem exstat Varronis locus mutilatus de l. l. VI. 23. 24.: 'Larentinal, quem diem quidam in scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentia nominatus, quoi sacerdotes nostri publice parentant festo die qui ab eo dicitur ... diem parentum Accas Larentinas ....'[1])

Deinde Augustinus de ciu. dei. VI. 7. secundum Varronem, ut ipse profitetur, otiosum Herculis aedituum deum prouocasse narrat, ut secum ea condicione tesseris luderet, ut uictus uictori cenam pararet et meretricem conduceret; aedituum superatum deo Larentinam adduxisse; tum sic pergit: 'At illa cum dormisset in templo, uidit in somniis Herculem sibi esse commixtum sibique dixisse quod inde discedens cui primum inueni obuia fieret, apud illum esset inuentura mercedem, quam sibi credere deberet ab Hercule persolutam. Ac sic abeunti cum primus iuuenis ditissimus Tarrutius occurrisset, eamque dilectam secum diutius habuisset, illa herede defunctus est.' Larentinam mortuam populo Romano herede scripto diuinis auctam esse honoribus.

Eisdem fere uerbis Tertullianus ad nat. II. 10. rem enarrat, nisi quod haec praemittit: 'Non puduit auctores uestros de Larentina palam facere. Scortum haec meritorium fuit, siue dum Romuli nutrix et ideo lupa quia scortum, siue dum Herculis amica est et iam mortui Herculis id est iam dei.' Haec quoque Varroni deberi non necessario inde sequitur, quod Tertullianus in prooemio illius operis in refutanda Romanorum theologia se Varronis libris usurum esse profitetur; sed etiamsi Varronis sunt, ab Augustino non minus quam a Tertulliano

1) 'parentum' et 'Larentinas' pro codicum scriptura 'tarentum', 'Tarentinas' Th. Mommsenus ad C. I. L. I. 1241. respiciens scribendum probauit in diss.: 'Die echte und die falsche Acca Larentia', in libro: 'Festgaben für Gustav Homeyer zum XXVIII. Juli MDCCCLXXI. von Beseler, Haupt, Mommsen, Müllenhoff.' p. 94. adn. 4.; quae dissertatio denuo edita est in libro: 'Roemische Forschungen' uol. II. p. 1. sq.

Plutarchum rebus quibusdam differre animaduertis, cum hic utroque loco Tarrutium aetate iam prouectum esse, illi adolescentem uel iuuenem fuisse tradant, hic cum dicit: *τὸν θεὸν ἐντυχεῖν τῇ γυναικὶ καὶ κελεῦσαι* uel *ἐντυχεῖν οὐκ ἀνθρωπίνως*, id quod illi referunt, mulierem somniasse, Herculem sibi esse commixtum, certe nolit intellegi. Uter igitur, si Plutarchus perinde atque Augustinus sua ex Varronis libris hausit, illius narrationem deprauauit? Plutarchusne, qui in Aet. Rom. cap. V. consuetudinis cuiusdam explicationem a Varrone probatam ut plane fabulosam spreuit, magis fabulosam reddidit eius narrationem, an Augustinus et Tertullianus, cum Romanorum theologiam ut fabulis parum decoris inquinatam hoc ipso loco uituperarunt, fabulosum istud Varronianae narrationis dempserunt? neutrum probabile esse quis negabit? quapropter tametsi Plutarchus et Augustinus saepe fere uerbotenus concinunt, tamen, quomodo discrimina, quae inter eorum narrationes intercedunt, explices, nescis, si utrumque Varronis amplexum esse auctoritatem statuis. Sed uide ne alia res scrupulos nobis iniciat multo grauiores; quid ita? Plutarchus utroque loco duas Larentias discernendas esse diserte nos docet: Accam Larentiam, Faustuli uxorem, Romuli Remique nutricem, cui mense Aprili a flamine Martiali parentetur[1]), et Herculis scortum, Larentiam Fabolam, cui mense Decembri sacrum celebretur[2]) (a flamine Quirinali, si Gellii testimonio N. A. VII. 7. confidimus). Varronem con-

1) Cf. Romuli uit. cap. IIII. extr.: *εἶναι δὲ τοιαύτην* (sc. *ἑταιροῦσαν*) *τὴν Φαυστύλου γυναῖκα τοῦ τὰ βρέφη θρέψαντος, Ἄκκαν Λαρεντίαν ὄνομα. Ταύτῃ δὲ καὶ θύουσι καὶ χοὰς ἐπιφέρει τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς αὐτῇ ὁ τοῦ Ἄρεος ἱερεύς, καὶ Λαρεντίαν* (*Λαρενταλίαν* uel *Λαρεντίναλ*?) *καλοῦσι τὴν ἑορτήν*; Pro *αὐτῇ* a^{rl} h. e. *πρώτῃ* scribi iussit Wilamouitzius apud Mommsen. 'Roem. Forsch.' uol. II. p. 13. adn. 30.

2) Quaest. XXXIIII. extr. et XXXV.: *Ἢ τοῦτο μόνον Βροῦτον ἐναγίζειν ἐν μηνὶ τούτῳ, καθόλου ψεῦδός ἐστι; καὶ γὰρ τῇ Λαρεντίᾳ ποιοῦσι τὸν ἐναγισμὸν καὶ χοὰς ἐπιφέρουσιν ἐπὶ τὸν τάφον, τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. .... Ἄλλην γὰρ εἶναι Λαρεντίαν Ἄκκαν ἱστοροῦσι, τὴν Ῥωμύλου τροφόν, ἣν τῷ Ἀπριλλίῳ μηνὶ τιμῶσι. Τῇ δὲ ἑτέρᾳ Λαρεντίᾳ Φαβόλαν ἐπίκλησιν εἶναι λέγουσι.*

tra duas Larentias distinxisse ex testimoniis quae nobis seruantur tantum non elucet, ut num omnino Accam Larentiam Romuli nutricem nouerit, incertum sit. Hoc Thilonem non effugit; sed Plutarchum cum non intellegeret, qua tandem ratione eadem dea ab aliis Romuli nutrix, ab aliis Herculis scortum haberetur, ex una duas procreasse earumque alteram Accam Larentiam, alteram Larentiam Fabolam nominasse censet; 'cuius cognominis origo', ita enim Thilo p. 18. pergit, 'non dubito, quin ex eo ducenda sit, quod Plutarchus uocem quae est 'fabula', casu quodam apud Varronem statim post Larentiae nomen positam eius cognomen habuerit.' Haec coniectura ne speciem quidem probabilitatis habet: cum Plutarchus illam fabulae explicationem, ex qua lupa, quae infantes nutriret, meretrix fuisse ferebatur, nouerit (cf. Romuli uit. cap. IIII.), nonne quam maxime improbabile est, eum, qua ratione eadem dea Romuli nutrix ab aliis, ab aliis scortum haberetur, non perspexisse? Quodsi re uera simplicem illam rationem non intellexisset, si ipse duas distinxisset Larentias, num tu eum dicturum fuisse putas: *Ἄλλην γὰρ εἶναι Λ. Λ. ἱστοροῦσι κτλ.*? Cognomen Fabolae ex latina uoce 'fabula' Plutarchi errore ortum esse uana suspicio est; magis sine dubio placet Schwegleri (Hist. rom. I. p. 375. 423.), Reifferscheidii (Suetoni rell. p. 351.), aliorum coniectura, qui Larentiam Fabolam cum Faula comparauerunt, quam Lactantius Diu. inst. I. 20. Herculis scortum fuisse Verrium Flaccum testantem facit. Denique quamquam alteri Larentiae mense Aprili a flamine Martiali parentari aliunde non accepimus, tamen, ut haec notitia non potest Plutarchi errore orta esse, ita nihil habemus, cur Plutarchum eam ementitum esse statuamus.

Quae cum ita sint, etsi Plutarchus hoc loco non ipse Varronis libris usus esse nobis uidetur, tamen eius narrationem ab illius eruditione non plane alienam esse, Plutarchus et ipse comprobat, qui postquam in Romuli uit. cap. V. utramque Larentiam in Velabro sepultam esse narrauit — quae narratio, de una scilicet Larentia, Varroni quoque nota fuit cf. de l. l. VI. 24.: 'hoc sacrificium fit in Velabro, qua in nouam uiam

exitur, ut aiunt quidam ad sepulcrum Accae etc.' — Velabrum eodem modo quo Varro de l. l. V. 43. 44. deriuat: *Καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Βήλαυρον, ὅτι τοῦ ποταμοῦ πολλάκις ὑπερχεομένου διεπεραιοῦντο πορθμείοις κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον εἰς ἀγοράν· τὴν δὲ πορθμείαν βηλατούραν καλοῦσιν.* 'Olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus itaque eo ex urbe aduehebantur ratibus: quoius uestigia quod ea qua tum *uehebantur etiam nunc* dicitur Velabrum . . . . . Velabrum a uehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt.' quod ueriloquium licet cum fabula illa non artissimo cohaereat uinculo, nihilosecius a Plutarcho saltem ex eodem fonte quo reliquam narrationem haustam esse probabile est: nempe Plutarchi auctor ex Varrone pendet.[1])

Atque Iubam regem fuisse, qui inter Varronem et Plutarchum intercesserit, A. Barthius l. l. p. 41. sq. coniecit coniecturamque 'omnibus' satis probasse sibi uisus est: quorum numero quin me excipiam, facere non possum; primum enim is prorsus ex libidine eam partem ex Romuli uita exemit, quam, tametsi *ὁμοιοτήτων* indolem minime seruauit, ex Iubae opere, quod *ὁμοιότητες* inscribitur, fluxisse sibi persuasit; quin etiam narrationem, quam Plutarchus ipse Fabio Pictori uel potius Diocli Peparethio tribuit, quasi in membra discerpsit

1) Idem fortasse te prohibebit ne Gustauo Kettnero assentiaris, qui in diss. 'Beobachtungen über die Benutzung des Verrius Flaccus' p. 26. 27. Plutarchum uel eius auctorem non Varronis, sed Verrii doctrinam in usum suum conuertisse probare studuit ex Fast. Praen. ad Dec. 23. C. I. L. p. 409.: 'Accae Laurenti*nae* . . . . . Hanc alii Remi et Rom*uli nutricem alii* meretricem Herculis scortum *fuisse dic*unt; parentari ei publice quod P. R. he*redem fece*rit magnae pecuniae quam accepe*rat testamen*to Tarrutili amatoris sui.' et ex Lactant. I. 20. 5.: 'Nec hanc solam Romani meretricem colunt (Faustuli uxorem), sed Faulam quoque quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit.' Sed Verrii ipsius adnotatio breuior est quam ut hanc controuersiam inde disceptare possis. Ceterum quantum uidemus Verrius ei qui Plutarchi auctor est, ansam non praebuit, cur non solum duas Larentias, sed etiam duo earum parentalia diuersis temporibus celebrata discerneret.

ita, ut Iubae hanc partem reddi iuberet, quia Varronis et Dionysii Halicarnassensis doctrinam contaminatam exhiberet; atque Varroniana quidem uestigia quamquam non infitior, concentum tamen Dionysii et Plutarchi num Barthius recte ita interpretatus sit, ut Plutarchum sua ex Iuba, Iubam ex Dionysio sumpsisse statueret, ualde dubito: primum enim Plutarchi locum (Romuli uit. cap. III. inde a uerbis: *Τοῦτον ἔνιοι Φαυστύλον* usque ad finem), quem cum Dionysii Ant. Rom. I. 84. lin. 30.—33. comparauit, neglegendum censeo, quippe qui a Fabiana narratione, quae capite illo continetur, non possit abrumpi (cf. Peteri Histor. Rom. rell. I. p. 9.); reliqui tres loci (cap. VI. 4.—7. ed. Sintenis. min. IIII. 22.—24. IIII. 25—29.) in uniuersum quidem cum Dionysio I. 84. 17.—21. I. 77. 4.—7. I. 84. 6.—17. concinunt, sed singulis rebus ab eo differunt et ita quidem, ut Dionysius quaesitiora quaedam proferat, quae neque Iubam neque Plutarchum omissurum fuisse arbitror, si Dionysii libros exscripsissent; uelut haec inter se conferas uelim: Dion. I. 77.: *Τετάρτῳ δ' ὕστερον ἔτει τὴν Ἰλίαν ἐλθοῦσαν εἰς ἱερὸν ἄλσος Ἄρεος ..... βιάζεταί τις ἐν τῷ τεμένει. τοῦτον δέ τινες μὲν ἀποφαίνουσι τῶν μνηστήρων ἕνα γενέσθαι τῆς κόρης, ἐρῶντα τῆς παιδίσκης· οἱ δὲ αὐτὸν τὸν Ἀμούλιον, οὐκ ἐπιθυμίας μᾶλλον ἢ ἐπιβουλῆς ἕνεκα κτλ.* Plutarch. uit. Rom. cap. IIII.: *καίτοι τοῦτο παθεῖν αὐτὴν ἐξαπατηθεῖσαν λέγουσιν, ὑπὸ τοῦ Ἀμουλίου διαπαρθενευθεῖσαν ἐν ὅπλοις ἐπιφανέντος αὐτῇ καὶ συναρπάσαντος*; porro Dion. I. 84.: *τήν τε τιθηνησαμένην τὰ παιδία καὶ μαστοὺς ἐπισχοῦσαν οὐ λύκαιναν εἶναί φασιν, ἀλλ', ὥσπερ εἰκός, γυναῖκα τῷ Φαυστύλῳ συνοικοῦσαν, Λαυρεντίαν ὄνομα, ἣ δημοσιευούσῃ ποτὲ τὴν τοῦ σώματος ὥραν οἱ περὶ τὸ Παλάντιον διατρίβοντες ἐπίκλησιν ἔθεντο Λοῦπαν· ἔστι δὲ τοῦτο Ἑλληνικόν τε καὶ ἀρχαῖον, ἐπὶ ταῖς μισθαρνούσαις τὰ ἀφροδίσια τιθέμενον κτλ. ἀγνοοῦντας δέ τινας αὐτὸ πλάσαι τὸν περὶ τῆς λυκαίνης μῦθον, ἐπειδὴ κατὰ γλῶτταν, ἣν τὸ Λατίνων ἔθνος φθέγγεται, λοῦπα καλεῖται τοῦτο τὸ θηρίον..* Romuli uit. cap. IIII.: *Οἱ δὲ τοὔνομα τῆς τροφοῦ δι' ἀμφιβολίαν ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκ-*

τροπὴν τῇ φήμῃ παρασχεῖν. *Λούπας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λατῖνοι τῶν τε θηρίων τὰς λυκαίνας καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἑταιρούσας· εἶναι δὲ τοιαύτην τὴν Φαυστύλου γυναῖκα κτλ.* Reliqua autem argumenta, quibus Barthius utitur, ad confirmandam eius suspicionem nihil faciunt; uelut concentus Plutarchi uerborum quaest. XXXIIII.: *Διὰ τί τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ἐν τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ποιουμένων χοὰς καὶ ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι κτλ.* cum illo Iubae fragmento VIIII. (apud Mueller.) quod tota eius dissertatione occurrit cf. supra p. 181. et 199. quasi Plutarchus ut Romanos Februario mense mortuis parentare cognosceret, ad Iubam debuerit confugere! quidquid ergo G. Wissowa l. l. p. 33. attulit, ut Barthii opinionem stabiliret ex Dionysii et Varronis, quas nouimus, narrationibus Plutarchi relationem contaminari mihi non uidetur satis apparere.

PARS III.

Cur ne reliqua quidem, quae Varronis doctrinam redolent, a Plutarcho ipso ex Varronis libris hausta esse uerisimile sit.

Quoniam Plutarchum compluribus locis Varroniana non Varroni ipsi, sed alii cuidam scriptori debere probauimus, nunc restat, ut quibus de causis dubitandum sit, doceamus, num omnino illius libros perscrutatus sit. Atque priore quidem loco nobis subsidio esse uoluimus Varronis ea fragmenta, quae ex operibus, quae Plutarchus excerpsisse fertur, seruantur, quae quidem ab eo prorsus neglegi uidemus; alterum argumentum ex notitia sermonis latini parum profunda, quae Plutarcho uidetur fuisse, petiuimus.

Caput I.

Tribus operibus Thilo Varronis fragmenta, quae in Plutarchi scriptis indagasse sibi uisus est, adsignare studuit eaque

ab illo perlecta esse sibi persuasit; atque primum quidem tametsi fragmenta ad opera illa redire possunt, tamen Thilonis coniecturam a multis et doctis hominibus acceptam certis argumentis carere tenendum est: nam Plutarchum Varronis Aetia exscripsisse ut statuamus, nihil nos mouet nisi titulorum similitudo; quamquam enim quaestionis XXVIIII. argumentum cum fragmento a Seruio ad Vergilii eclog. VIII. 29. ex Aetiis Varronianis seruato congruit, tamen Plutarchus, qui in explicanda consuetudine Varronem non sequitur, ei ne moris quidem ipsius notitiam debere putandus est (cf. supra p. 173.). Ex IIII libris de uita populi Romani Hermannus Kettner centum fere uiginti certa fragmenta collegit; quorum plurima cum Nonius Marcellus posteritati tradiderit, cuius tantum singulares quasdam uoces a Varrone usurpatas esse intererat ostendere, saepe paucis uerbis continentur: nihilominus, si Plutarchus reuera his libris praecipuo fonte usus esset, eum ex tanto numero nonnulla quidem adlaturum fuisse fortasse sperare possumus; at ex omnibus unum fragmentum cum Plutarchi uerbis comparare licet:

Varro de uita p. R. III. 16. K.: ‘ut eius conuiuium, qui triumpharet in Capitolio, uideretur eius proprium, ut ipse potius domum reduceretur coenatus a conuiuio.’

Quaest. LXXX.: *Διὰ τί θριαμβεύσαντας ἑστιῶντες ἐν δημοσίῳ παρῃτοῦντο τοὺς ὑπάτους καὶ πέμποντες παρεκάλουν μηδ᾽ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖπνον; Ἢ καὶ τόπον ἔδει τῷ θριαμβεύσαντι κλισίας τὸν ἐντιμότατον ἀποδίδοσθαι καὶ προπομπὴν μετὰ τὸ δεῖπνον; κτλ.* cf. Thilonis diss. p. 27.[1])

Neque uero quod spes illa nos destituit, magni facio: quomodo autem explicabis, quod Plutarchus, cuius in Aetiis sine dubio plus interfuit, ut quam plurimas quam ut uerisimillimas morum explicationes colligeret, non modo unam uel alte-

1) *κλισίας τὸν* cum Cobeto (Mnemosyn. nou. ser. VI. 1.) scribere malui quam cum Thilone *καὶ κίαθον* — codices praebent *καὶ σίαστον* — aut cum Maduigio Adu. crit. ad script. Graec. p. 627. *καὶ σιτισμὸν τόν*; deinde ut Thilo traditam scripturam *προπεμπτήν* in *προπομπήν*, non ut Cobetus in *προπέμπειν αὐτὸν* mutaui.

ram opinionem satis memorabilem, sed multas a Varrone in libris de uita p. R. prolatas prorsus neglexit?

Varro de uita p. R. III. 19. K. mulieres pullis pallis lugere refert, contra Plutarchus in quaestione XXVI. uestimentis albis indutas (cf. supra p. 170.): quidni hic Varronem ipsum contrarium docere commemorauerit, si modo libros illos perscrutatus est? morem Argeorum de ponte sacro in fluuium deiciendorum Varro de uita p. R. II. 11. K. satis ingeniose explicauit: si quando Plutarchus hunc librum perlegit, qui factum est, ut hanc explicationem ne attingeret quidem in quaest. XXXII. et LXXXVI.? Ex Varronis de uita p. R. libro I. 12 ueteri numismati bouem et ouem et ueruecem insculptum esse comperimus: Plutarchus contra bouem et ouem et suem eius signa fuisse refert (cf. supra p. 171.): num Varronis narrationem discrepantem silentio praeterisset, si eam nouisset? Plutarchus in quaest. XXIIII. Kalendarum ueriloquium, quod Varro de uita p. R. I. 17. probauit, Iubae auctoritati tribuit; quomodo eum, si quidem libris illis primario fonte usus est, etymologiam illam a Iuba ex Varronis copiis depromptam esse fugere poterat?

Antiquitatum Varronianarum fragmenta perlustrantes idem nos offendit: is enim in rer. diuin. libro V. Iano duodecim ara pro totidem mensibus dedicatas esse narrauit (cf. Macrobii Sat. I. 9. 16.), in rer. diuin. libro XVI. Ianum a Tuscis coelum uocari (cf. Io. Lydi de mens. IIII. 1. 2.), in rer. human. libro VI. duodecim fuisse Numae regis libros, quos postea Cn. Terentius scriba repperisset (cf. Plin. nat. hist. XIII. 13. 84. sq.); Plutarchus in Numae uit. cap. XVIIII. et XX. multa de Iano eiusque cultu profert, cap. XXII. multa enarrat de Numae commentariis secundum Valerium Antiatem, Varronis opinionem utroque loco neglexit; porro cum in quaest. LXXXIIII. copios de die Romano disserit, quae Varro in libro XIIII. rer. humar exposuit (cf. Gellii N. A. III. 2.), ne uerbo quidem commemora Cur Ianus bifrons sit, Plutarchus in Numae uit. cap. XVIIII. XX et in quaest. XLI. plane aliter interpretatur atque Varro i Antiqu. rer. diuin. libro XVI. cf. Augustin. de ciu. dei VIII. 8

Quid? quod denique unicum Varronianorum Aetiorum fragmentum, quod cum Plutarchi uerbis comparare nobis licet, ab eo neglectum est? quod numerum eorum Varronis locorum, quos Plutarchus uidetur non legisse, augemus, cum eum in Aetiis de aliis quoque nuptiarum ritibus disputasse cum Mercklinio, Thilone, aliis statuamus?

Quomodo igitur miram hanc rem explicabimus? utrum Plutarchus Varronis locos de industria spreuit an omisit neglegentia? illud sibi aegre persuadebit quisquis meminerit, quanto studio uarias morum causas collegerit easque, quae ei displicerent, attulerit, quisquis eum ut omnes aequales Varronis auctoritatem maximi aestimasse recordatus erit [1]): itaque facere non possumus, quin Plutarcho Varronis opiniones, quarum data occasione mentionem non fecit, non notas fuisse ponamus; unde necessario sequitur, eum neque omnes Antiquitatum libros neque omnes de uita p. R. neque Aetia diligenter perlegisse.

At hoc nouas affert difficultates: etenim unum uel alterum Varronis locum eum fugere potuisse libenter concedimus; sed cum tot opiniones ignoret, qualis tandem ei fuisse putanda est Varronianorum operum notitia? num forte eius libros ita transcucurrit, ut alias paginas legeret, alias transiliret, ut nonnumquam tantum eos consuleret? hoc parum probabile esse nemo non uidet; sed ex difficultatibus facile nos expedimus, si Plutarchum Iubae aliorumque, qui aliena doctrina splendebant, libros exscripsisse statuimus.

Caput II.

Non perfectam sibi fuisse sermonis latini notitiam Plutarchus ipse in Demosthenis uit. cap. II. profitetur; aetate iam prouectum publicisque curis occupatum sese coepisse narrat latinam linguam discere; otium enim sibi defuisse, quoad in Italia commoraretur; sermonem autem Romanum discenti sibi

1) Cf. Romuli uit. cap. XII.: *Ἐν δὲ τοῖς κατὰ Βάρρωνα τὸν φιλόσοφον χρόνοις, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατον κτλ.*

contigisse, ut ex rerum notitia — quam cotidiano usu Romae sibi parauerat —, uerba potius quam ex uerbis res cognosceret. Pulchritudinem uero et concinnitatem latini sermonis, uerborum translationem et modulationem ceteraque orationis ornamenta intellegere iucundum quidem sibi uisum esse; sed talium rerum studium eos magis decere, quibus ad cupiditatem discendi iuuenilis discendi facultas et otium accederent; propterea sese non discernere, utrum Cicero an Demosthenes in dicendo suauior sit aut ualidior.

Modesta haec Plutarchi confessio, ut eam alii aliter acceperunt, ita nos non multum iuuaret, nisi erroribus illustrari posset, in quos propter sermonis latini imperitiam incidit; atque quotiens ipse latinas uoces in medium protulit et e Latino conuertit uel earum notiones circumscripsit, utrum eas recte intellexerit necne, primo adspectu patet, nisi forte quando dubitare possumus, num codices integram lectionem praebeant; maiore nobis opus est cautione, si Plutarchi uerba cum latinis fontibus uel fontium fragmentis comparamus, quos ad conscribendas uitas adhibuit; nam cum fere nusquam inter omnes constet, utrum Plutarchi et alius cuiusdam scriptoris concentus eo ortus sit, quod ille huius librum compilauit, an eo, quod uterque eundem secutus est auctorem, haud raro, si inter Plutarchum et eum scriptorem, quem nominat, discrimina intercedunt, si mirum in modum cum alio scriptore congruit, deinde subito ab eo differt, tum denuo cum eo consentit, in dubio relinquendum est, utrum hunc auctorem non recte intellexerit, eius uerba neglegenter rettulerit, an omnino alio fonte usus sit. Qua deliberatione doctis uiris me excusatum uolo, quod hanc quaestionem quam cautissime institui, quod non solum complures locos neglexi, ubi qui in uitarum fontes inquisiuerunt, Plutarchi exilem latinitatis notitiam uituperauerunt, sed ne eos quidem errores, quos editores, qui singulos libros perpetuis commentariis illustrauerunt, in rebus a Plutarcho narratis animaduerterunt, putaui respiciendos esse. Simili ratione probare nequeo, quod docti uiri, qui quasi praetereuntes hac de re

iudicauerunt, G. Thilo, H. Peter, uan Herwerden (Nou. mus. Rhen. XXXV. p. 457.), Volkmann (‘Leben und Schriften des Plutarch von Chaeronea.’ I. p. 35.) Plutarchum latini sermonis parum peritum fuisse ex eo concluserunt, quod nonnumquam uel ineptissima profert ueriloquia latina, quandoquidem uix unus ex ueteribus grammaticis in deriuandis uocibus satis prudens fuit. An non ipsius Varronis de lingua latina libri ridiculorum ueriloquiorum pleni sunt? de Plutarchi autem deriuationibus etiam propterea iniquius non iudicandum est, quod plerasque aliis uidetur debere scriptoribus eisque latinis. Plutarchi igitur scripta hac ratione examinantes comparantesque, quotienscumque fieri poterat, latinos fontes uel fontium frustula hi fere errores grauissimi nos offenderunt:

In Aetiis Romanis[1]), cap. LXII. latinas uoces ‘patratus’ et ‘patrimus’ confundit: *Διὰ τί τῶν λεγομένων Φητιαλίων* (Dittenberger pro *Φιτιαλίων* cf. infra p. 217.) .... *ὁ καλούμενος πάτερ πατράτος ἐνομίζετο μέγιστος; Ἔστι δὲ οὗτος, ᾧ πατὴρ ζῇ καὶ παῖδές εἰσιν.*[1])

In quaest. CIII. latinam praepositionem ‘sine’ ut Graecam *ἄνευ* cum genetiuo coniungit: *Γράφουσι δὲ διὰ τούτων (διὰ τοῦ σ̄ καὶ τοῦ π̄) καὶ τοὺς ἀπάτορας, σίνε πάτριος οἷον ἄνευ πατρός· τῷ μὲν σίγμα τὸ σίνε, τῷ δὲ π̄ τὸ πάτριος σημαίνοντες.*

In quaest. LXVII. et in Romuli uit. cap. XXVI. haud

---

1) Usus sum scriptorum moralium editione Duebneriana, quia Reiskius mutata codicum scriptura saepius coniecturas in adnotationibus celauit.

In quaest. XXIIII. si scriptura quam Duebner praebet: .... *ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν ἀφανισμὸν αὐτῆς* (sc. *τῆς σελήνης*) *καὶ τὴν κρύψιν Καλάνδας ὅτι πᾶν τὸ κρύφα καὶ λάθρα κλάμ καὶ κηλᾶρε τὸ λανθάνειν.* re uera a Plutarcho profecta neque in *κηλᾶρι* mutanda est, ‘celare’ et ‘latere’ confundit.

2) In quaest. LXXVIII. cum Reiskio et Maduigio (Aduers. crit. I. p. 627.) traditam scripturam malo corrigere quam Plutarchum nescisse arbitrari, quid ‘sinere’ significet: *τὸ γὰρ ἀριστερὸν σίνιστρον ὀνομάζουσι, τὸ δ’ ἀφεῖναι σίνερε καὶ σίνε λέγουσιν, ὅταν ἀφεῖναι παρακαλοῦσιν·* quod sententia totius enuntiati uocisque ‘sinere’ notione postulatur, *ἐφεῖναι*, postea etiam codices exhibent: *τὸν οὖν ἐφιέντα τὴν πρᾶξιν οἰωνὸν κτλ.*

recte discernit inter simplex uerbum 'ligare' et compositum 'alligare': *τὸ δὲ δεσμεύειν ἀλλιγάρε*[1]) *λέγουσιν οἱ πολλοὶ Ῥωμαίων· οἱ δὲ καθαρεύοντες ἐν τῷ διαλέγεσθαι λιγάρε.* et *τὸ δὲ δῆσαι Λατῖνοι πάλαι μὲν λιγᾶρε, νῦν δὲ ἀλλιγᾶρε καλοῦσιν.*

Iudicium quod Plutarchus in Quaest. Platon. cap. III. 3. de praepositionibus latinis facit: *ὡς δοκεῖ μοι ἔχειν ὁ Ῥωμαίων* (sc. *λόγος*) *ᾧ νῦν ὁμοῦ τι πάντες ἄνθρωποι χρῶνται· προθέσεις τε γὰρ ἀνῄρηκε* (pro *ἀφῄρηκε* Volkmannus) *πλὴν ὀλίγων ἁπάσας* .... iam Volkmannus ('Das Leben und die Schriften Plutarchs.' I. p. 36.) uituperauit, quamquam fortasse concedendum est nonnullas praepositiones Plutarchi aetate ex sermone uulgari recessisse.

In libello de fortuna Romanorum cap. V. et in Camilli uit. cap. XXX. ex Aio Locutio, cui Camillus templum dedicauit (cf. Liuium V. 50. 5.), errore duo numina procreauit: *Καὶ μὴν καὶ Φούριος Κάμιλλος .... Φήμης ἱδρύσατο καὶ Κληδόνος ἕδη* ....

In Ciceronis uit.[2]) cap. XVII. suram significare contendit

---

1) *λιγᾶρε* et *ἀλλιγᾶρε* Sintenisius in textum recepit contra auctoritatem codicum Parisinorum no. 1671. (A.) et 1673. (C.), quorum scripturam *λιγάρε* et *ἀλλιγάρε* Duebner praetulit, quamquam in quaest. XXIIII. *κηλᾶρε* scripsit; eadem inconstantia, quae nescio an Plutarcho ipsi sit tribuenda, apud Sintenisium nos offendit, quippe qui in Romuli uit. cap. XVIIII. *κομίρε* praebeat.

2) Sequor eum uitarum ordinem quo eas scriptas esse C. Michaelis: 'de ordine uitarum parallelarum Plutarchi, Berolini MDCCCLXXV.' probauit, ut, num forte Plutarchus in paranda sermonis latini notitia paullatim profecerit, eluceat. Usus sum uitarum editione Sintenisiana maiore.

Plutarchum in Luculli uit. cap. XXXVII.: *Ἐπὶ τούτοις τήν τε πόλιν εἱστίασε λαμπρῶς καὶ τὰς περιοικίδας κώμας, ἃς οὐΐκους καλοῦσι,* falso pro uicis urbis *περιοικίδας κώμας* accepisse haud inscite Volkmannus l. l. suspicatus est; sed neglexi hunc locum quia neque certum est, quid Plutarchus in eo libro quo fonte usus est legerit, neque rustici uici desunt.

In Ciceronis uit. cap. VII. legimus: *Βέρρην γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ἐκτετμημένον χοῖρον καλοῦσιν·* quae uerba errorem continerent, nisi forte particula negans inserenda esset: *Βέρρην γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὸν μὴ ἐκτετμημένον χοῖρον καλοῦσιν.*

Quod Plutarchus in eiusdem uitae cap. XVIIII. dicit: *τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ χαλκοῦ νομίσματος κοναδράντην ἐκάλουν·* et quod numismata

κνήμην quod tibia est: *ἐκ τούτου Σούρας παρωνομάσθη. σούραν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὴν Κνήμην λέγουσι.*

Cum in Marcelli uit. cap. VIII. non minus quam in Romuli cap. XVI. omnes inter se consentiant codices, quin Plutarchus errore ‘spolia opimia’ pro ‘spolia opima’ dixerit, dubitari non potest: *Τὰ δὲ σκῦλα σπόλια μὲν κοινῶς, ἰδίως δὲ ὀπίμια ταῦτα καλοῦσι.*

In errorem multo grauiorem in Marcelli uit. cap. XXII. incidit, ubi praeterquam quod ouationem a Romanis ouam dictam esse contendit, uoces ŏuis et ōuum confundit: *Ἐνισταμένων δὲ τῶν ἐχθρῶν τῷ Μαρκέλλῳ πρὸς τὸν Θρίαμβον .... συνεχώρησεν αὐτὸς τὸν μὲν ἐντελῆ καὶ μέγαν εἰς τὸν Ἄλβανὸν ὄρος ἐξελάσαι, τὸν δὲ ἐλάττω καταγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν ὃν εὖαν Ἕλληνες, ὅταν δὲ Ῥωμαῖοι καλοῦσι .... ὅτα δὲ τὰ πρόβατα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.*

In Fabii Maximi uit. cap. II., quia ei elocutio ‘sors excidit’ non nota fuit, duobus prodigiis in unum contractis sortes ex caelo excidisse narrauit, ut ex hac comparatione apparet [1]):

τοῦ δ' ὑπὲρ Φαληρίους οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα καὶ τούτων ἓν ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν· ΑΡΗΣ ΤΑ ΕΑΥΤΟΥ ΟΠΛΑ ΣΑΛΕΥΕΙ.

Liuius XXII. 1. 11.: et Faleriis coelum findi uelut magno hiatu uisum .... sortes sua sponte attenuatas unamque excidisse ita scriptum: Mauors telum suum concutit.

In eiusdem uitae cap. III. Plutarchus male intellecta elocutione ‘super caput effundere’ consulem in caput cecidisse narrat:

αὐτὸς δ' ἐπὶ τὸν ἵππον ἁλλόμενος ἐξ οὐδενὸς αἰτίου προδήλου παραλόγως ἐντρόμου τοῦ

Liuius XXII. 3. 11. Haec simul increpans cum ocius signa conuelli iuberet et ipse

semper eo pretio computat, quanto sua aetate stabant, uenia ei danda est; sextans et uncia iam pridem ex usu recesserant. cf. Mommsen. ‘Roemisches Münzwesen’ p. 384. 418. 765.

1) Cf. C. Peteri diss. ‘Ueber die Quellen des XXI. und XXII. Buches des Liuius.’ Progr. Portens. MDCCCLXIII.

ἵππου γενομένου καὶ πτυρέντος ἐξέπεσε καὶ κατενεχθεὶς ἐπὶ κεφαλὴν ὅμως οὐδὲν ἔτρεψε τῆς γνώμης κτλ.	in equom insiluisset, repente conruit consulemque lapsum super caput effudit etc.[1])

In cap. VI. adiectiui 'Casinatis' imperitus oppidum sibi finxit Casinatum: ἐκέλευε τοὺς ὁδηγοὺς μετὰ δεῖπνον εὐθὺς ἡγεῖσθαι πρὸς τὸ Κασινάτον. cf. Liu. XXII. 13. 5. 6.

In Aemilii Pauli uit. cap. V. omnes libri manuscripti κάλτιον pro κάλκιον (calceum) exhibent; quem ad errorem eo uidetur ductus esse, quod Romani iam tum, ut Corssenus in libri 'Ueber Aussprache, Vocalismus und Betonung der lateinischen Sprache' uol. I. p. 26. ostendit, syllabas —ci et —ti cum sequenti uocali eadem qua nos ratione pronuntiauerunt; praeterea 'calceus' apud Plutarchum in neutrum genus ex masculino transiit.

In cap. XXXVII. mirum in modum latinum ablatiuum cum graeco genetiuo coniungit: Τῷ δὲ Περσεῖ καίπερ οἰκτείρας τὴν μεταβολὴν ... οὐδὲν εὕρετο πλὴν μεταστάσεως ἐκ τοῦ καλουμένου κάρκερε κτλ.

In Camilli uit. cap. XXXII. et in Romuli uit. cap. XXII.

---

1) Nullo iure H. Peter ('Die Quellen Plutarchs etc.' p. 52.) Plutarchum uituperat, cum dicit: 'Auf einer entschiedenen Unkenntniss der lateinischen Geldrechnung beruht die Angabe der Geldsumme cap. IIII. s. Weissenborn zu Liuius XXII. 10. 7.' Plutarchus enim tametsi sestertios et denarios eo pretio, quod ipsius aetate habebant, computat, cum Liuius asses aeris grauis intellegi uelit, tamen eos recte computat; quod autem Liuius trecenta triginta tria milia trecentos triginta tres asses trientem affert, Plutarchus contra σηστέρτια (h. e. sestertium) τριακόσια τριάκοντα τρία καὶ δηναρίους τριακοσίους τριάκοντα τρεῖς καὶ τριτημόριον, iam Mommsenus l. l. p. 302. adn. 39. optime coniecit Plutarchum pro CCCXXXIII sestertium CCCXXXIIII legisse. Plutarchum recte HS 334333⅓ computasse ad 83583⅓ drachmas Cobetum quoque uidetur fugisse, qui Mnemosyn. nou. ser. VI. 159. absurde suadet ut scribamus: ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι τριακόσιαι (pro πεντακόσιαι!) τριάκοντα (pro ὀγδοήκοντα!) τρεῖς καὶ δύο ὀβολοί. Atque hunc Plutarchi errorem etiam C. Peter l. l. et M. Buchholz ('Quibus fontibus Pl. in uitis Fabii Maximi et Marcelli usus sit.'. Gryphiswaldiae MDCCCLXV. p. 16.) statuerunt.

uoci 'lituus' neutrum genus adserit: *Τοῦτο δ' ἔστι μὲν ἐπικαμπὲς ἐκ θατέρου πέρατος* (sc. *μαντικὸν ξύλον*), *καλεῖται δὲ λίτυον.*

In cap. V. Plutarchus latinas uoces 'prosecuisset' et 'prosecutus esset' confudit, ut collatis Liuii uerbis V. 21. 8. iam Xylander animaduertit:

τὸν δὲ μάντιν εἰς τὰ σπλάγχνα κατιδόντα ... εἰπεῖν, ὅτι νίκην ὁ θεὸς δίδωσι τῷ κατακολουθήσαντι τοῖς ἱεροῖς ἐκείνοις. ταύτης δὲ τῆς φωνῆς τοὺς ἐν τοῖς ὑπονόμοις Ῥωμαίους — ἐπακούσαντας ταχὺ διασπάσαι τὸ ἔδαφος .... τὰ σπλάγχνα κομίσαι πρὸς τὸν Κάμιλλον.

Immolante rege Veientium uocem haruspicis dicentis, qui eius hostiae exta prosecuisset, ei uictoriam dari, exauditam in cuniculo mouisse Romanos milites ut adaperto cuniculo exta raperent et ad dictatorem ferrent.[1])

In Antonii[2]) uit. cap. LVIIII. uocem deliciae neutrius generis esse opinatur: *ὃ δὲ Σάρμεντος ἦν τῶν Καίσαρος παιγνίων*

1) In Camilli uit. cap. XIII. uerbis: *Ἐκεῖνος μὲν οὖν .... ὤφλε τὴν δίκην ἐρήμην τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν· ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι. ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον.* certe non uult dicere denarium eiusdem pretii esse atque decachalcum, cum alibi uelut in Fabii Maximi uit. cap. IIII. denarium tanti aestimet quanti drachmam atticam. Quam ob rem uerba corrupta sic emendanda esse censeo: *ἀσσαρίων γὰρ δέκα ἦν τὸ ἀργύριον καὶ ὥσπερ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο τὸ δηνάριον.* Quod denarium idem fere ualere quod drachmam atticam omnibus sine dubio Plutarchi aetate notum fuit; ut rationem suam illustraret, eum commemorare uidemus denarium ex decem assibus constitisse; deinde addidit: denarium igitur dictum esse ut decachalcum, quia ut ille decem chalkus, hic decem asses contineret.

2) In Romuli uit. cap. VIII. 'manipla' neutrius generis esse uoluit, nescio an uulgarem usum secutus, cum Spartianus quoque in Hadriani uit. cap. X. 2., si optimorum codicum consensu confidimus, dixerit: 'inter manipula uitam degere.'

Verba in Romuli uit. cap. XI.: *καλοῦσι δὲ τὸν βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι μοῦνδον.* incommode dicta neque uero falsa sunt, cum *ὄλυμπος* caelum significare possit, eadem autem caeli notione Varro, ad

παιδάριον, ἃ δηλίκια (Dittenberger pro codicum scriptura *διλίκια*; cf. infra p. 217.) *Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.*

Denique priusquam de Plutarchi sermonis latini notitia iudicemus, breuiter, quibus terminationibus et accentibus latinas uoces transtulerit, exponamus. Quod Plutarchus nonnulla latina uocabula aut prorsus mutauit aut aliter atque nos scripsit tam graeco usui quam latinae pronuntiationi uulgari se applicans, nemo eum uituperabit: sic ex graecae quidem grammaticae legibus a uoce *δικτάτωρ* uocem *δικτατορία* deriuat (Fab. Maxim. III.); sed eandem formam Dionysius Halicarnassensis aliique usurpant; dicit quidem in Camilli uit. cap. XIII. *δηνάριον, ἀσσάριον*, sed a uulgari uoce ‘assarius’ Dionysius quoque Ant. Rom. VIIII. 27. X. 50., Matthaeus euangelista X. 29., Didymus in Priscian. de figuris num. 18. (Gramm. lat. ed. Keil. III. p. 1412. 17.) *ἀσσάριον* (neutrius generis) deduxerunt, sicut *δηνάριον* omnibus Graecis usitatum est. Formam *πάτρων, πάτρωνος* pro ‘patronus’ in Fabii Maximi uit. cap. XIII., quam Volkmannus l. l. I. p. 36. uulgari forma quae est ‘patro, patronis’ explicare studuit, non solum a Diodoro (Excerpt. p. 577. 17.), Gregorio Corinthio (Rhet. Graec. ed. Walz. VII. p. 1121. 27.), sed saepenumero etiam in inscriptionibus graecis inuenis adhibitam; similiter *Καλάνδαι* (Aet. Rom. XXIIII.) frequentissime in inscriptionibus graecis omnium temporum legi Dittenberger (Herm. VI. 151.) adnotat; item *λεγεών, λεγεῶνος* (in Romuli uit. cap. XIII.) Hesychius, Matthaeus (XXVI. 53.), Lucas (VIII. 3.), inscriptiones exhibent. Aliis deinde locis uulgarem sequitur pronuntiationem uelut cum *λαγκία* (in Marcelli uit. cap. XXVIIII.) *κάλτιον* (Aemil. Paul. V.) scribit sicut uel optimi codices lanciarius, calciatus exhibent cf. Dittenbergerum l. l. p. 146.; deinde cum in Quaest. conuiu. VIII. 6. 5. *μῆνσαν* (ubi Reiskius male ex coniectura *μένσαν* scripsit), in Romuli uit. cap. XX.

---

quem uerba uidentur redire, uocem ‘mundus’ usurpauerit. cf. Sat. Menipp. ed. Riese. p. 117. 11. Augustin. d. ciu. dei VII. 8. Quis est, cui non in mentem uenerit, quod Buecheler in Ind. lect. Gryphiswald. MDCCCLXVIII. —VIIII. proposuit: *οὐρανόν* pro *ὄλυμπον*? sed quomodo *οὐρανόν* in *ὄλυμπον* deprauari potuerit, uix quisquam explicauerit.

Ῥαμνήνσης, *Τατιήνσης*, ibidem *Λουκερνήσης*, in Gai Marcii uit. cap. XXV. *θήσσας* (tensas) dicit. cf. Corssenum l. l. I. 101. 97. Dittenbergerum l. l. p. 307. sq.; haec ad exempla denique numerandae sunt scripturae: *κάρμενα* in Romuli uit. cap. XXI., *ὄνωρις* (de fort. Rom. V.), ubi Reiskius ut uidetur ex coniectura *ὀνῶρις* posuit; *ὡράτορα* (Aet. Rom. XLVI.) cf. Corssenum l. l. I. 50. *σεπτομούντιον* (Aet. Rom. LXVIIII.) [1]).

Propter ea quae adhuc in medium protulimus quaeque eis similia sunt, Plutarchus a nullo reprehendetur; reprehensione dignus est quod nimis ex incerti sensus arbitrio latinorum uocabulorum terminationes et accentus mutauit: nonne optimo iure miramur quod Plutarchus latinas uoces non solum modo latine modo graece flectit, sed etiam terminationes sibi fingit semilatinas et semigraecas? non eum uituperamus, cum ne eos quidem latinos accentus seruat, qui minime pugnant contra prosodiam graecam?

Vocabulis primae quam nominamus latinae declinationis nonnumquam graecas dedit terminationes -η, -ης, -ῃ, -ην, ut in Aet. Rom. cap. LII. *τῇ καλουμένῃ Γενείτῃ Μάνῃ*; longam uocalem *α* (ut *α* purum) ponit, quotiens littera *ι* uel *ρ* antecedit: in Aemilii Pauli cap. X. *Τερτίαν*, in Romuli uit. cap. V. *βηλατούραν*; sed longam accusatiui formam ut in graeca uoce *Λήδα* adhibet, etiamsi *ι* uel *ρ* littera non praecedit: *κορώναν* (in Quaest. conuiu. VIII. 6. 5.), *Ταχίταν* (in Numae uit. cap. VIII.); propterea dubitare possumus, utrum in forma *μεμορίαμ* (in Romuli uit. cap. XIII.) natiuam latinae uocalis longitudinem senserit, an hanc uocalem ex graeca grammatica ut *α* purum produxerit; denique ex breui latina uocali et graeca consonanti breuem terminationem sibi finxit *ᾰν*: *Φαῦσταν* (in Sullae uit. cap. XXXIIII.), *Ποστοῦμιαν* (ibid. cap. XXXVII.), *μῆνσαν* (in Quaest. conuiu. VIII. 6. 5.). Graecis autem terminationibus

1) Scripturam *φιτιαλεῖς* in Aet. Rom. cap. LXII. et *δηλίκια* in Antonii cap. LVIIII. a Plutarcho ipso non profluxisse, sed *φητιαλεῖς*, *δηλίκια* scribendum esse Dittenberger Herm. VI. 147. sq. eo probauit, quod in inscriptionibus exeunte demum saeculo secundo p. Chr. n. litterae *η* et *ι* a Graecis commutari coeptae sunt.

η, *ης* etc. non flectit nisi nomina latina; post *ι* uel *ϱ* litteram *α* semper producit uno loco excepto (in Ciceronis uit. cap. XVII.), ubi codex Parisinus no. 1673. *σοῦραν* praebet: reliquas terminationes ponit prout libet tantaque inconstantia, ut in eadem paragrapho (in Quaest. conuiu. VIII. 6. 5.) *κοῖνα* quidem et *μῆνσαν*, sed *κορώναν* dicat.

Voces secundae declinationis latinae nonnumquam latine, saepius graece flectit: *λίβερουμ* in Aet. Rom. cap. CIIII., *σακρώρουμ* ibid. in cap. LXIII., sed *Φαῦστον* in Sullae uit. cap. XXXIIII., *πατρικίων* ibid. in cap. I.

In tertiae declinationis genetiuo singularis terminationes adhibet *-ης* et *-ῖς*: *ὀψεκονέντης* (de fort. Rom. in cap. X.)[1]; ibid. *οὐϊρτοῦτις*, *ὄνωρις*; in datiuo *-ῖ* et *-ει*: in Aet. Rom. cap. LXIII. *ῥῆγι*, ibid. in cap. XIII. *ὀνώρει*[2]; accusatiuum modo latine format, modo graece: *βρέβεμ* in Aet. Rom. cap. LXXIIII. *Ἰουνῶνεμ* ibidem in cap. LXXVII., *πάτρεμ* in cap. CIIII.; atque *Διάλιν* ibid. in cap. CVIIII.; *φόρτιν* de fort. Rom. in cap. V.; *ὡράτορα* in Aet. Rom. cap. XLVI., *φλάμινα* in cap. CVIIII., *δόλωνα* in Tib. Gracchi uit. cap. X.; sed nonnumquam terminationem primae declinationis graecae praefert, sicut etiam *ὀψεκονέντης* dixit: *βέρρην* in Ciceronis uit. cap. VII., *κοναδράντην* ibid. in cap. XXVIIII. In terminatione uero nominatiui pluralis codices non ubique consentiunt; Parisinus ille no. 1673. nonnumquam *-εις* praebet, ubi Sintenisius meliores libros manu scriptos secutus *-ης* scripsit: legimus igitur in Numae uit. cap. XVIIII. *μαϊώρης*, *ἰουνιώρης*, in Aet. Rom. cap. LI. *πραιστίτεις*; similiter accusatiuos *φάσκης* in Poplicolae uit. cap. XII., *κλιέντης* de fort. Rom. in cap. X., *δεντῆς* in Quaest. conuiu. VIII. 6. 5.; contra in Aet. Rom. cap. LI.

---

1) Quod Dittenberger l. l. p. 147., ut supra dixi, diserte negauit longam uocalem i Plutarchi aetate *η* littera expressam esse, inde conicies hanc syllabam *-ης* ut graecam primae declinationis terminationem accipiendam esse.

2) Utrum Plutarchus terminationes *-ει* et *-εις* ex sermone graeco transtulerit an his litteris uulgarem illam uocalem cuius sonus inter i et e positus erat, exprimere uoluerit, non audeo discernere. cf. Corssenum l. l. I. p. 214. sq.

πραιστίτεις, ibid. in cap. LXVII. λικτώρεις; denique accusatiuos graecissantes Αὔγουρας, Αὔσπικας in Aet. Rom. cap. LXXII., ποντίφικας in Numae uit. cap. VIIII.

Vocem ‘senatus’ secundum alteram declinationem graecam flectit: σενάτος, σενάτου, in Romuli uit. cap. XIII. Infinitiuum quoque semel mutat; etenim cum in Aet. Rom. cap. XXIIII. κηλᾶρε, in cap. LXIII. λιγάρε, in Romuli uit. cap. XVIIII. κομίρε legamus, in Quaest. conuiu. VIII. 6. 5. nos offendit μισκῆραι.

Ut latinos accentus [1]) integros retineat Plutarchus adeo non curat, ut in uniuersum graecae prosodiae leges secutus saepe eos quoque, qui prosodiae graecae non repugnant, sine ulla causa mutauerit. Seruare solet latinum accentum longae syllabae paenultimae, si ultima breuis est: dicit igitur λιγᾶρε, in Romuli uit. cap. XXVI., κομίρε ibid. in cap. XVIIII.; eo magis nos offendit κάρηρε in eiusdem uitae cap. XXI. Nam trans syllabam paenultimam accentum non solet retrahere quotiens ultima ex latinae uel graecae grammaticae legibus longa est: δεκίης (in Antonii uit. cap. IIII.), πραιστίτεις (in Aet. Rom. cap. LI.), ὀπτίων (in Galbae uit. cap. XXIIII.), μεμορίαμ (in Numae uit. cap. XXIII.). Cui obseruationi non obstat, quod in Aet. Rom. CIIII. λίβερουμ legis, cum sine dubio his litteris breuem uocalem *u* significet quam alias etiam *o* uel *v* littera exprimit; sed cur σακρώρουμ in Aet. Rom. cap. LXIII. non circumflexerit, non intellego. Qua de causa contra prosodiam latinam ποτήνς et ποντέμ (in Numae uit. cap. VIIII.), δεντῆς (in Quaest. conuiu. VIII. 6. 5.), contra recte μέντεμ (in Romuli uit. cap. XXI.), φάσκης (in Poplicolae uit. cap. XII.), cur Ἰουνῶνεμ (in Aet. Rom. cap. LXXVII.), sed οὐετέρεμ (in Numae uit. cap. XIII.) in paenultima, non in antepaenultima syllaba acuerit, frustra quaeris; nullum reperis inter ueterum grammaticorum

1) Ne quis nos reprehendat, quod opinioni nostrae fundamentum tam debile substruximus, commonefacio codices, quod ad accentus latinorum uocabulorum attinet, nusquam fere discrepare prosodiamque quam praebent, ut optime quadret ad Plutarchi indolem sermonisque latini notitiam, ita uix posse librariorum neglegentia ortam esse.

de accentu linguae latinae testimonia a Friderico Schoellio collecta, quod Plutarchum hac in re uulgarem accentum secutum esse comprobet; itaque prorsus ex arbitrio et Plutarchi libidine pendere putandum est, quod in uoce *Ταχίταν* (in Numae uit. cap. VIII.) longa terminatione praelata paenultimam contra latinam pronuntiationem accentu notatam uides, cum breui terminatione, quae alibi uelut in uoce *Φαῦσταν* in Sullae uit. cap. XXXIIII. reperitur, facile se cum indole linguae latinae conciliare possit. Grauiore etiam uituperatione dignus est, quod *Ποστοῦμαν* in Sullae uit. cap. XXXVII. circumflexit, quamquam latinum antepaenultimae accentum, cum ultima syllaba corripiatur, seruare non solum poterat, sed etiam debebat, quia paenultima syllaba breuis est; denique, ne quam legem indagare studeas neue Plutarchum *παροξυτόνωσιν* adamasse suspiceris, comparari iubeo *ὀνώρει*, *ὀνώρειμ* in Aet. Rom. cap. XIII. et *ὄνωρις* de fort. Rom. in cap. V., *μάχελλα* in Aet. Rom. cap. LIIII., *σίνιστρον* ibid. in cap. LXXVIII., *ἔδικτα* in Marcelli uit. cap. XXIIII. (Dionysius Ant. Rom. V. 73. 4. K. recte *ἠδίκτα*).

Ex exemplis adlatis iam satis dilucide apparere puto, Plutarchum ex incerti sensus arbitrio, non certas secutum leges latinas uoces graeco sermoni accommodare studuisse indolemque atque ingenium latinae linguae laesisse. Ut Romani graecas uoces, quas in linguam suam receperunt [1]), ita Graeci latinorum uocabulorum translatorum terminationes et accentus mutauerunt; sed discernamus necesse est inter uocabula a uulgo iam pridem recepta mutataque et uoces a scriptore primum translatas; mea quidem opinione errant, qui Plutarchum propter uocabula illa, quae a uulgo latini sermonis imperito corrupta atque postquam pronuntiatio eorum inualuit, etiam a scriptoribus latini sermonis peritissimis usurpata sunt, omni uituperatione absoluendum esse putant: sed profecto is, qui sermonis latini peritissimus habetur, latinas uoces non aliter atque uolgus imperitum corrupit. Ita mendorum quoque quae

1) Cf. A. Saalfeldii indicem graecorum uocabulorum in latinam linguam translatorum quaestiunculis auctum. Berolini MDCCCLXXIIII.

enumerauimus maxima pars certe eius est, qui latinam linguam discere incipiat. Contra H. Peter in libro de fontibus Plutarchi etc. p. 61. adn. his erroribus negat se impediri, quominus Plutarchum nulla difficultate libros latine scriptos legisse statuat; et C. A. A. Schmidtius (de fontibus Plutarchi in uitis Romuli et Numae, Halis [sine anno!] p. 4.) Dionysio quoque Halicarnassensi accidisse nobis opponit, ut interdum grauiora menda committeret; ‘nonne Liuius interdum’, inquit, ‘Polybium haud recte intellexit? num forte hanc ob causam alterum latinam, alterum graecam linguam parum calluisse censebis?’ Menda illa potius eo explicanda esse censet, quod Plutarchus haud raro ex memoria perscripsisse putandus est quae priori tempore, cum Romae siue Athenis moraretur, legisset. Hac ratione sine dubio explicandum est, quod aliorum uerba interdum haud recte reddidit, quod uelut Liuium, Valerium Maximum prorsus alia atque quae nunc apud scriptores illos exstant, narrare testatur.[1]) Sed hos errores nos omnino neglexisse animaduertis; eos autem quos protulimus plerosque certe non sola neglegentia ortos esse persuasum habemus; equidem me nescire libenter confiteor, quomodo scriptor latini sermonis tam imperitus ut ‘ouum’ et ‘ouis’, ‘prosecuisset’ et ‘prosecutus esset’ confuderit, ut ‘sine’ cum genetiuo coniunxerit, ‘calceus’, ‘lituus’, ‘deliciae’ neutrius generis esse uoluerit, bis spolia ‘opimia’ dixerit, denique quid elocutiones ‘equus consulem super caput effundit’ et ‘sors excidit’ significent, nescierit, ullum Varronis librum facile legere potuerit; neque magis perspicio, si Plutarchus reuera quadraginta sex Varronis libros perlustrasset, quomodo fieri potuerit, ut non uel ex hoc studio profundiorem adipisceretur latini sermonis notitiam.

H. Peter l. l. p. 150. Plutarchum, posteaquam Aetia Romana scripserit, in discendo sermone latino ita profecisse suspicatus est, ut cum Romuli et Numae uitas componeret, linguae imperitia Varronis ipsius libros adire non prohiberetur; quae

1) Ut unum eiusmodi exemplum afferam, compara Marcelli comp. cap. I. Liuium XXVII. 28. Valerium Maximum V. 1. extr. 6.

quidem coniectura propterea improbatur, quod Plutarchus per totum temporis spatium, quo uitas conscripsit, propter litterarum latinarum inscitiam, ut supra uidimus, errauit quodque errores in Camilli et Marcelli uitis commissos in Romuli uita, quae omnium fere postrema uidetur scripta esse, repetiit. Neque nos quicquam iuuat Peteri suspicio; nam Plutarchus Varronis libros si modo legit, iam legit cum Aetia conscriberet; id quod Peter ipse concessit, quippe cui Thilo persuaserit Varronem Aetiorum Romanorum auctorem praecipuum esse.

At morum Romanorum atque institutorum notitia, quam consuetudine et usu cotidiano Romae adeptus erat, eum in sermone latino discendo adiuuit, ut ipse profitetur in Demosthenis uit. cap. II! Vocabula quaedam licet facilius intellexerit memoriaque tenuerit, si res ei notae fuerunt; interdum fortasse ex rerum notitia quid singulae uoces significarent diuinauerit: tamen hoc adiumentum noli tanti aestimare, ut rerum notitiam omnes sustulisse arbitreris difficultates, quas exilis sermonis latini notitia non minus quam Varronis concisa uocibusque ex cotidiano sermone remotis referta dictio Plutarcho praebuisse putanda est; homini Graeco, ut Varronis libros intellegeret, non profunda modo sermonis latini notitia, sed etiam summa opus fuit diligentia, quam a Plutarcho abiudicabit, quisquis meminerit, quam neglegenter uelut in Fabii Maximi uita fontes exscripserit. cf. C. Peteri diss. de Liuii XXI. et XXII. librorum fontibus.

Prioribus argumentis, quibus Plutarchum Varronis libros non legisse probare studui, omnibus non eandem inesse scio persuadendi necessitatem; nam quod Plutarchus complurium Varronis opinionum notitiam Iubae debet, idcirco uerisimile fit nec tamen pro certo demonstratur, eum ne alibi quidem fontem ipsum adisse; similiter ex eo, quod Plutarchus saepius Varronis opiniones satis memorabiles data occasione non commemorauit, non potuimus euincere, illas ei omnino non notas fuisse; quodsi constaret multas Plutarcho non notas fuisse Var-

ronis opiniones, eum omnino nihil ex illius libris sumpsisse inde certe non sequeretur. Sed horum argumentorum auctoritas augetur alio argumento, quod ex notitia latini sermonis parum certa atque profunda duxi; nam si quis intellegi uix posse concesserit, quomodo Plutarchus in tanta sermonis latini imperitia Varronis libros legerit, non casu nescio quo accidisse censebit, ut Plutarchus tot Varronis opiniones silentio praeteriret, ut alias ex Iubae libris sumeret, alias improbaret. Is denique, qui ut huius quoque argumenti uim debilitet, ab amicis fortasse latini sermonis peritis eum in legendis Varronis operibus adiutum esse coniecerit, secum considerato contrariam Thilonis opinionem eo tantum firmari, quod Plutarchus nouem locis Varronem testem citat; quod argumentum quam debile sit, non ignorat, quicunque alicuius ueteris scriptoris fontes studuit indagare; Plutarchum autem aliorum quoque auctorum nomina, quae in fontibus suis inuenisset commemorata, transtulisse, Peter l. l. p. 65. docuit; atque cum Iuba, ut H. Peter in dissertatione 'Ueber die historische Schriftstellerei König Iubas II. etc.' ostendit, minus quam ueteres scriptores alii suos celauerit auctores, cumque Plutarchus sine dubio libenter et quotienscunque poterat librorum suorum ignobilitatem magno doctissimi illius Romani nomine inserto exornauerit, etiamsi Varronis libros non inspexit, quidni totiens eius nomen proferat?

Plutarchum eos locos, qui Varronis doctrinam contineant, nisi Iubae debere nemini, affirmare non audeo, tametsi alius cuiusdam scriptoris, qui eam Plutarcho suppeditauit, uestigia non animaduerti. Utrius autem operis sint Iubae fragmenta a Plutarcho seruata, suo iure C. Mueller nonnumquam in medio reliquit. In uitis uero Romuli et Numae eum archaeologiam Romanam adhibuisse — quod ad rationem, qua fontibus uidetur usus esse, optime quadrat — cogitari potest, quamquam Iuba in secundo libro huius operis, ut apparet ex fragmento XV. apud Muellerum, iam Numantiam oppidum commemorauit.

Itaque ego etsi numerum Varronis fragmentorum non solum non auxi, sed complures Plutarchi locos, quos docti uiri inter

eius fragmenta inseruerunt, Varronis auctoritati abrogaui, tamen spero fore ut ad adiuuanda studia Varroniana aliquantulum attulisse uidear, si quidem, quanta cautione in colligendis Varronianorum librorum frustulis opus sit, ostendi; quod iterum atque denuo moneri non superuacaneum est, cum hoc ipso anno Christianus Huelsenus in dissertatione de Varronianae doctrinae in Ouidii Fastis uestigiis semper fere futtilibus istis argumentis usus sit, quae interdum in Thilonis dissertatione reprehendebam.

BEITRÄGE

ZUR

MYTHOLOGIE DES ARES UND DER ATHENA.

VON

FRIEDRICH ADOLF VOIGT.

I. Ares in Aetolien.

Für die Mythologie des Ares lässt sich, wie mir scheint, aus dem ätolischen Sagenkreise einige Aufklärung gewinnen, auch wenn man nicht auf die Deutung des Meleagermythos eingeht. Meleager ist der Sohn der Althaea und des Oeneus, oder des Ares (Apoll. I, 8, 2); es liegt hier die in der Heroenmythologie nicht seltene Wendung der Annahme eines *πατὴρ κατ᾽ ἐπίκλησιν* vor. Preller (Myth. II.³ S. 303) will die Vaterschaft des Ares dahin erklären, dass während Oeneus lauter Genuss und Friede, sein Sohn lauter Jagd und Krieg und Heldenthum athmet. Dass das Auftreten des Ares nicht erst mit den Kriegswirren, in die Meleager verwickelt wird, anhebt, also diese Erklärung unrichtig ist, lehrt ein Blick auf die Stammtafel der ätolischen Sage (vgl. Apoll. I, 7, 7 und Nikander bei Ant. Lib. XI). Den Vater des Oeneus nennt die Ilias (Ξ 115) *Πορθεύς*, die Späteren *Πορθάων*. Während der ‚Verheerer' offenbar ein Beinamen des Ares ist, würde uns der Name von dessen Vater *Ἀγήνωρ* (Apoll. I, 7, 7) für einen solchen zu allgemein klingen, wenn nicht Nikander an dessen Statt geradezu den Ares anführte. Der Gott tritt hier an die Spitze der gesammten Genealogie als *πατρῷος* des Stammes; in der von Apollodor gegebenen Genealogie stehen hinter Agenor nur noch die eponymen Heroen Kalydon und Pleuron, deren Vater Aetolos nach der häufig beliebten Zurückdatirung späterer historischer Verhältnisse, hier der durch die dorische Wanderung herbeigeführten Verschmelzung der Aetoler und Epeer, zum Sohne des Endymion und der Iphianassa gemacht wird (Apoll. I, 7, 6). Als die Schwestern des Agenor nennt

Apollodor *Στρατονίκη*, *Λαοφόντη*, *Στερόπη*; die beiden ersten Namen deuten offenbar Areisches Wesen an, während der dritte schon dadurch, dass er auch einer Tochter des Porthaon beigelegt wird, eine gewisse Bedeutsamkeit in Anspruch nimmt. Eine *Δημονίκη*, eine Schwester des Porthaon, gebiert dem Ares (Apoll. I, 7, 4, 7) die Helden Molos, Pylos, Thestios, den Vater der Althaea und Euenos, nach dem der ätolische Fluss benannt wird. Auch die Nachfolger des Oeneus in der Landesherrschaft tragen Aresnamen; seine Tochter *Γόργη* vermählt er dem *Ἀνδραίμων*, dessen Sohn *Θόας* (vgl. *θόος Ἄρης* Il. *N* 295, *ἀρηΐθοος*) die Aetoler vor Troja führt (Il. *B* 638). Wenn sodann dessen dem Grossvater gleichbenannter Sohn zum Vater des halbhistorischen Helden, der die Aetoler nach Elis führte, gemacht wird (Paus. V, 3, 5. Apoll. II, 8, 3), so wird durch eine andre Nachricht die andeutende Verhüllung aufgehoben und geradezu Oxylos Sohn des Ares genannt (Apoll. I, 7, 7), wobei die Mutter Protogeneia das später mit den Aetolern zu einem Staate verschmolzene Volkselement der Epeer vertritt. Weiter kommt ein Aressohn Dryas aus Kalydon unter den Jägern des Kalydonischen Ebers im Kataloge des Apollodor (I, 8, 2, 3) vor. Bei dem Ringkampfe des Herakles mit Acheloos, wie ihn der alte Künstler Dontas bildete (Paus. VI, 19, 9), leistete dem ersteren Athena, dem Landesstrome Ares Hilfe.

Endlich wird auch Tydeus, den nach der gewöhnlichen Sage Oeneus mit Periboea erzeugte, Sohn des Ares genannt; so von Diodor (IV, 35), nach welchem Hipponoos von Olenos seine Tochter Periboea, die von Ares schwanger zu sein vorgab (*φάσκουσαν αὐτὴν ὑπάρχειν ἐξ Ἄρεος ἔγκυον*), zu Oeneus sandte, der sie zur Gemahlin nahm und mit ihr den Tydeus erzeugte. vgl. Schol. Stat. Theb. I, 463: Oeneus Tydei pater, quamuis plerique dicunt cum Marte procreatum, conuersum in uoltum Oenei.

Wenn Oeneus als Vater zweier Helden, des Tydeus und des Meleager weiter nichts als das Wesen des Gottes selbst in durchsichtiger Verhüllung darstellt, so ist merkwürdig, dass sein Name nicht wie der des Porthaon, Thoas, Andraemon

auf den blutigen, stürmischen Kriegsgott [1]) deutet, sondern auf den Weingott, der zu dem Aetolerkönig in dem gleichen Verhältniss steht wie Ares. Denn er ist der göttliche Gemahl von dessen Weibe Althaea, die von ihm Deïanira gebiert (Apoll. I, 8, 1). Zur Belohnung für seine gastliche Aufnahme erhält Oeneus die Weinrebe geschenkt. Die Dionysostochter aber gehört nach Muth und Sinnesart ganz in das Aresgeschlecht: *αὕτη δὲ ἡνιόχει καὶ τὰ κατὰ πόλεμον ἤσκει* (Apoll. a. a. O.). Daher auch ihr Name *Μνησιμάχη*, den sie in Olenos führt [2]). Andrerseits trägt die Mutter des Aressohnes Meleager nicht einen kriegerischen Namen, wie wir deren bei den Frauen der ätolischen Genealogie vorgefunden haben, sondern wird als die ‘Nährerin’ *Ἀλθαία* bezeichnet. In der Meleagersage aber, für deren Deutung noch sehr wenig gethan ist, wird niemand das Eingreifen des Helden in den Kampf der Kureten und Aetoler für das erste und wichtigste halten, dass hierauf sich die im Helden geoffenbarte göttliche Areskraft bezöge; obwohl in der Episode der Ilias (I, 529 ff.) gerade dieser Zug um der an Achill sich richtenden Nutzanwendung willen besonders hervorgehoben wird. Vielmehr liegt, wenn nicht alles täuscht, der echt mythische Kern der Sage in der Bekämpfung des Ebers und dem frühen Tode des Helden durch den Fluch der Mutter. Jenes Unthier aber wird von der zürnenden Artemis gesandt, weil Oeneus sie beim Erntedankopfer vergass; es verwüstete daher dessen Saaten und Pflanzungen (Apoll. *τὴν γῆν ἄσπορον ἐτίθει*). Also steht dessen Erleger im Dienste der Landescultur. — Wenn diese allgemeine Bestimmung, dass der Mythos von Kalydon innerhalb agrarischer Religionsvorstellungen sich abspielt, wohl allgemein zugestanden wird, wenn in dem Heldenthume des Meleager, wie die durch die Vorschiebung des Oeneus verhüllte Vaterschaft des Gottes besagt, die Macht des Ares, der nach Ausweis der ätolischen Heroengenealogie hochverehrter Landes-, insbesondere Kriegs-

1) Seine Brüder *Ἄγριος, Μέλας* Il. Ξ 117.

2) *Μνησιμάχη*, Tochter des Königs *Δεξάμενος* in Olenos, Apoll. II, 5, 5, 6. Deianira Dexameni filia Hyg. fab. 21 u. 23.

gott ist, zur Erscheinung und Wirksamkeit gelangt, so finden wir auf dem Boden der ätolischen Sage ein nahes Zusammenrücken — um einen möglichst indifferenten Ausdruck zu gebrauchen — des Aresdienstes und einer durch den Landbau bedingten Naturreligion vor, ein Faktum, das für die Erkenntniss der ursprünglichen Gestalt des späteren Kriegsgottes, für seinen Zusammenhang mit dem Naturdienste, dem Mutterboden griechischen Götterglaubens, von hoher Wichtigkeit ist.

II. Ueber das Wesen des Ares überhaupt.

